THESAVRVS

# BIBLIORVM,

OMNEM VTRIVSQVE VITAE ANTIDOTVM

Secundum vtriuſque inſtrumenti veritatem, & hiſtoriam ſuccincte complectens:

*Opera, & induſtria* GVLIELMI ALLOTTI *Angli, ſacræ Theologiæ ſtudioſi, collectus ac concinnatus.*

CVI IN CALCE ACCESSIT INDEX EVANgeliorum Dominicalium in ſeries ſuas certas, & capita diſſectorum.

*Opus omnibus Paſtoribus & Concionatoribus admodum vtile.*



*LVGDVNI,*

Apud Alexandrum Marſilium Lucenſem.

M. D. LXXX.

Del Collegio de la Compa. de Jesus de Granada

BIBLIOTECA UNIVE[RSITARIA] GRANADA

THESAVRVS

# BIBLIORVM,

OMNEM VTRIVSQVE VITAE ANTIDOTVM Secundum vtriuſque inſtrumenti veritatem, & hiſtoriam ſuccincte complectens:

*Opera, & induſtria GVLIELMI ALLOTTI Angli, ſacræ Theologiæ ſtudioſi, collectus ac concinnatus.*

CVI IN CALCE ACCESSIT INDEX EVANgeliorum Dominicalium in ſeries ſuas certas, & capita diſſectorum.

*Opus omnibus Paſtoribus & Concionatoribus admodum vtile.*



BIBLIOTECA UNIV... GRANADA

*LVGDVNI,*
Apud Alexandrum Marſilium Lucenſem.

M. D. LXXX.

Del Collegio de la Compª de Jesus de Granada

i 118 1760 .

# BEATISSIMO PATRI ET SANCTISSIMO D. GREGORIO HVIVS NOMINIS TERTIODEcimo Pontifici Maximo.

PRAECELLENS atque præclarũ illud (Beatiſſime pater) Põtificatus tui ſpecimen, cui de ſcrĩpturis iudicare, atque decernere iure optimo competit, hoc ipſum à me impræſẽtiarũ poſtulat, q̃d niſi me tuæ ſantictatis authoritas paterna cõmoueret, naturæ meæ verecundia nullo modo ferret. Neſcius enim non ſum qua animi gratitudine & candore, quantaque cura, & ſolicitudine, fractos nos & exilio deiectos Anglos admirabilis tua ſanctitas ſuſceperit: Cum te nihil non facturum oſtenderis, quò rebus noſtris afflictis, aliquid opis, & auxilij adferre poſſis. Regnoq; Angliæ olim florentiſſimo, religioniſque auitæ ſtudioſiſſimo, hæreticorũ iam furiis & flãmis vndique infeſtato, ac conuulſo, ſolatij interim aliquid atque vberioris ſpei attuleris. In quo tuo tã inſigni & ſingulari virtutis ſtudio, PRIMATVS tui ſacrã Maieſtatẽ, mirificè auxiſti, atque amplificaſti: nomenq́; ipſũ GREGORIANVM (q̃d a maioribus rerũ geſtarũ celebritate nõ ſine diuino ſpiritus ſancti afflatu cumulatiſſimis acceperis) multò reddidiſti ſucceſſoribus tuis glorioſiùs atque auguſtius. De beneficẽtia vero tuæ beatitudinis nõ eſt quòd taceã, quæ nõ modo toto pontificatus tui trãſacto tẽpore (qui totius Chriſtianiſmi columẽ exiſtis & princeps) ꝑ nos ſolũ ꝑmanauit: verũ ẽt ꝑ omnes verè Chriſtianos Principes lõgè lateq; diſperſa ſit ac diffuſa. Quæ niſi feliciter & opportune interceſſiſſet metuẽdũ eſſet, ne iactata hodie in tãtis rerũ omniũ fluctibus atque procellis ſolutáq; Reipublicæ mẽbra qua fulciũtur & ſuſtentãtur, multo certè acriùs & vehemẽtius Cathol. fidei nomẽ periclitaretur, ſi non (q̃d Deus auertat) funditus tolleretur atque periret. Quæ cũ obſcura eſſe nõ poſſint (ſanctiſſime pater) nõ potui huic Gregoriani honoris & ſplẽdoris faſtigio, ſediq; Apoſtolicæ (cui viuo & ſer

*uio) omni mea obſeruantia et reuernetia nõ eſſe impẽſiſſimè addi
ctus. Illud vt efficerẽ, tuæq; amplitudinis teſtimoniũ relinquerẽ
THESAVRVM hunc meũ ſiue NIZOLIVM ex ipſis ſacrarũ
ſcripturarũ viſceribus cõflatũ in eccleſiæ (cui tua ſãctitas præeſt)
gazã et ærariũ effundere, tuæq; cenſuræ ſubiicere ſæpius ſtatui ac
deliberaui: qđ et ante hac lubens feciſſem atq; effeciſſem, niſi cõi
hac noſtrorum calamitate atq; egeſtate fuiſſẽ planè interruptus:
neq; vero ſuſcepti mei in eo ſtudij curriculũ confeciſſẽ, niſi clariſ-
ſimorũ D. D. Henrici Baronis de Morley, fratriſq; ſui Caroli, in
ſacris doctoris eximij amor & pietas acceſſiſſet, in quo vtriuſque
inſtrumẽti ſeriẽ et contextũ ſecundũ vtriuſq; tpis ſtatũ et ordinẽ
ſuccincte admodum cõplexus ſum: ne magnitudine deterreãtur,
qui quæ cõtinet minus q̃ oportet, retinent, et ſinu vel manu geren
do fructũ inde et vtilitatẽ ſine moleſtia vlla ferant. Nihil enim
cõtinet, qđ nõ ad deprauatos hominũ mores corripiẽdos et repræ
hendendos tũ ad fidẽ Chriſti propagandã et illuſtrãdã, adq; hære
ſes et ſectas (æternis tenebris abdendas et reſeruandas) contun
dendũ et infrigendũ plurimũ valeat. Accipe igitur (beatiſſimè
Pater & põtifex Maximè) exiguũ hoc exulis munus, animique
eius grati, fidelẽ memoriã ſanctitati tuæ & virtuti cõſecratã et di
catã, benignè ſuſcipe, obſecro & obteſtor, Qđ vt facias maiorẽ in
modũ efflagito, qui operã meã in eo poſitã, ad dirutos et deiectos
muros Ieruſalẽ inſtaurandos locaui, ſub tuæq; beatitudinis præſi
cio et vmbra in publicũ prodire ſinas: eaq; tũ humanitate tũ cle-
mẽtia interpretari digneris, qua ſoles oĩa, quæ ad religionis et
pietatis cultũ, tũ Reip. emolumentũ et cõmodũ ſpectãt, & qua fi-
de et humilitate, præcellẽti faſtigio tuo et dignitati deuoueo. Qđ
ſi feceris, de oĩ meo impẽſo in eo ſtudio mihi gratulabor: oẽq; tũ
impoſterũ qualecũq; officiũ operã et induſtriã, in Dei eiuſq; Ec-
cleſiæ laudẽ, tũ et tui nominis gloriã et honorẽ ſtudioſiſſimè con
ferã Deus Opt. Max. tuã ſanctitatẽ nobis et Eccleſiæ tuæ diu cõ
ſeruet ac tueatur incolumẽ. Antuerpiæ 26. Septem. Anno 1579.*

*Sanctitatis tuæ humilimus ſeruus*
*Gulielmus Allotus.*

VIRO

## *VIRO ILLVSTRISSIMO D. HENRICO PAR-*
## KER ANTIQVISSIMI, CLARISSIMIQVE

*Balnearum apud Anglos ordinis militi aurato, Baroni de Morley & Rya &c. Magno Hiberniæ mariſcallo*
S. *optat Gulielmus Allotus.*

QVotieſcunque mihi in mentem venit (præclariſſime ſplé
didiſſiméque vir) conſuetudinis illius & beneuolentię
qua tecum, cum Coloniæ ageres, non tam vtebar liberè, quã
fruebar ſuauiter & familiariter: vix mihi imperare poſſum,
quin honoris tui atque dignitatis abſentiam, grauiter & mo
leſtè feram. Cuius erga me tunc flagrans deſiderium & amo-
rem vti nulla impedire potuit aduerſa fortuna: ita & opuſcu
lum hoc meum (illo tuo in me tum collato beneficio auſpica
tum, iámque tandem expeditum & abſolutum) tuæ beneficẽ
tiæ & liberalitati de me optimè meritæ, tanto libentius exhi
beo, quanto magis pietatem tuam & conſtantiam cum reli
gione coniunctam, perſpectam habeo & cognitam. Qui ma-
ri terráque ſexennali iam exilio religionis auitæ & Cathol.
ergò iactatus fueris, tantam támque triſtem & lugubrem re
rum tuarum iacturam paſſus, non modo Angliæ ſuauitatem,
verum quod maiùs eſt & chariùs, vxorem, omnis virtutis ac
pietatis genere excultiſſimam, liberoſque in florenti ætate
conſtitutos, reliquaſque vnà omnes illius regni voluptates
& delitias relinquens, tam forti & inuicto animo pertuliſti.
Quæ cum ita ſint, nihilque planè iam habeam, laude tua,
tuo honore, tua beneuolentia atque humanitate exopta-
tius aut gratius (qui me in deceſſu tuo tanquam pater)
pietate & integritate clariſſimo viro D. Carolo fratri tuo,
atque in ſacris Doctori celeberrimo ſtudioſè commendaue
ras, ipſeque me innatæ tuæ benignitatis exemplo, admodum
beneuolè & amicè amplexus eſt): teſtor iſtum ipſum a-
morem tuum, illam inſignem humanitatem tuam, ſimul

 & obſer-

& obſeruãtiã meam,qua te & illum, vniuerſamque famili
veſtram complector,nulla in poſterum obliuione deleri poſ
ſe aut imminui:ſed dum vita mihi ſuppetet, eo me futurũ an
mo & affectu polliceor,quem natura veſtra tum mea verecũ
dia exigit,vt & honori veſtro,& dignitati,ornamentiſq; om
nibus,incredibili animi ſtudio futurus ſum mãcipatus.Quo
& ſumma virtus veſtra,nobilitáſque meretur , & officij me
ratio efflagitat,atque iſta tẽpora vlcerata & deplorada pr
cipuè requirunt.De eóque ſummoperè cupio , vt animi me
propẽſi,argumentum aliquod exploratum & certum habea
tis,quo veſtrum vtrique amorem iſtum,conſtãtiã, & fidẽ gr
tuler,atque huic meo officio & muneri à vobis impoſito, ſa
tisfaciã.Quòd vt commodè efficiam Xenium hoc(quod ſpe
ro & opto veſtrum vtrique fore gratiſsimum)commendo.I
quo,qua potui ratione& conſilio,Antitheton confeci,illud
que ipſum Antidoti loco, ex ipſis ſacrarum ſcripturarum me
dullis,expreſsi:vt,quemadmodum contraria contrariis cu
rãtur,ita & ingruente ac imminente periculo,oppoſitis op
poſita obiiciãtur,contrariiſque,ex Diametro pugnantia op
ponãtur:quò facilius,præſentis tẽpeſtatis hæreticorũ ora &
linguæ obſtruãtur & obturẽtur,tum etiã quoties perperã &
praua ſcripturæ intelligẽtia,venenoſos & crudos,quos imb
berũt ſuccos,euomũt atque eiiciunt,eáq; peruerſe,arrog
ter & inſolenter ad ſuum ſenſum contra vniuerſitatem,anti
quitatem,& conſenſionem contorquent,addunt,diminuun
immutat toties proprio ſuo pondere opprimãtur, atque ſuf
focentur,verbum enim Domini clamitant ac vociferãtur,il
ludque importuna verborum impudentia,tãtáque ſcholior
farragine & cumulo cæcutienti multitudini effulminãt,vt ſi
ue aduerſus Eccleſiã Cathol.ſiue ſuperiorem poteſtatem co
ſpirent,ſiue principes ineſcatos faſcinent,orthodoxóſque p
tres contumeliis ac conuitiis afficiãt,ſiue verò Eccleſiaſtic
diruãt monaſteria diripiãt,preſbyteros ignominioſè tracte
ſuſpendãt,exenterent,dilanient,comburant,monachos,mo
nachaſve ſpolient,& pellãt , totum illud erit purum putum
verbum Dei. In quo dicendi genere quàm faciles ſint, ex eo
conſtar



conſtare facile poteſt,quòd dies,noctéſque ſudãt,inſtãt, ac
vrgent,prouinciã hãc infœliciter ſuſceptã, ignominioſéque
dilatatã defendere ac propugnare:quãdoquidem bellum tã
iniuſtè indictum,tãtóque ſanguine & ſudore propagatum,ta
les tãque ſubdolos,verſipelles,& fraudulẽtos exigit ſatelli-
tes,tales tamque vigiles & continuas requirit excubias : his
enim & ſimilibus technis ac dolis Eccleſiã Chriſti Cathol. in
odium & dedecus vocarunt , fidemque Chriſti Cathol.con-
vulſerunt,proſciderunt & diſcerpſerunt : quaſi res eſſet tam
inaudita,támque ſtupenda,quæ nequaquã à Deo,ſed ab ipſo
Beelzebub ortum haberet atque incrementum. Sed quoniã
ad Scripturas tã pertinaciter & inſulsè nos quaſi ignorãtes
prouocant,earundem aperto teſtimonio & authoritate con
uincentur:Quæ ſi æqua lance expendantur,diligentérque di
ſcutiantur ad hæreſes & ſectas(quibus hodie piorum virorũ
mentes & corda vndique diſcruciantur)retundendas & con
terendas,ſola ſua virtute & adminiculo pollent.Quarũ pro-
fectò authoritas me præcipue mouebat , inſtigabatque ad
onus hoc ſubeundum,Theſaurũque hunc Biblicum conflan-
dum,& conficiẽdnm.in quo,quæ vtriuſque vitæ ſtatum ſecun
dum vtriuſque teſtamenti ordinem & ſeriem complectuntur
& continent, nullo negotio reperiantur : tum etiam ſi quid
præcellẽs per anni curriculum in Euãgelio occurrat,apto at
que congruo rerum ordine Paſtores,Rectores,& Conciona
tores quid ad docendũ,tractãdum ne putẽt.commodum in-
ueniant:cæteráque ex orthodoxis patribus facilius petant
colligãtque quæ ſuſcepto argumento , ordinique in indice
obſeruato neceſſaria eſſe, videantur. Vtantur igitur atque
fruantur vobiſcum,quotquot curam animarum gerunt,Epi-
ſcopi & Paſtores,Magiſtri Atque Diſcipuli : vtantur igitur
Hæretici atq; Apoſtatæ,ſiue de Deo eiuſque filio. D.N.Ieſu
Chriſto ſiue de B.Virgine matre Iius,ſiue de Sponſa eius Ec-
cleſia Cathol.malè ſentiunt.Habeant hic , vnde in præcipuis
ferè omnibus religionis controuerſiis ſe & ſuos muniant,cõ
monefaciant, exhortentur,deterreant,lucrifaciant,ſolidè-
que citata teſtimonia petant atque excerpant. Notandum


porrò

porrò illis eſt, qui in eo verſari velint, vt quoties ASTERISCVM. *. ſiue ſignum hoc ✠ capitis frontiſpicio ſiue alibi fixum conſpexerint : toties integrum eius ſenſum, couſque ſe protendere, materiámque de qua tractatur contineri intelligant. Qua in re, ſi exactè Alphabeti ordinem non obſeruaui, vti ſub titulo. (*Antiquæ via*) cui & titulum (*Traditiones*) adiunxi, & ſimilibus videre eſt: cogebar in eo certè propter materiæ connexionem, (quæ vnius rei erat) ne alias tædio eſſet & moleſtiæ, præſcriptam methodum vertere & immutare, quod tamen ſpero nec legentibus ingratum eſſe, nec me in eo reprehendendum. Quem laborem (Deo teſte) eo libentius ſuſcepi, quò maiorem inde vtilitatem & fructum, Eccleſiam Dei Cathol. percepturam eſſe credidi. Neque verò titillantis alicuius laudis cupiditate pellectus, ſudorem in eo inſumpſi (quem alij minori forſan cura & ſollicitudine vberius & copioſius atque expeditius præſtare potuiſſent): ſed officij mei & muneris eſſe duxi, omnem operam nauare, omne onus ſubire, omnéque ſtudium meum eò referre, quò Dei, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ promoueatur gloria. Quamobrem à vobis omnibus laboris huius mei cenſoribus (tum maximè à vobis viri præclariſsimi, quorum ſplendorem anguſtis huius zenij terminis comprehendo) veniam peto & poſtulo: vt ſi quid in tam varia ac multiplici rerum collectione, calami incuria effluxerit: illud qualecũque ſit, temporis præſentis miſeriis, tum tempeſtatibus atque procellis (tubis ac tympanis vndique ad arma clangentibus & ſonantibus) tribuatis. Tum poſtremò ſi quid inde emolumenti & commodi retuleritis, id Deo Opt. Max. primùm & præcipuè, tum reuerendis D. D. ac P. Ioanni Herlemenſi, Ioannique Haſio ſocietatis Ieſu, atque in ſacris Licentiatis doctiſſimis; tum Georgio Bullocho, Richardo Neomagenſium Minoricarum Præpoſito (Florum Bibliorum authori D. L. Villauicentio, Ægidio Topiario, atque Ioanni Gagneo gratias agatis, quorum opera & induſtria hunc meum faſciculum (arboris inſtar) locupletiorem reddidi atque cumulatiorem. Valete, & vobis (viri clariſsimi)



mi) de me perſuaſum eſſe velim, neminem fore, aut veſtri amantiorem, aut qui maiore ſtudio & diligentia, honori veſtro & ſplendori faueat. Antuerpiæ 26. Septembris. 1576.

* *
*

*Splendori veſtro & amplitudini deditiſſimus*
*Gulielmus Allotus.*

# F. ARNOLDVS COMANS CRVciger Traiectenſis, Benigno Lectori ſalutem in Chriſto optat.

*EXiguus quamuis ſit præſens molle libellus,*
*Nec modica in vaſtum pagina creſcat opus,*
*Aſt operis precium benè iuſt a appende bilance,*
*Dices crede mihi maximus iſte liber.*
*Lectus enim poterit, me iudice, vincere ſummas*
*Diuitias* Crœſi, *diuitiaſq; Midæ.*
*Ille dabit dignos cæleſti pectore mores,*
*Viuendi leges, & pietatis opes.*
*Diuitis vbertim Virtutis munera fundet.*
*Quæ potes vendanti vix capere ipſe ſinu.*
*Huc oculos animumque refer, manibuſque paratis*
*Sedulus æternas quilibet aufer opes.*
*Fertilis hortus adeſt, maturis fructibus ingens,*
*Quo nihil vberius maximus orbis habet.*
*Multiplici hic ſurgunt æternæ munera vitæ*
*Germinæ fælici dona legenda manu.*
*Heſperidum celebrant pomaria carmina Vatum,*
*Quoſque habet* Alcinoi *nobilis hortus, opes.*
*Laudibus immodicis cælebrantur* Adonidis *horti.*
*Quique alij Vatum munere nomen habent.*
*Nos tibi non veterum canimus ludibria Vatum,*
*Non petit hic falſam fabula vana fidem.*
*Omnia ſed fidei refero, & pleniſſima veri,*
*Fabulaque in noſtro carmine nulla ſedet.*
*Hic ſunt ætherei fælicia munera regis.*
*Sanctorum quicquid vota beata petunt.*
*Hic ſunt Nectarei fontes & flumina viua,*
*Ambroſiæ hic Diæ dona beata fluunt.*
*Inde cibum vitæ ſumes e diuite menſa.*
*Quo ſumpto, non eſt dira timenda fames,*
*Ille breui gyro Sacri myſteria verbi.*
*Claudit, & hæc vbi ſint inuenienda docet.*
*Omnia quæ Claudunt ſacrata volumina legis,*
*Turba prophetarum, quæ ſacra cunque docet.*
*Denique quicquid habet Diuini pagina verbi,*
*Exiguo aut nullo hic penê labore petes.*

Siu

*Siue monere voles, ſiue increpuiſſe iacentem*
*In viciis aliquem, quem prauus error habet.*
*Seu iuuat immodicis languentia pectora curis.*
*Erigere, & curas fortiter eiicere:*
*Siue aliquem ad virtutis opes & præmia vitæ.*
*Æternæ certo cogis adire pede.*
*Denique quicquid erit quod præſens poſtulat vſus,*
*Seu vis ſolari, ſiue docere virum:*
*Hinc poſces, promptumq; feres quodcunque requiris,*
*Seu res alterius, ſeu peragenda tua eſt.*
*Verba tibi in populi ſi ſunt facienda coronæ.*
*Materies hinc eſt apta futura tibi.*
*Confeſſo ritè lætalia vulnera cordis.*
*Præſentem ſi ſis ferre coactus opem:*
*Seu tibi miles erit duros armandus in hoſtes,*
*Vt bene pro Chriſti prælia laude gerat,*
*Carnis vt inſultus, mundiq; furentis amaras.*
*Fortiter inſidias Marte potente domet.*
*Crudelis Satanæ, diuini nominis hoſtis*
*Proterat vt valido turpia ſigna pede.*
*Hinc gladios, haſtaſq; petes, clypeoſq; fideles.*
*Qualia ſigna Dei turba ſequuta gerit.*
*Omnia præſtabit: quibus exornare ſecundas*
*Res potes, aduerſas intrepidè excipere.*
*Si tua læſerunt funeſti corda latrones,*
*Si vix curandum pectora vulnus habent,*
*Ars tibi mortalis potis eſt nec ferre ſalutem,*
*Vllius ingenium nec tibi ſpondet opem:*
*Huc oculos conuerte tuos, hunc conſule librum,*
*Atque ſalutares porriget ille manus.*
*Expedietq; tibi, quænam te cura leuabit,*
*Vnde petenda tibi ſit medicina tua.*
*Siue tuos fines populauerit hoſticus enſis,*
*Atque tibi reliquum fecerit eſſe nihil.*
*Seu Patriam cogit te deſeruiſſe tyrannus,*
*Exilioq; iubet vertere triſte ſolum:*
*Seu tu cum dulci ſpoliatus coniuge natis*
*In gemitu, in luctu, mæſticiaq; iaces,*
*Siue tuos tecum paupertas vrget iniqua,*
*Vixq; potes duram pellere ſæpe famem.*
*Siue tua infeſtus laniabit viſcera morbus,*

Carni

*Carnifices poterit qui ſuperare truces:*
*Seu quodcunque mali quaſſabit pondere iniquo.*
*Atque tibi duri cauſa doloris erit.*
*Huc properat inuenies ſolatia certa malorum.*
*Teq; malis nuſquam ſuccubuiſſe ſinet.*
*Quiſquis Apolineas igitur complecteris artes.*
*Et bene doctorum ſcripta diſerta probas.*
*Quiſquis eris Lector,ſeu Bartolus aut Salicetus.*
*Te tenet,aut Baldi tetrica cura ſenis:*
*Seu tenet Hypocrates,aut ſcripta deſerta Galeni,*
*Aut habet addictum pagina ſacra ſibi.*
*Egregium tota complectere mente libellum,*
*Inq; ſinu medio nocte dieq; foue.*
*Ille domi comes eſt,peregrè comes ille futurus.*
*Dulcis & acceptus commoditate ſua.*
*Alloteq; pias grates exolue benigno*
*Pectore,ſi grates hunc meruiſſe vides.*
*Has tibi qui collegit opes tam diuite venæ.*
*Ingenij,haud parcens nocte dieq; ſibi:*
*Vt tibi prodeſſet,Chriſtiq; fidelis amicis*
*Omnibus ærumnis ſit licet in mediis*
*Eq; ſua Patria Patriæ cæleſtis amore*
*Exulet exilij incommoda multa gemens.*
*Pulſus Apoſtolicæ fidei decreta profeſſus.*
*Quod nihil à priſcis degeneraret auis.*
*Illius ærumnas conare precamine fido.*
*Ex aliqua ſaltem parte leuare: Vale.*

# INDEX RERVM
## huius libri.


A

Abnegatio 1
Abſtinentia 2
Abuſus veſt. 4
Acceptio mun. 4
Acedia 5
Acquiſitio 5
Admonere 6
Adoratio 6
Adoleſcentia 6
Adulatio 7
Aduentus Domini 7
Adulterum 8
Aegiptiaca.cap. 9
Aegrotatio 11
Altare 13
Agricultura 14
Ambitio 14
Amici veri 16
Amiticiæ fruct. 14
Angelus 17
Apoſtata 25
Animæ quorund. 23
Ante Chriſtus 23
Antiquę viæ 24
Traditiones 24
Apoſtoli 25
Aparitiones 26
Aqua 27
Arca Noe 30
Arca fœderis 30
Arbor 27
Arrogantia 27
Arma ſpititual. 28
Aſperitas veſt. 26
Aſtrologia 31
Auaritia 31
Auerſio à Deo 32
Artifex 26

B

Babilonica cap. 34
Baptiſmus 36
Beatitudo 39
Blaſphemia 44
Bellum 40
Benedictio 42
Beſtiæ 45
Bona opera 45
Banitas Dei 47

C

Cultus verus 48
Cæcitas corp 49
Cæremoniæ eccl. 50
Calumnia 48
Calix 51
Captiuus 51
Caro 51
Caſtitas cęlib. 52
Cauendum à Pſeudo-prophet. 75
Cereorum & lamp. 75
Certi non ſumus 54
Charitas 54
Diligendi ini. 55
Choreas duc 56
Chriſtus 57
Dicentibus 65
Chriſtiani 66
Cibus 67
Cibare 67
Ciuitas 68
Circuncifio 68
Cogitationes 69
Cognoſcere 71
Cognitio Dei 70
Compaſſio 72
Concionator 72
concordia 72
Idem ſapere 73
concupiſcentia 73
condonandum 74
confeſſio 74
confirmatio 76
confidentia 57
confuſio 76
coniuratio 76
connubium 77
conſecratio 77
conſcientia 77
conſilium 78
conſilia euang. 80
conſtantia fid. 82
conſtitutiones 82
conſulendus Deus 82
contemplatio 84
contemp.mundi 84
contentio 85
contumelia 88
conuerſio 89
conuerſatio 88
conſolatio 81
cor & volunt. 92
correptio 94
corona vitę 94
correptio 94
corpus myſt. 97
creator 97
creſcere 98
crux 98
curioſitas 100
cuſtodia ſui 100

D

Demones 101
Damnum 102


Damn.

Damnatio 102.
Deficientes increp. 106.
Deriſor 107.
Dare mel. 103.
Dauid 103.
Decimæ 104.
Dedicatio 104.
Detractio 105.
Deſperatio 104.
Deſiderium 104.
Deus 138.
Diabolus 116.
Diaconi 117.
Dies no. 118.
Dilectio 119.
Diuites 122.
Diſcordia 121.
Diſciplina 121.
Doctrina 127.
Dolus 131.
Domus 130.
Dominus 129.
Dona 133.
Donaria 132.

E.

Ebrietas 133.
Eccleſia 135.
Eleemoſina 139.
Electio 142.
Emere 140.
Emundatio 141.
Epiſcopi 142.
Erubeſcere 142,
Eſurire 143.
Euangelium 143.
Euchariſtia 149.
Exactio 150.
Excomunicatio 150.
Exemplum 152.
Exercitum 152.
Exequiæ 152.
Experientia 152.

F.

Facere pro ſacr. 153.
Fama 153.
Fames 153.
Familiaritas 155.
Famulus 155.
Fermentum 156
Feſtum 156.
Fides 162.
Infidelitas 165.
Fidei iuſſio 164.
Filius 167.
Fœnum 168.
Fœneratio 169.
Formido 169.
Fornicatio 170.
Fortitudo 171.
Fraternitas 172.
Frater 172.
Fundamentum 172.
Furtum 173.
Fures 173.

G.

Gabriel 173.
Gaudium 174.
Gemitus 175.
Generatio 175.
Gentes 175.
Genu 177.
Gladius 177.
Gloria 177.
Gratia 178.
Gratitudo 180.
Gratiæ 181.
Gula 181.

H.

Hæreticus 183.
Hæreditas 183.
Homo 185.
Homicidium 187
Honor 188
Hoſpitalitas 189
Humilitas 190
Hypocriſis 192

I.

Iactantia 193
Idolatria 194
Ieiunium 195
Ignorantia 199
Ieruſalem 197
Imago 200
Immiſericordia 201
Impatientia 201
Impius 201
Imitatio 200
Impoſitio 206
Impudicitia 207
Incantatio 207
Indulgentia 209
Inceſtus 209
Induratio 209
Indumenta 209
Infernus 208
Infirmitas 209
Ingratitudo 210
Innimicus 211
Iniquitas 211
Innocentia 211
Inobedientia 213
Inſtabilitas 214
Inuidia 215
Iniuſtitia 215
Iſraël 218
Iter ſalut. 218
Iudæorũ cerem. 219
Iudas 219
Iudicium 220
Iudices 229
Iracundia 217
Iurate 231


Iu-




Iuſtitia 236
Iuſtificatio 237

L

Labor 238
Lapis 240
Laicus 293
Laudandus 240
Laudes 241
Lectio 241
Lepra 241
Leuita 242
Lex 245
Liberauitæ 245
Liber. arb. 246
Libertas 249
Lingua 249
Limbus 213
Longanimitas 253
Lotio pedum 253
Lugendum 253
Loquenda 251
Lux 255

M

Magiſterium 256
Maledictio 256
Malum 257
Manendum. 258
Manna 259
Manſuetudo 259
Mare 259
Maria 260
Magdalena 265
Maritus 265
Matrimonium 266
Mediator 268
Melchiſedech 268
Mendacium 268
Mendicus 268
Menſura 269
Merces 270
Mercenarius 270
Meritum 271
Meſſias 271
Miniſterium 270
Miniſter 272
Miſericordia 272
Miſſa 274
Monachus 275
Mors 275
Mundus 282
Mundities 283
Munera 284
Mulier 283
Murmurator 284
Mutuatio 285

N

Negotiatio 285
Nomen 286
Nuntius 286
No. teſt. 286
No. cœlum 286
Nudus 287
Nouiſſima 286

O

Obediendum.
Oblatio 289
Occiſio 290
Oculus 291
Ocium 292
Odium 221
Offerre 292
Opera 295
Opinio 295
Orare 296
Ordo 303
Oſculum 303

P

Pactum 303
Parens 305
Paſtor 306
Patientia 308
Pauper 311
Paulus 313
Pax 314
Peccatum 315
Peculium 320
Perfectio Char. 32
Peregrinus 321
Periurium 322
Perſeuerantia 322
Perſona 323
Petrus 323
Pignus 324
Plaga 325
Pœna 325
Pœnitentia 325
Prædeſtinatio 331
Præcepta 328
Primitiæ 332
Primogenitum 332
Proditio 333
Promiſſio 333
Propheta 333
Prouidentia 334
Pſeudoprophet. 335
Puſillanimitas 339
Punitio 338
Purgatorium 338

Q

Quadrageſima 339
Quæſtio 339
Quies 339

R

Ratio 340
Recidiuatio 340
Redemptio 341
Regeneratio 341
Reges 342
Regnum 343
Relinquere 344
Reliquiæ 345
Remittere 345
Repudium 345


Re-

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Reſurrectio | 346. | Somnium | 376. | Venderis. | 403 |
| Reuelatio | 347. | Sors | 377. | Venter | 403 |
| S | | Spes | 377 | Verbum | 403 |
| Sabbathum | 347. | Spina | 380 | Veritas | 406 |
| Sacerdos | 348. | Spiritus | 480 | Veſtis | 407 |
| Sacrificium | 274. | Sponſus | 381 | Via | 408 |
| Salus | 353 | Stultitia | 381 | Victoria | 407 |
| Sanctus | 353. | Subditus | 382 | Vidua | 410. |
| Sanguis | 355. | Superior | 382 | Vigilare | 410 |
| Sapientia | 356. | Superbia | 384 | Vindicta | 411 |
| Satisfactio | 325. | T | | Vinea | 411 |
| Scandalum | 364. | Temperantia | 386 | Virginia | 412 |
| Scriptura | 364. | templum | 387 | Viſitare | 412 |
| Semen | 367. | Tempus | 389 | Vita | 412 |
| Senectus | 368. | Tenebrę | 389 | Vitis | 414 |
| Sepultura | 368. | Tentatio | 390 | Vitulus | 414 |
| Serpens | 369. | Teſtamentum | 391 | Viuere | 415 |
| Seruitus | 369. | Teſtimonium | 391 | Vnctio | 415 |
| Signa | 371. | Theſaurus | 392 | Voluntas | 415 |
| Silere | 372. | Timor | 392 | Volupias | 416 |
| Simonia | 372. | Traditio | 396 | Votum | 416 |
| Simplex | 373. | Tribulatio | 396 | Vſura | 416 |
| Simulatio | 373. | Trinitas | 400 | Vxor | 417 |
| Sobrietas vide Temperantia. | | Triſtari | 401 | | |
| | | Tuba | 401 | Z | |
| Societas | 374. | | | | |
| Sol | 375. | V | | Zelus | 418 |
| Solicitudo | 375 | Væ | 401 | Zelotypia | 418 |

Finis huius indicis



# TESAVRVS. SACRAE SCRIPTVRÆ.

*Aron adiungitur fratri ſuo* Moſi *ſocius, Exod.*4.14.16.30. ‡ 5.1.‡.6.13.‡.1.2 Mic.6.4. *fuit pronepos Leui, Exod.*6. 16.18.20: *peculiari ritu cõſecratur cũ ſuis filiis ad miniſteriũ ſacerdotij* Leui.8. *Nu.*3.10. *Deut* 18.5. *Heb.*5.4. *ſicut Dñs præſcripſerat Exod.*29. * ‡ 40.12. *Aaronis & filiorũ ſacerdotalis ornatus, Exo.*28.* *Aaronis ſacerdotis authoritatẽ qui noluerũt agnoſcere, inuſitato genere mortis intereũt, Exo.*16.3.11. 30.31. *Aaron inſigni miraculo oſtẽditur præ cæteris à Deo in Sacerdotẽ ſummũ electus, Exo.*17.5.8. *poſt oblationẽ factã benedicit extẽſa manu populo* Exo.9.22. *iure perpetuo accipit pro officio ſacerdotali oblationes & primitias à populo Nu,*18.9.11.12 *& à Leuitis decimas decimarum,* Nu.18.26.28. *moritur, Nu.* 20.28.‡33.38. *Deu.*10.6.‡.32.50. *ſuccedit ei in ſummo ſacerdotio Eleazar, N.*20.26. *Deu.*10.6. *Aaronis laus Ecc.*45.7.8.9*

*Abarim mons vnde moriturus iam* Moyſes *terram* Chanaã *proſpexit, Nu.*21.11.‡.27.12.‡33.44. *Deuteronom.*32.49.

*Abba pater, Marc.*14.36. *Rom.*8.15. Galat.4.6.

*Abdemelech propugnator, & patronus Ieremiæ,* Iere.38. 7. *liberatur à gladio* Chaldæorum, Iere.39.16.17.

*Abdenago mittitur in fornacem ardentem, Dan.*3.21. *appellatur* Azaria, *Dan.*1.6.

*Abdias abſcondit prophetas Domini,* 3. *Reg.*18.3.13.

*Abdon Iudex in Iſrael, Iudi.*12.13.

*Abel occiditur à fratre* Cain, *Gen.*4.8.1. *Ioan.*3. 12. *de codẽ lege* Matth.23.35. *Lucæ* 11.51. *Hebre.*11.4.‡ 12.24.

*Abiam filius* Roboam *rex Iuda,* 3.Reg.14.31‡15.1.2. Parat. 13.15. *reliquit Aſa regni ſucceſſorem.* 3. *Regum* 15.8. Matth.1.7.

*Abiathar ſacerdos effugit manus* Saulis, 1. *Reg.*22. 20. *confugit ad David in* Ceilam, 23.6. *cũ* Adonia *ſe coniungit.* 3. *Reg* 1.7. *amouetur ſacerdotio,* 27. *iuxta illud* 1. *Reg.*2.30.32.

*Abidan dux* Beniamin, *Num.*1.11.

*Abigail, vxor impij Nabal,* 1.Reg.25. 3. *nubit Dauidi regi, poſt mortem Nabal,* 25.39.

*Abihu & Nadab filij* Aaron *igne abſumuntur. Leuit* 10.2. *Num.*26.61.

*Abimelech rex Geraris aufert* Abrahæ Saram. Gen. 20. 2. *init pactum cum* Abraham. Gen. 21. 23. 32. *init pactum cum Iſaac.* Gen.26.31.

*Abimelech fili⁹* Gedeonis, *Iudic.*8.32. *occidit.*70. *ſuos fratres & ictu lapidis molaris interficitur. Iudic.*9.5.53.‡.2.Re.11.21

*Abiron effert ſe contra Moyſen, vnde & terra diſcedens* *abſorbet.* Nu.16. ✠ 26.10. *Deu.*11.6. Pſal.105.17. *Eccli.*45.2

Abiſag, *Sunamitis, ducitur ad regem David,* 3 *Reg.*1.3.p *titur ab* Adonia *in vxorem.*2.17.

*Abiſai filius ſeruiæ,*2.*Re.*2.18.✠16.9✠19.21.✠20.6.✠23.1

*Abiud filiꝰ Zorobabel,* Mat.1.13.*appellatur* Anania 1.Pa.3.1

## *Abnegatio ſuiipſius.*

*Geneſ.* 12.1. DIxit autem Dominus ad Abraham. Egreder de terra tua & de domo patris tui & veni i terram quam monſtrauero tibi.

*2.Mac.*6.19. At ille (Eleazarus) glorioſiſſimam mort magisquam odibilẽ vitã complectens volu tariè præibat ad ſupplicium. Deut.33.9.

*Matt.* 4.19. Chriſtꝰ ait Petro & Andreę: Venite poſt me faciã vos fier piſcatores hoĩm: at illi cõtinuo relictis retib. ſequuti ſũt e

*Cap.*10. 39. Qui amat animã ſuam perdet eam. Et qui perdiderit a mam ſuam propter me inueniet eam.

*Cap.*16. 24. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & toll crucẽ ſuam & ſequatur me. Idem Lucæ 9.23.

*Cap.* 19. 21. Si vis perfectus eſſe, vade, vẽde quę habes & da pauperib & habebis theſaurũ in cælo & veni ſequere me. Mar.10. 2

*Lucæ.*14. 26. Si quis venit poſt me & non odit patrem ſuum, & mat & vxorem & filios & fratres & ſorores, adhuc autem & an mam ſuam non poteſt meus eſſe diſcipulus.

*Cap.*17.33. Quicunque quæſierit animã ſuam ſaluã facere, perdet il lã: & quicunq; perdiderit illã viuificabit illam. 3. Reg.19.1

*Ioan.*12.25. Qui amat animã ſuam perdet eam, & qui odit animã ſu in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam.

## *Abnegatio omnium rerum.*

*Gen.*12.1. DIxit Dominus ad Abraham. Egredere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui & veni in ter quam monſtrauero tibi.

*Ruth.*2.11. Annuntiata ſunt mihi omnia, quę feceris ſocrui tuę po mortem viri tui, & quod reliqueris parentes tuos & terrã i qua nata es, & venias ad populum quẽ ante neſcieb s, redd tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedẽ recipias Dño Deo Iſrael ad quẽ veniſti, & ſub cuius confugiſti ala

*Matt.*19.27. Reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus õia & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Centuplum accipie (ait Chriſtus) & vitam æternam poſſidebit.

Dix



Dixit ei Ieſus: Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum, & continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. *Mat.*1.17.

Cæpit ei Petrꝰ dicere: Ecce nos reliquimꝰ omnia & ſequuti ſumus te, &c. Reſpondens Ieſus ait: Amen dico vobis, &c. In futuro ſæculo accipiet vitam æternam. *Cap* 10. 29.

Subductis ad terrã nauibus relictis omnib. ſecuti ſunt eũ. *Lu* 5.11.

Si quis venit ad me & non odit patrem ſuum, & matrem & vxorem &c. adhuc autem & animam ſuam non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Cap.*14. 26.

Ait ei Ieſus: adhuc vnum tibi deeſt, Omnia quęcunq; habes vende & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me. *Cap.* 18. 22.

Hoc autem dico vobis fratres tẽpus breue eſt, reliquum eſt vt qui habent vxores tamquam non habentes ſint. 1.*Cor.* 7.29.

*Abner, præfectus militũ Saulis, creat Is-boſeth regem Iſrael,* 2.*Re.*2.8.*paciſcitur cũ David.*3.12.*occiditur à Ioab,* 2.Re.3.27.

*Abra ancilla Iudith, Iudith* 8.32.✠ 10.2.*libertate donatur Iudith,*16.28.

*Abraham filius Thare habet Sara in vxorẽ, Gen.*11.29.*egreditur ex patria in terram* Chanaan *præcipiente Domino,*12.4. *proficiſcitur in* Aegyptũ 12.10.*redit inde in* Chanaã,13.1.*liberat* Loth *fratrem ſuũ ex manib. hoſtium,* 14.14.*accipit promiſſionẽ ſeminis,*15.4.✠17.16.✠18.10.*cõcubit cũ* Agar.16.4.*accipit promiſſionẽ ſeminis & ſignũ fœderis appellaturque* Abraham,17 5.*orat pro Sodomitis,*18.23.28.32.*Iſaac ei naſcitur,* 21.2.*paratꝰ eſt offerre Iſaac,*22.9.*mittit ſeruum qui quærat vxorem filio ſuo Iſaac,*24.4.*moritur,* 25.8.*cõmendatur, Eccli.*44.20.*appellatur pater multarũ gẽtiũ, & omniũ credentium,* Gen.17.5.*Eſai* 51.2.Matth.3.9.Lucæ 19.9.*Ioan.*8.39.*Rom.*4.11.17.18✠9.7. Gal.3.8.*de ipſo & eius ſemine vide Ioſ.*24.3.*Eſaiæ* 41.8✠51. 2.*Ezec.*33.24.2.*Eſd.*9.7.*Mat.*8.11.Act.7.2.16. Heb.11.17.

*Abrahæ filij qui dicantur. Ioan.*8.33.Rom.9.7.*Gal.*3.7.

*Abſalon filius David.*2.*Reg.*3.3.*occidit ſuũ fratrẽ & fugit ad Tholomai regẽ Geſſur,*13.3 .*reuocatur,*14.21.23. *conatur patris occupare regnũ.*15.6.*cõcubit cum patris cõcubinis.*16.22. *iuxta prophetiã,*12.11.*tribus haſtis transfigitur à Ioab,*18.14.

## *Abſtinentia à quibuſdam cibis.*

DE ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quo cũque autem die comederis ex eo morte morieris. *Gen.* 2. 17.

Quis enim indicauit tibi quod nudus eſſes, niſi ꝙ ex lig- *Cap.*3.11.

no de quo præceperam tibi ne comederes,comediſti?

*Ibid.*3. De fructu vero ligni quod eſt in medio paradiſi pręcep
nobis Deus ne comederemus.

*Cap.*9.4. Excepto quod carnem cum ſanguine non comederis, &
omne quod mouet & viuit erit vobis in cibum , quaſi ole
virentia tradidi vobis omnia.

*Exod.*12.9. Non comedetis ex eo crudum quidem nec coctum aqu
ſed aſſũ tãtũ igni,caput cũ pedib.ei⁹ eſt inteſtinis vorabit
*Exod.*13.6. Septem diebus veſceris azymis,& die ſeptimo erit ſolen
nitas Domini azyma comedetis ſeptẽ diebus nõ apparebi
ante te aliquid fermentatum nec in cunctis finibus tuis.

*Cap.*21.28. Bos ſi cornu percuſſerit virum aut mulierem & mortu
fuerint,lapidibus obruetur,& non comedentur carnes eius
dominus autem bouis innocens erit.

*Cap.*22.31. Viri ſancti eritis mihi,carnem quę à beſtiis fuerit prægu
ſtata non comedetis,ſed proiicietis canibus.

*Exod.*29.34 Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis,ſiue de pan
bus vſque mane combures reliquias igni, non comedentu
quia ſanctificata ſunt.

*Leuit.*6.24. Omne enim ſacrificium ſacerdotum igne conſumetu
nec quiſquam comedat ex eo.

*Ibid.*7.18. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio com
derit irrita fiet oblatio nec proderit offerenti , quin potiu
quęcunque anima tali ſe edulio cõtaminauerit pręuaricatio
nis rea erit.Caro quæ tetigerit aliquid immundum,non co
medetur ſed comburetur igni.

*Ibid.*11.4. Quicquid autem ruminat & habet vngulam ſed non di
uidit eam,ſicut camelus & cætera,nõ comedetis illud & in
ter immunda reputabitis.

*Cap.*17.14. Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis quia anima
carnis in ſanguine eſt, & quicũq; comederit eum interibit
*Cap.*19.7. Quicquid autem reſiduum fuerit in diem tertium igne
combureris,ſi quis poſt biduum comederit ex ea prophan'
erit & impietatis reus.

*Ibid.* 22.8. Morticinum & captum à beſtia non comedent,nec pol-
luentur in eis,ego ſum Dominus.

*Ibid.*23.14. Panem & polentam & pultes non comedetis ex ſegite vſ
que ad diem qua offeratis ex ea Deo veſtro.

*Num.* 6.4. Vuas recentes ſiccaſque non comedent cũctis dieb.quib.
ex voto Domino cõſecrantur, quicquid ex vinea eſſe poteſt
ab vua paſſa vſque ad acinum non comedent.

In ſan-



In ſanctuario comedes illud mares tãtũ edent ex eo,quia *Ibid.*18.10.
conſecratum eſt tibi.

Non poteris comedere in oppidis tuis decimã frumẽti & *Deut.*12.17.
vini & olei tui,primogenita armẽtorũ & pecorũ,& õia quæ
voueris & ſpõte offerre volueris,& primitias manuũ tuarũ.

Ne comedatis quæ immunda ſunt , hoc eſt animal quod *Ibid.*14.3.
comedere debetis,bouem & ouem & capram & ceruum &
capreã &c.7.De his qui aũt quę ruminant & vngulam non
findũt hęc comedere nõ debetis,camelũ,leporẽ,chyrogrillũ
q̃a ruminant & nõ diuidũt vngulã immunda erunt vobis. 8.
Sus quoq; q̃m diuidit vngulã & nõ ruminat immunda erit.

Tobias filium ſuum ab infantia timore Deum docuit & *Tob.*1.10.
abſtinere ab omni peccato.

Et cũ omnes ederent ex cibis gentilium, iſte ſolus cuſto- *Tob.*1.12.
diuit animã ſuã,& numquã cõtaminatus eſt in eſcis eorum.

Iuſtus comedit & replet animam ſuam,venter autem im *Pro.*13.25.
piorum inſatiabilis.c.27.7.

Sapiẽs cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccato, & in o- *Eccl.*3.32.
perib iuſtitiæ ſucceſſus habebit.

Beata terra cuius principes comedũt in tempore ſuo ad *Cap.*10.17.
reficiendum & non ad luxuriam.

Initium vitæ hominis,panis & aqua. *Cap.*29.28.

Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur. *Cap.*31.19.

Noli auidus eſſe in omni epulatione & nõ te effundas ſu *Eccle.*37.38.
per omnẽ eſcam in multis enim eſcis erit infirmitas:& aui-
ditas appropinquabit vſque ad choleram , qui abſtinens eſt
adiiciet ſibi vitam

Si iuſtitiam quis diligit, labores huius magnas habẽt vir *Sap.*8.5.
tutes,ſobrietatẽ enim & ſapientiã docet & iuſtitiam & vir-
tutem,quibus nihil eſt vtilius in vita hominibus.

Cibus tuus quo veſceris erit in pondere. *Ezech.*4.10.

Iudith dixit nõ potero manducare ex his quæ mihi præ- *Iudith.*12.2.
cipis tribui,ne veniat ſuper me offenſio , ex his autem quæ
mihi detuli,manducabo.

Propoſuit autem Daniel in corde ſuo ne pollueretur de *Dan.*1.8.
menſa regis,neq; de vino potus eius & rogauit eunuchorũ
præpoſitum,ne contaminaretur.

Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua appre *2.Mach.*7.1.
henſos,compelli à rege edere contra fas carnes porcinas fla
gris & taureis cruciatos.

Beati qui eſuriunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. *Matth.*5.6.

 Quo-

*Matth.12.4.* Quomodo intrauit domum Dei et panes propoſitio
comedit quos non licebat ei edere neque his qui cum e
erant niſi ſolis ſacerdotibus.
*Act.17.29.* Vt abſtineatis ab immolatis ſimulacrorum et ſanguine &
ſuffocato et fornicatione,à q.b.cuſtodiētes vos bene age
*1.Tim.4.4.* Omnis creatura Dei bona eſt et nihil reiiciendum quod
cum gratiarum actione percipitur.
*1.Cor.7.5.* Abſtinete vos ad tempus vt expeditius vacetis oratio
*Cap. 9. 25.* Omnis enim qui in agone eſt ab omnibus ſe abſtinet e
illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant,nos aute
incorruptam.26.Ego igitur ſic curro non quaſi in incertu
ſic pugno non quaſi aerē verberans,ſed caſtigo corpus me
et in ſeruitutem redigo,ne forte cum aliis prædicauero ip
ſe reprobus efficiar.
*Gal.5.16.* Spiritu ambulate et deſideria carnis non perficietis: car
enim concupiſcit aduerſus ſpiritum.
*1.Theſſ.5.8.* Nos autem qui Dei ſumus ſobrij ſimus.22.ab omni ſpe
cie mali abſtinete vos.
*Tit.2.6.* Iuuenes hortare vt ſobrij ſint.
*1.Pet.2.11.* Chariſſimi obſecro vos tāq̄ aduenas et peregrinos abſti
nere vos à carnalib.deſideriis quæ militāt aduerſus anim

## *Abſtinentia à vino.*

*Leuit.10. 4.* VInum et omne quod inebriarē poteſt non bibetis tu
filij tui quando intrabitis in tabernaculum teſtimon
ne moriamini,quia præceptum ſempiternum in gene
rationes veſtras.
*Ibid.11.34.* Omnis cibus quem comeditis ſi fuſa fuerit ſuper eum a
qua immundus erit:et omne liquens quod bibitur de vni
uerſo vaſe immundum erit.
*Num.6.3.* A vino et omne quod inebriare poteſt abſtinebant ace
tum ex vino et qualibet alia potione et quicquid de vu
exprimitur non bibent.
*Iudicū 13.4.* Caue ergo ne bibas vinum et ſiceram, nec immundu
quicquam comedas.
*Hier.35. 6.* Non bibemus vinum quia Ionadab filius Rechab patri
noſtri in omnibus quæ præcepit nobis dicens: Non bibeti
vinum vos et filij veſtri vſque in ſempiternum.
*Ezec.44.21.* Et vinum non bibet omnis ſacerdos quando ingreſſu
eſt atrium interius.
*Luc.1.15.* Erit enim magnus coram Domino, et vinū et ſiceram nō
bibet et replebitē ſpiritu ſancto adhuc ex vtero matris ſuæ

*Abſti*



## *Abſtinendum à cibo & potu eſt licitum propter ſcandalum alterius.*

NOn enim inquit Eleazarus,ætati noſtræ dignum eſt finge *2.Mac.6.24.*
re,& multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonagin
ta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum & ipſi propter
meam ſimulationem,& propter modicum corruptibilis vi-
tæ temporis decipiantur,& per hoc maculam atque execra-
tionem meæ ſenectuti conquiram.
Nolo propter eſcā deſtruere opus Dei:Omnia quidē ſunt *Rom.14. 20.*
Mūda,ſed malū eſt homini qui per offendiculum mandu- *& 21.*
cat,bonū eſt ei non manducare carnē,& nō bibere vinū nō
in quo frater tuus offenditur aut ſcādalizatur aut infirmatē.
Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum non man *1.Cor.8.13.*
ducabo carnem in æternum ne fratrem meum ſcandalizē.

## *Abſtinentiæ præceptum violare nolentes.*

QVi reſpōderūt(Recabitę)nō bibam⁹ vinū qa Ionadab *Hiere.35. 6.*
fili⁹ Rechab pater noſter pręcepit nobis dicēs:nō bibe
tis vinum vos & filij veſtri vſque in ſempiternum.
At ille(Eleazarus)glorioſiſſimam mortem magis quàm *2.Mac.5.19.*
odibilem vitam complectens voluntariē pręibat ad ſuppli-
cium eo quod recuſauerat carnem porcinam comedere.
Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua com- *Cap.7.1.*
prehēſos,compelli à rege edere contra fas carnes porcinas,
flagris & taureis cruciatos.Vnus autem ex illis qui erat pri
mus ſic ait:Quid quæris,& quid vis diſcere à nobis? parati
ſumus mori magis quàm patrias Dei leges præuaricari.

## *Abuſus veſtium.*

NOn induetur mulier veſte virili,nec vir veſte feminea, *Deut.22.5.*
abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc.
Non decent ſtultum delitiæ nec ſeruum dominari *Prou.19.10.*
principibus.
Per tria mouetur terra & quartum quod non poteſt ſuſti- *Cap.30.21.*
nere,per ſeruū cū regnauerit,per ſtultum cum ſaturatus fue
rit cibo,& per odioſam mulierem cum matrimonio f. erit
aſſumpta,& per ancillam cùm fuerit hæres dominæ ſuæ.
Tres ſpecies odiuit aīa mea & aggrauor valde animę illorū *Eccleſ.25. 3.*
pauperē ſuperbū,diuitē mendacē,& ſenē fatuū & inſenſatū.
In illa die auferet Dominus ornamentum calceamento- *Iſa.3.18.*
rū & lunulas & torques & monilia & armillas et mitras,etc.
Et ornamentū moniliū ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, *Ezec.7.20.*

 et ima-

& imagines abominationum ſuarum & ſimulacrorum fe
runt ex eo:propter hoc dedi eis illud in immunditiam,&
bo illud in manus alienorum ad diripiendum & impiis te
ræ in prædam & contaminabunt illud.

*Eſter.14.16.* Tu ſcis neceſſitatem meam quod abominor ſignum ſ
perbiæ & gloriæ meæ,quod eſt ſuper caput meum in d
oſtentationis meæ & deteſtor illud quaſi pannum menſtru
le,& non portem in diebus ſilentij mei,&c.

*Matth.11.8.* Quid exiſtis videre hominem mollibus veſtitum? Ec
qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt.

*Marc.12.38.* Cauete àſcribis qui volunt in ſtolis ambulare & ſalut
in foro,& in primis cathedris ſedere in ſynagoga, & primo
diſcubitus in cenis.

*Lucæ.16.19.* Homo quidam erat diues & induebatur purpura & byſſ
& epulabatur quotidie ſplendidè.

*1.Tim.2.9.* Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecund
& ſobrietate ornantes ſe,non in tortis crinibus,aut auro a
argento,vel veſte precioſa;ſed quod decet mulieres prom
tentes pietatem per opera bona.

*1.Pet.3.3.* Quarum(mulierum)non ſit extrinſecus capillatura a
circundatio auri aut indumenti veſtimentorum cultus.

### *Acceptio perſonarum,vide perſona.*

### *Acceptio munerum.*

*Exod.23.8.* NEc accipies munera quæ etiam excæcant prudentes,
ſubuertunt verba iuſtorum.

*Num.35.31.* Non accipietis precium ab eo qui reus eſt ſanguin
ſtatim & ipſe morietur.

*Deut.10.17.* Quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus Deorum & D
minus dominantium. Deus magnus & potens & terribil
qui perſonam non accipit nec munera.

*Cap.16.19.* Non accipies perſonam nec munera,quia munera exc
cant oculos ſapientum & mutant verba iuſtorum.

*Cap.27.25.* Maledictus qui accipit munera vt percutiat animam i
nocentis ſanguinis,& dicet omnis populus Amen.

*2.Para.19.7* Sit timor Domini vobiſcũ & cum diligentia cuncta fac
te, non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquit
nec perſonarum acceptio,nec cupido munerum.

*Iob.3.15.* Cõgregatio enim hypocritæ ſterilis,& ignis deuorabit
bernacula eorũ qui munera libenter accipiunt. Prou.14.20.

*Cap.36.18.* Non te ergo ſuperet ira,vt aliquem opprimas,nec mul
tudo donorum inclinet te.

Con



Conturbat domũ ſuã qui ſectatur auaritiam , qui autem *Prou.15.27.*
odit munera viuet.

Munera de ſinu impius accipit vt peruertat ſemitas iudi- *Cap.17.23.*
cij ca.22.9.ca.28.21

Multi colunt perſonam potentis,vt amici ſiant dona tri- *Cap.19.6.*
buentis.Eccl.4.36.ca.7.6.

Xenia & dona excæcant oculos iudicum,& quaſi mutus *Eccleſ.20.31.*
in ore auertit correptiones eorum.

Principes tui infideles ſocij furum,omnes diligunt mune *Iſa.1.23.*
ra,ſequuntur retributiones.

Qui iuſtificat impium pro muneribus & iuſtitiam iuſti *Cap.5.23.*
auferes ab eo. ca.33.15.

Hj ſunt murmuratores quæruloſi ſecundum deſideria *Iudæ.16.*
ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam,mirantes
perſonas quæſtus cauſſa.

### *Accidia.*

VAde ad formicam ô piger & conſidera vias eius, & diſ- *Prou.6.6.*
ce ſapientiam. 2.Reg.11.

Egeſtatem operata eſt manus remiſſa,manus autem *Cap.10.4.*
fortium diuitias parat.26.Sicut acetum dentibus , & fumus
oculis,ſic piger his qui miſerunt eum.

Qui operatur terram ſuam ſaturabitur panibus, qui au- *Cap.12.11.*
tem ſectatur otium ſtultiſſimus eſt.

Vult,& non vult piger,anima aũt operãtiũ impinguabitur *Cap.13.4.*

Pigrũ deiicit timor,animæ autẽ effeminatorum eſurient. *Cap.18.8.*

Pigredo immittit ſoporẽ & aĩa diſſoluta eſuriet.24.abſcõ *Cap.19.15.*
dit piger manũ ſuã ſub aſcella,nec ad os ſuum applicat eã.

Propter frigus piger arare noluit,mendicabit ergo æſta- *Cap.20.4.*
te,& non dabitur illi.Noli diligere ſomnum, ne egeſtas te
opprimat,aperi oculos tuos,& ſaturare panibus.

Deſideria occidunt pigrum,noluerunt enim manus eius, *Cap.21.25.*
quicquam operari.

Per agrum hominis pigri tranſiui,& vineam viri ſtulti,& *Cap.24.30.*
ecce totum repleuerant vrticæ,& operuerant ſuperficiem e-
ius ſpinæ,& maceria lapidum deſtructa erat.

Dicit piger,leo eſt in via & leæna in itineribus.14. ſicut *Cap.26.13.*
oſtium vertitur in cardine ſuo,ita piger in lectulo ſuo.

Qui operatur terram ſuam ſaturabitur panibus,qui autẽ *Cap.28.19.*
ſectatur otium replebitur egeſtate

Hec fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia ſaturi- *Ezec.16.49.*
tas panis & abũdãtia,& ociũ ipſius & filiarũ eius , & manũ

egeno & pauperi nõn porrigebat.

*Eccle.33.26.* Operatur in diſciplina & quærit requieſcere laxa manu illi & quærit libertatem.

## *Acquiſitio iniuſta.*

*Leuit.19.11.* NOn decipiat vnuſquiſque proximum ſuum.36.ſtatera iuſta & æqua ſint pondera,iuſtus modius,æquuſq; ſextar.

*Cap.25.14.* Quando vendes quippiam ciui tuo,aut emes ab eo,non contriſtes fratrem tuum.

*Deut.29.14.* Non aſſumes & transferes terminos proximi tui,quos fecerunt prioresin poſſeſſione tua.

*Cap.25.13.* Nõ habebis in ſacculo diuerſa põdera,maius & minus,nec erit in domo tua,modius maior & minor,põdus habebis iuſtũ & verũ,& modi⁹ æqualis & vn⁹ erit tibi,vt multo viuas tẽpore ſuꝑ terrã,q̃ Dñs De⁹ tu⁹ dederit tibi:abominabitur n.Dñs eum qui facit hoc,& aduerſatur omnem iniuſtitiam

*Cap.27.17.* Maledictus qui transfert terminos proximi ſui.

*Pſalm.6.10.* Mendaces filij hominum in ſtateris.

*Prouer.1.19.* Sic ſemitæ omnis auari,animas poſſidentium rapiunt.

*Cap.11.1.* Statera doloſa abominatio eſt apud Deum,& pondus æquum volũtas eius.24.alij diuidunt propria & ditiores fiũt alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.

*Cap.13.11.* Subſtantia feſtinata minuetur quæ autem paulatim colligitur manu multiplicabitur.

*Cap.21.6.* Qui congregat theſauros lingua mendacij,vanus & excors eſt,& impingetur ad laqueos mortis.

*Cap.22.16.* Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias,dabit ipſe ditiori & egebit.

*Cap.28.20.* Qui feſtinat ditari nõ erit innocẽs.22. Vir qui feſtinat ditari,& aliis inuidet,ignorat quod egeſtas ſuperueniet ei.

*Eccleſ.2.86.* Peccatori autem Deus dedit afflictionem & curam ſuperfluam vt addat & cõgreget & tradat ei qui placuit Deo.

*Cap.7.1.* Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere,cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua?

*Sap.15.12.* Æſtimauerunt eſſe luſum vitam noſtram,& conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum,& oportere vndecunque eſt ex malo acquirere.

*Eccleſ.4.36.* Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. cap.27.2.

*Cap.14.4.* Qui aceruat ex animo ſuo iniuſté aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.

*Iſa.5.8.* Væ qui coniungitis domum ad domũ,& agrũ agro copulatis vſque ad terminũ loci.Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?



Væ qui prædaris,nonne & ipſe prædaberis? *Cap.33.1.*

Vę ei qui multiplicat non ſua,vſquequo aggrauat contra ſe denſum lutum?9.Vę qui congregat auaritiã malã domui ſuę,ne ſit ĩ excelſo nid⁹ ei⁹,& liberari ſe putat de manu mali. *Abac.2.6.*

Ignis in domo impij & menſuræ minor iræ plena. *Micheas 6.10.*

Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? *Matt.16.26.*

Ne quis circunueniat in negotio fratrem ſuum. *1.Theſ.4.6.*

*Achab impius rex Iſrael,3.Regum 16.29.30.* ✠ *18. vincit Syrios.20.20.29.init fœdus cum Benhadad rege Syriæ.20.34.exercet tyrannidem in* Naboth,*3.Reg.21.2.traiicitur telo,& ſanguinem eius canes lambunt,22.38.ſecundum verba Heliæ,21.19.filij eius pereunt,4.Reg 10.7.11.ſecundum illud 3.Reg.21.21.4.Reg.9.7.*

Achata,*actor.18.12.27.*✠*19.21.Rom.15.26.1.ad Cor.16.15.2.ad* Cor.*1.1.*✠ *9.2.*✠ *11.10.1.ad Theſ.1.7.*

*Achan lapidatur.Ioſ.7.25.1.Par.2.7.in valle* Achor,*Ioſ.7.24.*✠*15.7.Eſaie.65.10. Oſea 2.15.*

*Achaz filius Ioatham,impius rex Iuda,4.*Reg.*16. 2.Para.28. Eſaie 7. Matth.1.9.*Appellatur *Eliezer. Luc.3. 29. Ezechias filius in regnum patri ſuccedit,2.*Paral.*28.27. Matt.1.10.*

*Achias filius* Achitob,*ſacerdos domini,1.Reg.14.3.18.appellatur Achimelech,21.1.*

*Achior dux* Ammonitarum, *Iudith 5. 5. traditur in manus filiorum Iſrael,6.7.fit Iudæus,14. 6.*

*Achis rex* Geth *donat Dauidi ciuitatem Siceleg.1.Reg.27.6.*

*Achitophel Dauidi a conſiliis,adhæret* Abſaloni, *2.Reg.15.12.dat impium conſilium,16.21.ſuſpendit ſe,17. 23.*

*Adã creatur,Gen.1.27.collocatur in* Paradiſo,*& ligni ſcientiæ vſus ei interdicitur,2.15.perſuaſione Euæ præceptũ violat,et paradiſo pellit,3.6.23.Oſeæ 6.7.morit.5.5.Rom.5.14.1.*Cor.*15.22.*

## *Adhortari ad bonum.*

DImiſit ergo fratres ſuos ( Ioſeph , ) & proficiſcentibus ait:Ne iraſcamini in via. *Gen.45.24.*

Ita duntaxat vt cuſtodiatis attẽtè & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyſes famulus Domini,vt diligatis Dominum Deum veſtrũ,& ambuletis in omnib⁹ viis eius & obſeruetis mãdata illius,adhęreatiſq; illi,ac ſeruiatis in omni corde veſtro , & in omni aĩa veſtra. *Ioſue 22.5.*

Dixitq; ad eos audite me Leuitæ,& ſanctificamini,mũdate *2.Para.29.5.*

domum Domini Dei patrum veſtrorum, & auferte omnem immunditiam de ſanctuario.

Cap. 32. 7. Viriliter agite & cõfortamini nolite timere, nec paueatis regem Aſſyriorum & vniuerſam multitudinẽ quæ eſt cum eo: multo enim plures nobiſcum ſunt quàm cum illo.

Act. 12. 23. Qui (Barnabas) cum perueniſſet & vidiſſet gratiam Dei gauiſus eſt & hortabatur omnes propoſito cordis permanere in Domino.

Cap. 14 21. Confirmantes animas diſcipulorum: exortantéſque vt permanerent in fide, & quia per multas tribulationes oportet nos intrare in gloriam Dei.

1. Theſ. 5. 11. Propter quod conſolamini inuicem & ædificate alterutrum ſicut & facitis.

1. Tit. 2. Tu autem loquere quæ decet ſanam doctrinam, ſenes vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſinceri in fide, in dilectione, in patientia, &c.

Cap. 3. 1. Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum eſſe paratos, &c.

Hebr. 3. 12. Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo, &c.

*Adonias affectat regnum patris ſui. 3. Reg. 1. 5. vxorem petit Abiſag & occiditur ca. 2. 17. 25. 34.*

*Adonibezech capitur Iudic. 1. 6.*

## *Adoleſcentia.*

Prou. 30. 18. TRia ſunt difficilia mihi & quartum penitus ignoro viã aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in mari, & viam viri in adoleſcentia.

Eccleſ. 11. 9. Lætare ergo iuuenis ĩ adoleſcẽtia tua & in bono ſit cor tuũ in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu occulorũ tuorũ: & ſcito, q̃d pro omnib⁹ piis adducet te Dominus in iudiciũ, aufer ergo irã à corde tuo & amoue vitioſitatẽ à carne tua, adoleſcentia. n. & iuuentus vana ſunt.

Propter quod cùm aqua deleret terram,ſanauit iterum ſa Sapie.10. 4.
pientia,per contemptibile lignum iuſtum gubernans.

Sed ab initio cũ perirent ſuperbi gigantes, ſpes orbis ter- Cap. 14. 6.
rarum ad ratem confugiens,remiſit ſæculo nomen natiuita
tis,quæ manu tua erat gubernatio.

Sicut enim erant in diebus Noë ante diluuiũ comedẽtes Matt.24.38.
& bibentes,nubentes & nuptui tradentes vſq; ad eum diem
quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerũt donec venit
diluuium & tulit omnes,ita erit aduentus filij hominis.

Edebant & bibebant,vxores ducebãt & dabantur ad nu- Luc. 17. 27.
ptias vſque in diẽ quo intrauit Noë in arcã,& venit diluuiũ
& perdidit omnes.Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth
edebant & bibebant & vendebant,plantabant & ædificabãt,
Qua die autem Loth exiit à Sodomis pluit ignẽ & ſulphur
de cœlo & perdidit omnes,ſecundum hæc erit qua die filius
hominis reuelabitur.

Noë reſponſo accepto de his quæ adhuc nõ videbantur, Heb. 11.7.
metuens,aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ per quã dãna
uit mundũ,& iuſtitiæ quæ per fidẽ eſt,hæres eſt inſtitutus.

Qui increduli fuerãt aliquãdo qñ expectabãt Dei patiẽ- 1. Petr. 3. 20.
tiam

tiam in diebus Noë cũ fabricaretur arca in qua pauci.i.octo animæ ſaluę factæ ſunt per aquam.

### *Arca fœderis domini paratur.*

Exod.25. 10. ARcham de lignis Sethim compingite, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum, & dimidium, altitudo cubitum ſimiliter & ſemiſſem & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris, facieſque ſupra coronam auream per circuitum.21.in qua pones teſtimoniũ quo dabo tibi.

### *Aſſumitur in caſtra contra Philiſtæos.*

1. Reg. 4.5. CVmque veniſſet arca fœderis domini in caſtra vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi & perſonuit terra (Capitur arca.ver.11.) et arca Dei capta eſt: duo quoque filij Heli mortui ſunt Ophni et Phinees.

Deut.10. 2. Arca quid in ſe continebat.Deut.10.2.et ſcribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas ante confregiſti, ponéſque ea in arca.

Cap. 31.26. Tollite librum iſtum et ponite in latere arcæ fœderis domini Dei veſtri vt ſit ibi contra te in teſtimonium.

3. Reg. 8. 9. In arca autẽ non erat aliud niſi duæ tabulæ lapideę quas poſuerat in ea Moyſes in Oreb, quãdo pepigit dominus fœdus cum filiis Iſrael cum egrederentur de terra Ægypti.2. Para.5.10.idem verbatim habetur.

Hebr. 9. 4. Aureum habens thuribulum et arcã teſtamenti circũtectam ex omni parte auro, in qua orna aurea habens manna et virga Aaron quæ fronduerat et tabulæ teſtamenti &c.

*Archelaus regnat loco patris ſui Herodis, Matt.2.22.*

*Arioli & aruſpices, Dan.2.2.27.4.6.* 5.7. 11. Act.19.13. *vide incantatores.*

*Ariſtarchus ſocius D.Pau.& in itinere, & in vinculis,* Actor. 19.29 1.20.4. 27.2. *Coloſſ.4.10.*

Arphaxad.*rex Medorum, à* Nabuchodonoſor *victus, Iudith* 1.1.5. 6.

*Arſaxes rex* Perſarum *& Medorum ſuperat Demetrium* 1. *Marc.*14.3.

*Artaxerces rex* Perſarum *recipit literas plenas querelis aduerſus Iudæos,* 1. *Eſdr.*4.7.17 *reſpondet, iubet ædificationem templi impediri,*4.21.*permittit Iſraeli ædificare templũ.*1. *Eſdr.*7.

*Aza filius* Abiam *rex Iuda tollit Idola* 3.Reg.15.8. 12.*ſubſidium quærit à Syris, & moritur,*15.19. 24. *Ioſaphat filius eius rex poſt eum,*1.*Para.*3.10

Aſaph



*Aſaph cantor Dauidis,*1.*Par.*6.39. 16.5.

*Aſarhadon, poſtquam pater eius Senacherib confeſſus eſt, ſucced it in regnum,*4.*Regum* 19.37.*Eſaie* 37.38.

*Aſeneth parit ipſi Ioſeph.* Ephraim *& Manaſſe,* Geneſ.41. 50. 46. 20.

*Aſia ſubiicitur* Romanorum *imperio,*1.*Mach.* 8.6.

*Aſuerus rex* Perſarum *inſtruit ſplendidam cænam. Heſt..*1.3. *accipit* Heſter *vxorem,* 2.9. 17. *reliquit Darium filium ſuum ſucceſſorem, Dan.*9.1.

*Aſſur filius Sem filij Noe conſtituit regnum Aſſyriorum, Gen.*10.22.1.P*aral.*1.17.

*Aſſur virga furoris Domini, Eſaiæ,*10.5.*contra Aſſyrios prophetatur,* N*ume.*24.24.*Eſaiæ* 10.5. ✠ 14.21.17.3.30.28.31.31.8.

Rex.*Aſſur expugnat Iſraelitas, & träsfert in Aſſyriam,* 4. *Reg.*15.29. 17. *expugnat ciuitates* I*udæ.*4.*Reg.*18.2.P*ara.*32. *Ezech.*36.

*Aſſyriorum exercitus ab* A*ngelo cæditur,*4.*Reg.*19.37.2.*Para.*32.21.*Eſaiæ* 37.36.*Eccle.*48.24.2.*Mach.*7.41. 2. Mach. 8.19. *Tob.*1.21.*Ionæ* 2.5.

*Aſtharoth* I*udic.*2.13. 10.6. 1.Reg.7.3.12.10.

*Athalia filia* A*mos regis Iſrael,*4.Reg.8.26.*perdit totam ſerè regiam ſtirpem.*11.1.*regnat ſex annos in* I*udæa,* 2. P*ar.*22.12. *interimitur,*4.*Reg.*11.16. 20.

*Athenobius mittitur ad Simonem,* 1.Mach.15.28.

### *Aſtrologia quædam humana.*

FIant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos, & luceant firmamento cœli, & illuminent terram. Geneſ. 1.14.

Cunctis diebus terræ ſemẽtis & meſſis, frigus & æſtus, hyems & æſtas, nox & dies non requieſcent. 8. 22.

Ne fortè eleuatis oculis ad cœlum videas ſolem & lunã, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ Dominus Deus tuus creauit in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cœlo ſunt. *Deut.*4. 19

Qui fecit luminaria magna, ſolem in poteſtatem diei, & lunam in poteſtatem noctis. P*ſalm.*135.7.

Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum à ſole? A domini ſcientia ſeparati ſunt facto ſole, & præceptum cuſtodiente per Dei ſapientiam diuiduntur. *Eccle.* 33.7. *&* 34.

Dicebant autem ad turbas: Cùm videritis nubem orientẽ ab L*uc.* 12. 54.

ab occaſu,ſtatim dicitis nimbus venit,& ita fit:& cũ auſtrũ flantem,dicitis quia æſtus erit,& fit.

### *Quædam vana.*

*Eſa.* 44.24. EGo ſum Dominus faciens omnia,extẽdens cœlos,ſolus ſtabiliens terram,& nullus mecũ, irrita faciẽs ſigna diuinorum,& ariolos in furorem conuertens.Conuertens ſapientes retrorſum,& ſcientiam ſtultam faciens.

47.13. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum.Stent & ſaluent te augures cœli,qui contemplabantur ſidera,& ſupputabant menſes,vt ex eis annunciarent vẽtura tibi.Ecce,facti ſunt quaſi ſtipula,ignis comburit eos. Nom liberabunt animam ſuam de manu flammæ.

*Iere.* 10. 2. Iuxta vias gentium nolite diſcere . & à ſignis cœli nolite metuere,quæ timent gentes,quia leges populorũ vanę ſunt.

### *Auaritia.*

*Ioſ.* 7. 20. REſpondit Achan Ioſue & dixit ei:Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael & ſic & ſic feci:vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valde bonũ & ducẽtos ciclos argẽti,regulamq́; auream quinquaginta ſiclorum & cõcupiſcẽs abſtuli & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei argentúmque foſſa humo operui.

1.*Reg.* 8.3. Et non ambulauerunt filij illius in viis eius,ſed declinauerunt poſt auaritiam,acceperuntq́ue munera & peruerterunt iudicium.

*Pſal.* 36.16. Melius eſt modicum iuſto , ſuper diuitias peccatorum multas 21.mutuabitur peccator & non ſoluet , iuſtus autem miſeretur & retribuet.

*Proue.* 1 19. Sic ſemitæ omnis auari animas poſſidentium capiunt.

*Cap.* 11. 28. Qui confidit in diuitiis ſuis corruet:iuſti autem quaſi virens folium germinabunt.

*Cap.* 12.27. Non inueniet fraudulentus lucrum & ſubſtantia hominis erit auri precium.

*Cap.* 15.16. Melius eſt parũ cum timore Domini,quàm theſauri magni & inſatiabiles.27.Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam, qui autem odit munera, viuet.

*Cap.* 28.16. Dux indigens prudentia multos opprimet per calũniam, qui autem odit auaritiam longi fient dies eius. 22. Vir qui feſtinat ditari & aliis inuidet,ignorat quod ægeſtas ſuperueniet ei.

*Cap.* 3.15 Sanguiſugæ duæ ſunt filij dicentes adfer adfer.

Auarus



Auarus non implebitur pecunia & qui amat diuitias,fructum non capiet ex eis & hoc ergo vanitas. *Eccleſ.* 5. 9.

Væ qui coniungitis domum ad domum , & agrum agro copulatis,vſque ad terminum loci,nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? *Iſa.* 5. 8.

Omnes in viam ſuam declinauerunt,vnuſquiſq; ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum. *Cap.* 56. 11.

A minore quippe vſq; ad maiorẽ omnes auaritiæ ſtudẽt, à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. *Hiere.* 6. 13.

Proterea dabo mulieres eorum exteris , & agros eorum hæredibus,quia à minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur & à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium. *Cap.*18.10.

Ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam quam feciſti,& ſuper ſanguinem qui effuſus eſt in medio tui. *Ezech.* 22.13.

Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ , vt ſit in excelſo nidus eius,& liberari ſe putat de manu mali. *Abacuc.* 2.9.

Menelaus aũt propter eorũ qui in potẽtia erant auaritiã, permanebat in poteſtate creſcẽs in malitia ad inſidias ciuiũ. 2.*Mac.* 4.50.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra , vbi erugo & tinea demolitur & vbi fures effodiunt & furantur &c. *Matth.*6.19.

Quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradam. *Cap.* 26. 15.

Tunc videns qui eum tradidit quod dãnatus eſſet,pœnitentia ductus,retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus &c laqueo ſe ſuſpendit. *Cap.* 17.3.

Quid autem proderit homini ſi totum mũdum lucretur & detrimentum animæ ſuæ faciat. *Marc.* 8 36.

Dixitq́; ad illos : videte & cauete ab omni auaritia, quia non abundãtia cuiuſquam vita eius eſt ex his quæ poſſidet. *Luc.* 12. 15.

Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphira vxore ſua vẽdidit agrũ & fraudauit de precio agri cõſcia ſua vxore & adferens partẽ quandã ad pedes Apoſtolorũ poſuit &c. *Act.* 5. 1.

Petrus ait Symoni Mago pecunia tecũ ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. *Cap.* 8. 20.

Neque fures,neque auari,neque ebrioſi,neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6.10.

Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, nèc nominetur in vobis ſicut decet ſanctos. *Epheſ.* 5.3.

Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram fornicationem,immunditia,libidinẽ, cõcupiſcentiam malã & auaritiam,quæ eſt ſymulacrorum ſeruitus. *Coloſ.* 3. 5.

Nam

1.*Tim*.6.9. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem: Radix enim malorum eſt cupiditas &c.

*Ad Totũ*.1.7 Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem non ſuperbum, non iracundum, non vinolẽtum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum 11. quos oportet redargui qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.

*Hebr*.13.5. Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus, ipſe enim dixit non te deſeram neque derelinquam.

*Audiendum verbum Dei, vide verbum Dei.*

## *Auerſio à Deo peruerſitate humana peragitur.*

*Deut*.31.15. Dereliquit Deum factorem ſuum & receſſit à Deo ſalutari ſuo. 18. Deum qui te genuit dereliquiſti & oblitus es domini creatoris tui.

*Ioſue* 22.16. Quæ eſt iſta tranſgreſſio? cur reliquiſti dominum Deum Iſrael 29. Abſit à nobis hoc ſcelus vt recedamus à domino & eius veſtigia relinquamus.

24.16. Abſit à nobis vt relinquamus dominum & inſeruiamus diis alienis. 20. Si dimiſeritis dominum et ſeruiatis diis alienis conuertet ſe et affliget vos atque ſubuertet.

*Iude*.10.12. Clamaſtis ad me et erui vos de manu eorum. Et tamen reliquiſtis me et coluiſtis Deos alienos.

2.*Para*.12.5. Vos reliquiſtis me dicit dominus et ego relinquam vos in manu Seſac.

*Pſal*.118.155. Longè à peccatoribus ſalus.

*Prou*.2.17. Reliquit ducem pubertatis ſuę & pacti Dei ſui oblita eſt.

15.29. Longè eſt Dominus ab impiis.

*Sap*.1.3. Peruerſe enim cogitationes ſeparant à Deo.

*Eccleſ*.29.22. Ingratus ſenſu dereliquit liberantem ſe.

*Cap*.41.11. Vę vobis viri impij qui dereliquiſtis legẽ Dñi altiſſimi.

*Eſa*.1.4. Dereliquerunt Dominum blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael abalienati ſunt retrorſum. 2. filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.

59.2. Iniquitates veſtræ deuiſerũt inter vos & Deum veſtrum & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. 12. multiplicatæ ſunt enim iniquitates veſtræ corãm & peccata noſtra reſponderunt nobis: q. a ſcelera noſtra nobiſcũ & iniq. tates noſtras cognouim⁹, peccare & mẽtiri cõtra Dominum, Et auerſi ſumus ne iremus poſt tergũ Dei noſtri vt loquamur calũniã & trãſgreſſionẽ, cõcepimus & locuti ſumus de corde verba mẽdacij & conuerſũ eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longè ſtetit, quia corruit in plateis veritas & æquitas nõ potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuionem: & qui receſſit à malo, prædæ patuit.



Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elõgauerũt ſe à me & ambulauerũt poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt, vbi eſt Dominus? 13 duo enim mala fecit populus me⁹ Me dereliquerũt fontem aquę viuę, & ſoderũt ſibi ciſternas diſſipatas quę cõtinere nõ poſſunt aquas. 25. Quid vultis me cum iudicio contendere? Omnes dereliquiſtis me dicit Dominus. *Iere*.2.5.

Omnes qui te dereliquerũt, confundantur recedẽtes à te in terra ſcribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum. 17.13.

Dereliquiſti fontem ſapientiæ. *Baru*.3.12.

Peccauimus enim & iniquè egimus recedẽtes à te, deliq. m⁹ in omnib. & præcepta tua nõ audiuim⁹ nec obſeruauim⁹ nec fecimus, ſicut prę ceperas nobis, vt bene nobis eſſet. *Dan*.3.29.

Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eum. *Oſee*.8.3.

Abierunt alius in villam, alius ad negotiationem ſuam. *Matt*.22.5.

Quędam conuerſæ ſunt retro poſt Sathanam. 1.*Tim*.5.15.

Melius erat non cognoſcere viã iuſtitię quàm poſt agnitionem conuerti ab eo. 2.*Pet*.2.21.

Habeo aduerſum te pauca, quod charitatem tuã primam reliquiſti. *Apoc*.2.4.

*Axa filia Caleb traditur Othonieli in vxorem*, *Ioſ*.15.17. *Iudic*.1.13.

*Azarias filius* Am*aſiæ rex Iuda fit leproſus*, 4. *Regum* 15.5. 2. *Paral*.26.19. *reliquit filium Ioatham regem*, 4. Reg. 15.32. 1. Par.3.12. *appellatur Ozias*, 2. *Paral*.26.19. *Matt*.1.9. Matthat. *Luc*.3.29.

*Azarias propheta mittitur ad regem Aſa*. 2. *Para*.15.2.

*B*

*Baal idolum Samaritanorum*, 3. Reg.16.31. *altare Baal deſtruitur*, *Iudic*.6.25.30. *Sacerdotes Baal occiduntur*, 3. Reg. 18.40. 4. Reg.10.25. ‡ 23.5.

*Baana & Rechob ſuſpenduntur*, 2. Reg.4.12.

*Baaſa impius rex Iſrael, pugnat contra Aſa regem Iude*. 3.

*E* *Reg*.

*Reg.15.16. .Cum omni progenie ſua extirpatur .10.4.11.ſecundum verbum Iehu.16.1.2.3.*

## *Babylonica captiuitas 70.annorum prædicitur.*

Leui. 26.32. DIſperdam terram veſtram & ſtupebunt ſuper eam inimici veſtri cùm habitatores illius fuerint: Vos autē diſpergā in gentes & euaginabo poſt vos gladium, eritque terra veſtra deſerta & ciuitates veſtræ dirutæ.

*Deut* 4.26. Teſtes inuoco hodie cęlum & terram cito perituros vos eſſe de terra quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis,nō habitabitis in ea longo tempore,ſed delebit vos Dominus & diſperget in omnes gentes & remanebitis pauci in nationib. ad quas vos ducturus eſt Dominus.

Cp.28.6. Ducet te Dominus & regem quem conſtitues ſuper te in gentem quam ignoras tu & patres tui,& ſeruies ibi diis alienis ligno & lapidi &c.49. Adducet Dominus ſuper te gentem de loginquo,& de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu,cuius linguam intelligere non poſſis.

4.*Reg*.20.27 Ecce dies venient & auferentur omnia quæ ſunt in domo tua,& quę condiderunt patres tui,vſque in hanc diem,in Babylonem non remanebit quicquam ait Dominus.

*Iſa*.5.13. Propterea captiuus eſt ductus populus meus,quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit.

*Ierem*13.19. Ciuitates auſtri clauſę ſunt,& non eſt qui aperiat,trāſlata eſt omnis Iuda trāſmigratione perfecta.24. & diſſeminabo eos quaſi ſtipulam quæ vento raptatur in deſerto.

Cap.16.9. Dicit Dominus:ecce ego auferam de loco iſto in oculis veſtris & in diebus veſtris,vocem gaudij, & vocem letitię,vocem ſponſi & vocem ſponſæ.

Cap.20.4. Dicit Dominus: ecce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos,& corruet gladio inimicorū ſuorum: & oculi tui videbunt,& omnem Iudam dabo in manū regis Babylonis,& traducet eos in Babylonem & percutiet eos gladio.6.Tu autem Phaſſur & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatē & in Babylonē venies,& ibi morieris,ibique ſepelieris tu & oēs amici tui quib. propheraſti mēdaciū.

Cap.21.8. Dicit Dominus:ecce ego dabo coram vobis viā vitę & viam mortis, qui habitabit in vrbe hac morietur gladio & fame



& peſte &c.10.Poſui enim faciē meam ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum ait Dominus : & in manu regis Babylonis dabitur & exuret eam igni.

Hęc dicit Dominus Deus:Pro eo quod non audiſtis verba mea,ecce ego mittam & aſſumam vniuerſas cognationes aquilonis ait Dominus,& Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruū meū,& adducam eos ſuper terrā iſtam & ſuper habitatores eius,& ſuper omnes natione quę in circuitu illius ſunt,& interficiam eos & ponam eos in ſtuporem & ſibilum & in ſolitudines ſempiternas. Cap.25.8.

Denuntiat propheta totius terræ extremam & ineuitabilē vaſtationem proximè imminere propter eorum ſcelera. *Ezech*.7.

Ezechiel ſuis factis portendit futuram Hyeruſalem & regis ipſius captiuitatē,reliquis gladio & fame & peſte in Hyeruſalem conſumptis, oſtendit etiam viſionem prophetarum non caſſam futuram,nec in longum differendam, Cap.12.

Propter hoc cauſa veſtri Syon quaſi ager arabitur & Hyeruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum. *Mich*.3.12.

Dole & ſatage filia Syon quaſi parturiens,quia nunc egredieris de ciuitate & habitabis in regione, & venies vſque in Babylonē ibi liberaberis,ibi redimet te Dominus in manu inimicorum tuorum. Cap. 4.10.

Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldęos gentem amaram & velocem,ambulantem ſuper latitudinem terræ: vt poſſideat tabernacula non ſua. *Abacuc*. 1.6.

Propter peccata quę peccaſtis ante Deū abducemini ī Babylonē captiui,à Nabuchodonoſor rege Babyloniorū &c. *Baruc*.6.1.

## *Babylonica captiuitas adimpletur.*

IOacim triennio ſeruit regi Babyloniæ,deinde varios patitur latrūculos,quo mortuo ſuccedit filius Ioacim,quē cū theſauris tēpli ac domꝰ regię,vniuerſoq; robore habitatorū Hyeruſalē ducit Nabuchodonoſor in Babylonē,ſuffecio in regē illiꝰ patruo Mathania quē vocāt Sedechiā idē. Cap.25. 4. *Reg*. 24.

Adduxit enim ſuper eos rege chaldęorū & interſecit iuuenes eorū gladio in domo ſanctuarij ſui,nō eſt miſertꝰ adoleſcētis & virginis,nec ſenis,nec decrepiti quidē,ſed omnes tradidit in manibus eius vniuerſaque vaſa Domus Domini, tam maiora quàm minora & theſauros templi & regis 2.*Par*.36.17.



&

& principium tranſtulit in Babylonem, Incenderunt hoſtes
domũ Dei, deſtruxeruntq; murũ Hyeruſalem, vniuerſas turres
cõbuſſerunt, & quicquid petroſum erat demoliti ſunt.

3.Eſdr.1.40. Poſt hunc autẽ aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis
alligans eum in æreo vinculo perduxit in Babylonam.

### *Finis Captiuitatis promittitur & prophetatur.*

Leui.26.42. ET recordabor fœderis mei quod pepigi cũ Iacob, Iſaac
& Abraham, terræ quoque memor ero.

Deu.4.28. Ibiq; ſeruietis diis qui hominũ manu fabricati ſũt, ligno
& lapidi qui nõ vidẽt, nec audiũt, nec comedũt, nec odorant.
Cũque queſieris ibi Dominum Deũ tuũ inuenies eũ, ſi tamen toto corde quęſieris & tota tribulatione animæ tuæ.

Cap.30.2. Cũ reuerſus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, ſicut ego hodie pręcipio tibi cũ filiis tuis in toto corde tuo
& in tota anima tua, reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miſerebitur tui, & rurſum cõgregabit te de cunctis populis in quos te ante diſperſerat.

3.Reg.8.34. Exaudi in cœlo & dimitte peccata populi tui Iſrael, & reduces eos in terram quam dediſti patribus eorum.

2.Para.6.24 Si ſuperatus fuerit populus tuus Iſrael ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuerſi egerint pœnitentiam & obſecrauerint nomẽ tuũ & fuerint deprecati ĩ loco iſto, tu exaudies
de cœlo propitiare peccato populi tui Iſrael, & reduc eos
terram quam dediſti eis & patribus eorum &c.37.&c. lege.

Iſa.14.1. Prope eſt vt veniat tempus eius, & dies eius nõ elongabitur, miſerebitur enim Dominus Iacob & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam, adiũgetur
aduena ad eos & adhærebit domui Iacob.

Cap.40.1. Cõſolamini cõſolamini popule meus, dicit Deus veſter,
loquimini ad cor Hyeruſalem, & aduocate eam, quoniam
cõpleta eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit
de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.

Cap.48.20. Ęgredimini de Babylone, fugite de Chaldæis in voce exultationis, annunciate, auditum facite hoc & efferte illud
vſque ad extrema terræ.

Hiere.12.15 Et cũ euulſero eos, conuertar & miſerebor eorum, & reducã eos vnũ ad hęreditatem ſuam, & vnũ in terrã ſuam.

Cap.16.15. Sed viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis & de vniuerſis terris ad quas eieci eos, & reducã eos in
terram



terram ſuam quam dedi patribus eorum.

Cũq; impleti ſunt 70. anni viſitabo, ſuper regẽ Babylonis Cap.25.12.
& ſuper gẽtẽ illã dicit Dominus, iniquitatẽ illorũ, & ſup ter
rã Chaldęorũ, & ponã illã in ſolitudines ſempiternas.

Quia hęc dicit Dominus: Cum cæperint impleri in Ba- Cap.29.10.
bylone 70. anni viſitabo eos & ſuſcitabo ſuper eos verbum
meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtum.

Tu ergo ne timeas ſerue meus Iacob, ait Dominus, neq; Cap.30.10.
paueas Iſrael, quia ecce ego ſaluabo te de terra lõginqua, &
ſemen tuum de terra captiuitatis eorũ, & reuertetur Iacob
& quieſcet & cũctis affluet bonis, & nõ erit quẽ formidet.

In fletu veniẽt & in miſericordia reducã eos & adducam Cap.31.9.
eos per torrẽtes aquarũ in via recta, & nõ impingent in ea,
qua fact⁹ ſũ pater Iſraeli & Ephraim primogenit⁹ me⁹. &c.

Ecce ego cõgregabo eos de vniuerſis terris ad quas eieci Cap.32.37.
eos, in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi, &
reducã eos ad locũ iſtũ & habitare eos faciã confidenter.

Propterea loquere hęc dicit Dominus Deus tu⁹, congre- Ezec.11.17.
gabo vos de populis & adunabo de terris in quib. diſperſi e-
ſtis, daboque vobis humũ Iſrael, & ingredietur illuc & auferẽt omnes offenſiones, cũctaſque abominationes ei⁹ de illa.

Anno vno regni, ei⁹, ego Daniel intellexi in libris nume- Danie.9.2.
rorũ annorũ de quo fact⁹ eſt ſermo Domini ad Hyeremiã
Prophetã, vt complerentur deſolationis Hyeruſalẽ. 70. anni.
25. Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis vt iterum
ædificetur Hyeruſalem vſque ad Chriſtũ ducem, hebdõmades. 7. & hebdõmades. 62. erũt, & rurſum ędificabitur platea
& muri in anguſtia temporum.

Ingreſſi itaque in Babylonẽ, eritis ibi annis plurimis & tẽ Baruch.6.2.
poribus longis, vſque ad generationes ſeptem. Poſt hęc autem educam vos inde cum pace.

### *Liberatio adimpletur.*

CYrus diuinitus inſpiratus, redditis vaſis tẽpli Salomo- 1.Eſd.1.*.
nis 5400. captiuitatẽ Iſraelitis relaxat, concedens tẽpli
reædificationem

Numerus reuertẽtiũ duce Zorobabel captiuitate Baby- Cap.2.
lonica in Hyeruſalem ac donorum in reædificationem tẽpli oblatorum.

Suſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum & pręđi 3.Eſdr.2.2.

cauit in toto regno ſuo ſimul p̃ ſcripturã etc. dicẽs Hæc dicit Cyrus rex Perſarũ, me cõſtituit regẽ orbi terrarũ Dominus Iſrael, Dominus excelſus, & ſignificauit mihi ædificare domũ ſibi in Hyeruſalem quę eſt in Iudæa, ſi quis eſt ex genere veſtro, Dominus ipſius aſcendat cum eo in Hyeruſalem.

### *Babylonicæ captiuitatis cauſa.*

4. Reg. 17. 7. Factum eſt. n. cum peccaſſent filij Iſrael Domino Deo ſuo qui eduxerat eos de terra Ægypti de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerant Deos alienos, & ambulauerunt iuxta ritus gẽtium quas conſumpſerat Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & regum Iſrael, quia ſimiliter fecerant. 13. Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael & in Iuda p̃ manũ omnium prophetarũ & vidẽtium dicẽs: Reuertimini à viis veſtris peſſimis & cuſtodite præcepta mea, & cerimonias, iuxta omnẽ legẽ quã præcepi patribus veſtris, & ſicut miſi ad vos in manu omnium prophetarum meorum. 18. Iratuſque eſt Dñs vehementer Iſraeli & abſtulit eos à conſpectu ſuo & non remanſit niſi tribus Iuda tantummodo, ſed nec ipſe Iuda cuſtodiuit mandata Domini Dei ſui, veruntamen operatus in erroribus Iſrael quos operatus fuerat &c. vide.

### *Contra Babylonem.*

*Pſal.* 136. 8. Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuiſtis nobis.

*Iſa.* 13. Ingẽs & truculẽta Babyloniorũ vaſtatio à Medis prędicit.

*Cap.* 14. 2. Et tenebunt eos populi & adducent eos in locum ſuum & poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terram Domini, in ſeruos & ancillas, & erunt capientes ſe qui ſe ceperant et ſubiicient exactores ſuos.

*Cap.* 21. 9. Cecidit cecidit Babylon, et omnia ſcurptilia deorum eius contriti ſunt in terram etc.

*Cap.* 47. Babylonis humiliatio ac contritio prædicitur propter ipſius ſuperbiam, arrogantiam et crudelitatẽ in Iudæos ſuos captiuos, et quia in maleficis, auguribus atque incantatoribus ſpem poſuit.

*Hire.* 25. 12. Cumque impleti fuerint. 70. anni viſitabo ſuper regẽ Babylonis, et ſuper gentem illam dicit Dominus, iniquitatem eorum et ſuper terram Chaldæorum et ponam illam in ſolitudines ſempiternas.

*Cap.* 50. Babylõ quæ in captiuitate affligis filios Iſrael ij, in ſuã terrã feliciter reductis, penitus vaſtabitur à regibus Aquilonis. Acuite



Acuite ſagittas, implete pharetras, ſuſcitauit Dominus ſpiritum regum Medorum & contra Babylonem, mens eius eſt, vt perdat eam, quoniam vltio Domini eſt vltio tẽpli ſui. *Cap.* 51. 11.

Et alius angelus ſecutus eſt dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes. *Apo.* 14. 8.

Et facta eſt ciuitas magna in tres partes & ciuitates gentium ceciderunt, & Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Vide cap. 17. & 18. *Cap.* 16. 19.

*Bacchides dux Demetrij, 1. Mach. 7. 8. occidit Iudam ex præcepto Demetrij, 9. 18.*

*Balaam conducitur ad maledicendum Iſrael, Num.* 22. 23. *docetur à Domino quid illi loquendum ſit,* 23. 5. 26. *Balaam doctrina,* 2. *Pet.* 2. 15. *Apoc.* 2. 14.

*Balac rex Moabitarum mittit nuncios ad Balaam, Num.* 22. 5. *Ioſuæ* 24. 9. *vide Iudic.* 11. 25. *Michææ* 6. 5. *Apocal.* 2. 14.

*Balthaſar videt manum ſcribentem, Daniel.* 5. 5. *occiditur, & regnum eius delabitur ad manus Darij,* 5. 30. 6. 1.

*Banaias dux Cerethi & Pelethi.* 2. *Reg.* 10. 23. *Dauidi à conſiliis* 23. 23. 1. *Par.* 11. 25. *poſtea præfectus militum Salomonis,* 3. *Reg.* 2. 35.

### *Baptiſmus à Chriſto præceptus.*

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. *Matth.* 28. 19

Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Qui verò non crediderit condemnabitur. *Marc.* 16. 16.

Amen dico vobis: niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum cælorum. *Ioan.* 3. 5.

### *Baptiſmum docuerunt apoſtoli & adminiſtrarunt.*

Petrus verò ad illos. Pœnitentiam inquit agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrũ in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionẽ omnium peccatorum veſtrorũ, & accipietis donũ Spiritus ſancti. 42. qui ergo receperunt ſermonẽ eius, baptizati ſunt & appoſitæ ſunt in die illa, animæ circiter. 3. milia. *Act.* 2. 38.

Cũ verò credidiſſent Philippo euãgelizanti de regno Dei & nomine Ieſu Chriſti, baptizabantur viri & mulieres. 38. & *Capi.* 8. 12.

& iuſſit ſtare currum & deſcenderũt vterque in aquam Phi-
lippus & Eunuchus, & baptizauit eum.

Cap.9.18. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſqua-
mæ & viſum recepit & ſurgens baptizatus eſt &c.

Cap. 10. 47. Nunquid aquam quis prohibere poteſt, vt non baptizen-
tur ij qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?

Cap. 16. 15. Cum autem baptizata eſſet Lydia & domus eius, depre-
cata eſt dicens: Si iudicaſtis me Domino fidelem eſſe, in-
troite in domum meam & manete. Et coegit nos.

Cap. 22.16. Et nũc quid moraris? Exurge & baptizare & ablue pecca-
ta tua inuocato nomine ipſius.

*Rom.6.3.* An ignoratis qui quicunque baptizati ſumus in Chriſto
Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?

1.Cor.1.14. Gratias ago Deo quod neminem veſtrum baptizaui niſi
Chryſpum & Gayum.

*Baptiſmus ſaluat.*

1.Pet.3.21. QVod & vos nũc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma, non
carnis depoſitio ſordiũ, ſed conſciẽtiæ bonę interroga-
tio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti.

*Tit.3.5.* Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ
ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regene-
rationis & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos
abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.

*Baptiſmus tollit omnia peccata.*

*Gen.17.14.* MAſculus cuius præputij caro non fuerit circumciſa,
delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactũ meũ
irritum fecit.

*Eſa.44.3.* Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper
arida, effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & bene-
dictionem meam ſuper ſtirpem tuam.

*Ezec.36.25.* Effundã ſuper vos aquã mũdã, & mũdabimini ab omnib.
ĩquinamẽtis veſtris & ab vniuerſis idolis veſtris mũdabo vos.

*Zach.13.1.* In die illa erit fons patens Domui Dauid & habitantib.
Hyeruſalem in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.

*Mar.1.4.* Fuit Ioannes in deſerto baptizans & prædicans baptiſmũ
pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

Cap.16.16. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, Qui verò
non crediderit condemnabitur.

*Ioan.3.5.* Reſpõdit Ieſus: Amẽ amen dico tibi, niſi quis renatus fue-
rit



ex aqua & Spirituſſancto nõ poteſt intrare in regnũ Dei.

Petrus vero ad illos, pœnitentiam, (inquit) agite & bapti- *Act.2.38.*
zetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſ-
ſionem peccatorum.

An ignoratis quia quicumque baptizati ſumus in Chri- *Roma.6.3.*
ſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, conſepulti enim ſu-
mus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quo Chriſtus
ſurrexit à mortuis in gloriã patris, ita & nos in nouitate vi-
tæ ambulemus, Si enim cõplantati facti ſumus ſimilitudini
mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus, hoc ſcientes, qa
vetus noſter homo ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur cor-
pus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato.

Et hæc quidẽ fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, 1.Cor.6.11.
ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti
& in Spiritu Dei noſtri.

Vt illam (eccleſiam) ſanctificaret mundans eam lauacro a- *Epheſ.6.26.*
quæ in verbo, vt exiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non
habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed
vt ſit ſancta & immaculata.

Et vos cum mortui eſſetis in delictis & præputio carnis *Colloſ.2.13.*
veſtrę conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta
delens quod aduerſum nos erat chyrographum decreti, qđ
erat contrarium nobis &c.

Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ *Ad Tit.3.9.*
ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regene-
rationis Spirituſſancti, quem effudit in nos abunde per Ie-
ſum Chriſtum ſaluatorem noſtrũ, vt iuſtificati gratia ipſius
hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.

*Baptiſmus non eſt iterandus.* *Heb.4.5.*

VNus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma. *Hier.6.4.*

Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati,
guſtauerũt ẽt donũ cæleſte, & participes facti ſunt Spi-
rituſſancti, guſtauerũt nihilominus bonũ Dei verbũ virtu-
teſq; ſæculi venturi, & prolapſi ſũt, ruſꝰ renouari ad pęnitẽtiã
rurſũ crucifigẽtes ſibimetipſis filiũ Dei & oſtẽtui habẽtes.

Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam noti- *Cap.10.26.*
tiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia &c.

Idem declarat eius figura Gen.17. vt ſupra.

*Idem declarat eius figura.*

MAſculus cuius præputij caro circumciſa non fuerit, dele- *Gen.17.1.*

 bitur

bitur anima illa de populo ſuo:quia pactũ meũ irritũ fec[it]
2.Cor.10.2. Et omnes mare tranſierunt,& omnes in Moyſe baptiz[ati]
ſunt in nube & in mari.

### *Baptiſmus Ioannis.*

Matt.3.6. ET baptizabantur(à Ioanne Baptiſta) in Iordane con[fi-]
tentes peccata ſua.
Cap.21.25. Baptiſmus Ioannis vnde erat è cælo an ex hominibus?
illi cogitabant inter ſe dicẽtes:Si dixerimus è cœlo,dicet no-
bis quare ergo non crediditis illi?&c.
Mar.1.4. Fuit Ioannis in deſerto baptizans & prędicans baptiſm[um]
pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.
Luca.3.3. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans Bapti[ſ-]
mum pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorum 16. Reſpondi[t]
Ioannes:Ego quidem baptizo vos aqua,veniet autẽ fortior
me cuius nõ ſum dignus ſoluere corrigiã calcimiatorũ eius.
Cap.7.29. Et omnis populus audiens & publicani iuſtificauerun[t]
Deum baptizati baptiſmo Ioannis.
Ioan.1.25. Et interrogauerũt &dixerũt ei:Quid ergo baptizas ſi tu no[n]
es Xp̃s neq; Helias neq; ꝓpheta?Reſpõdit Io.Ego baptiz[o]
in aqua &c.33.ego aũt neſciebã eũ ſed q̃ me miſit baptiza[re]
in aqua,ille mihi dixit,ſup quẽ videris Spiritũ deſcẽdẽtẽ &
manentem ſuper eum,hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.
Cap.3. 23. Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Sali[m]
quia aquæ multæ erant illic,& veniebant & baptizabantur.
Act.1.5. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua,vos autem bapti-
zabimini Spirituſancto,non poſt multos hos dies:
Cap.19.4. Dixit autem Paulus:Ioannes baptizauit baptiſmo pœni-
tentiæ populum, docens in eum qui venturus eſſet poſt eũ
vt crederent,hoc eſt in Ieſum.

### *Baptiſmus pœnitentiæ prædicatur.*

Marc.1.4. FVit Ioannes in deſerto baptizãs & prædicans baptiſmũ
pœnitentiæ in remiſſionem peccatorũ.
Luc.3.3. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans ba-
ptiſmum pœnitentiæ & remiſſionemm peccatorum.
Act.2.38. Petrus ait ad illos:pœnitẽtiã agite,& baptizetur vnuſquiſ-
que veſtrum,in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem pecca-
torum veſtrorum & accipietis donum Spirituſſancti.
Cap.13. 24. Prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius, baptiſmũ
pœnitentiæ omni populo Iſrael.
Cap.19.4. Dixit aũt Paulus:Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitẽtiæ
populum



populum,docens in eum vt ſupra.

### *Baptiſmus,paſſio.*

REſpondens Ieſus dixit:Neſcitis quid petatis.Poteſtis bi- Matt.10.22
bere calicẽ quẽ ego bibiturus ſum?dicunt ei.Poſſumus.
Ieſus autem ait illis:neſcitis quid petatis,Poteſtis bibe- Marc.10.38.
re celicem quem ego bibo,aut baptiſmo quo ego baptizor
baptizari? at illi dixerunt ei:Poſſumus.
Baptiſmo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor Luca.12.50.
vſque dum perficiatur.

### *Baptiſmus in Spiritu ſancto & igne.*

EGO quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam,qui Matth.3.11.
autem poſt me venturus eſt &c.ipſe vos baptizabit in
Spiritu ſancto & igni. (ſancto.
Ego baptizaui vos aqua,ille verò baptizabit vos Spiritu- Marc.1.8.
Reſpondit Ioannes: Ego quidem aqua baptizo vos &c. Luca.3.16.
ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne.
Et ego neſciebã eum,ſed qui miſit me baptizare in aqua Ioan.1.33.
&c.Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.
Quia Ioannes baptizauit aqua,vos autem baptizabimi- Act.1.5.
ni Spiritu ſancto.cap.2.4.& cap.11.15.

### *Baptizandi ſunt paruuli.*

MAſculus cuius præputij caro circũciſa nõ fuerit,delebi- Gen.17.14.
tur aĩa illa de populo ſuo,quia pactũ meũ irritũ fecit.
Cũq; eſſet in itinere,in diuerſorio occurrit ei Dominus Exod.4.24.
& volebat occidere eum. Tulit illico Sephora accutiſſimã
petrã & circuncidit præputium filij ſui, tetigitq; pedes eius
& ait:Spõſus ſanguinum tu mihi es & dimiſit eum poſtquã
dixerat ſponſus ſanguinum tu mihi es ob circuncisionem.
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego Matth.11.18.
reficiam vos.
Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum qui in cœlis Cap.18.14.
eſt,vt pereat vnus de puſillis iſtis.
Tũc oblati ſunt ei paruuli,vt manus eis imponeret & ora Cap.19.13.
ret:diſcipuli autẽ increpabant eos:Ieſus verò ad illos ait:Si-
nite paruulos venire ad me & nolite ꝓhibere,taliũ eſt enim
regnum cœlorum.Mar.10.14.idem omnino habetur.
Adferebant autẽ & ad illum & infantes vt eos tangeret, Luc.18.15.
quod cum viderent diſcipuli increpebant illos.Ieſus autem
conuocans illos ait:Sinite pueros venire ad me & nolite ve-
tare eos,talium eſt enim regnum cœlorum.

Amen

*Ioan.*3.5. Amen dico vobis niſi renatus quis fuerit ex aqua & Sp
ritu ſancto non poteſt &c.

*Act.* 2.39. Vobis.n.eſt repromiſſio & filiis veſtris & omnibus qui
longe ſunt, quoſcũque aduocauerit Dominus Deus noſter.

*Cap.* 18.8. Criſpus autem Archyſynagogus credidit Domino cum
omni domo ſua, & multi Corinthiorum audientes credebant
& baptizabantur.

1. *Cor.* 1.16. Baptizaui autem & Stephanæ domum, cæterum neſcio
quem alium baptizauerim.

*Cap.* 15.22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto om
nes viuificabuntur.

### *Baptizari in ſcripturis aliquando exprimitur per verbum illuminari*

*Hebr.* 6.4. IMpoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati guſta
uerunt & donum cœleſte & participes facti ſunt Spiritus
ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum vir
tutéſque ſæculi venturi & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad
pœnitentiam &c. Aliquando pro renouari.

### *Baptizatus eſt Chriſtus.*

*Matth.*3.16. BAptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua &
ecce aperti ſunt cœli & vidit Spiritum Dei deſcẽdẽtem
ſicut columbam & venientem ſuper ſe.

*Marc.*1.9. Et factum eſt & in diebus illis venit Ieſus à Nazareth Ga
lileæ & baptizatus eſt à Ioanne in Iordane.

*Luc.* 3.21. Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus & Ie
ſu baptizato & orante, apertum eſt cœlum & deſcendit Spiri
tuſſanctus &c.

### *Super baptiſmum deſcendit Spirituſſanctus.*

*Matt.* 3.16. SVpra patet. Mar.1.8. ego baptizaui vos aqua, Ille verò vos
baptizabit Spiritu ſancto Luc.3.21. ſupra.

*Ioan.* 1.33. Et ego neſciebã eum, ſed qui miſit me baptizari in aqua
ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentẽ &
manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.

### *Baptizat Chriſtus per Diſcipulos.*

*Ioan.*3.22. POſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam terram
& illic demorabatur & baptizabat.

*Ioan.*4.1. Vt ergo cognouit Ieſus quia audierũt Phariſæi quod Ie
ſus plures diſcipulos facit & baptizat q̃ Ioãnes (quãquã Ie
ſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius) reliquit Iudæam &
iterum abiit in Galilæam.



### *Baptizati accipiunt ſpiritum ſanctum.*

POEnitentiam agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrum *Act.* 2.38.
in nomine Ieſu in remiſſionem peccatorum veſtrorũ
& accipietis donum Spirituſſancti.

His auditis baptizati ſunt in nomine Domini noſtri Ieſu *Cap.* 19.5.
Chriſti, & cũ impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus-
ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis & prophetabant.

### *Induunt Chriſtum.*

QVicunque enim in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum *Galat.*3.27.
induiſtis.

### *In morte Chriſti baptizatur.*

AN ignoratis quia quicunque baptizati ſumus in Chri *Rom.*6.3.
ſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?

### *In vnum corpus baptizatur.*

ET enim in vno Spiritu omnes nos in vnũ baptizati ſu- 1. *Cor.* 12.13.
mus, ſiue Iudæi ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: &
omnes in vno Spiritu potati ſumus. 27. Vos autem eſtis cor-
poris Chriſti & membra de membro.

*Barieſu à Deo per* Paulum *vſu oculorum priuatur.* Act. 13.11.

*Barnabas ponit pretium agri ante pedes* Apoſtolorum, Act. 4.37. *ducit* Paulum *ad* Apoſtolos, 9.27. *mittitur Antiochiam* 11.22. *reddit in Ieruſalem.* 11.30. *iterum recepit ſe Antiochiam cum Paulo.* 12.25.

*Barrabas latro dimittitur, Matth.* 27.26. *Marc.* 15.15. Luc. 23.25. *Ioan.* 18.4. Act. 3.14.

*Bartimæus viſu donatur Mar.* 10.46.52.

*Baruch filius* Neriæ, *Ierem.* 32.12. *dictante Ieremia ſcribit librum, qui comburitur,* 36. *conſcribit alium, qui populo prælegitur* 45.1. Baruch. 1.3.

*Barzellai prouidet regi Dauid de cibis,* 2. Reg. 17.27. *deducit eum vſque ad Iordanẽ,* 19.31. *Dauid præcepit vt filiis Barzellai benefiat,* 3. Reg. 2.7.

*Barzellai quoniam ſuæ genealogiæ ſcripturam demonſtrare non poterat, reiicitur à Sacerdotio,* 1. *Eſdræ.* 2.62. 2. *Eſdr.* 7.64.

*Baſemath filia Salomonis, vxor Archimaas.* 3. *Reg.* 4.15.

*Bathuel filius* Nachor *pater* Rebeccæ, Gen. 22.23.

*Beatitudo*

*Beatitudo & beatorum gaudium & vita æterna*

Sap. 3. 4. FVlgebunt iuſti & tanquã ſcintillæ in arũdineto diſcur[rent] iudicabunt nationes & dominabuntur populis & reg[nabit] bit Dominus illorum in æternum.

Cap. 4. 1. O quàm pulchra eſt caſta generatio cũ claritate: immo[r]talis eſt enim memoria illius, quoniam apud Deum no[ta] eſt & apud homines. 16. condemnat autem iuſtus mortu[us] viuos impios: & iuuentus celerius conſummata longam [vi]tam iniuſti.

Eſa. 25. 9. Et dicet in die illa: Ecce Deus noſter iſte, expectauim[us] eum & ſaluabit nos: Dominus, ſuſtinuimus, exultabimus [&] lætabimur in ſalutari eius.

Cap. 30. 29. Canticum erit vobis ſicut vox ſanctificatæ ſolennitatis [&] lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia vt intret in mon[tem] Domini ad fortem Iſrael.

Cap. 49. 10. Non eſurient neque ſitient, & non percutiet eos æſtu[s &] ſol, quia miſerator eorum reget eos & fonte aquarum po[ta]bit eos. Vide cap. 60.

Hiere. 31. 13. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes ſimul [&] conuertam luctum eorum in gaudium & conſolabor e[os] & lætificabo à dolore ſuo.

Dan. 12. 13. Tu autem vade ad præfinitum & requieſces & ſtabi[s in] ſorte tua in finem dierum.

Matt. 13. 43. Tunc iuſti fulgebunt, ſicut fulgur in regno patris eoru[m].

Cap. 19. 28. Amen amen dico vobis: quod vos qui ſecuti eſtis me, [in] regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſt[a]tis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicant[es] duodecim tribus Iſrael.

Marc. 12. 25. Cùm enim a mortuis reſurrexerint, neque nubent neq[ue] nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli in cœlis.

Luc. 22. 29. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meum [re]gnũ, vt edatis & bibatis ſuper mẽſam meã in regno meo, [&] ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Ioan. 17. 24. Pater quos dediſti mihi volo vt vbi ego ſum & illi ſi[nt] mecum, vt videant claritatem meam quam dediſti mihi [:] quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.

Rom. 8. 30. Quos autem prædeſtinauit, Hos & vocauit: & quos vo[]cauit, hos & iuſtificauit: & quos iuſtificauit, hos & glori[fi]cauit.

1. Cor. 2. 9. Sed ſicut ſcriptũ eſt quod oculus nõ vidit, nec auris au[diuit,] nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt eum.



2. Tim. 4. 8. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolũ autem mihi ſed & his qui diligunt aduentum eius.

Cap. 5. 9. Et cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

Iacob. 1. 12. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Apoc. 2. 7. Qui habet aurẽ audiat, quid Spiritus dicat eccleſiis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod eſt in medio paradiſi Dei mei &c. & cap. 3. per totum.

Cap. 7. 15. Ideo ſunt ante thronũ Dei & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius, & qui ſedet in throno habitabit ſuper illos &c.

Cap. 21. 7. Qui vicerit poſſidebit hæc, & ero illi Deus & ille erit mi hi filius, & cap. 22. per totum.

*Beatitudo quomodo comparetur.*

Matt. 20. 23. CAlicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam & ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo.

Cap. 25. 34. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.

Ioan. 3. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.

Act. 15. 11. Sed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari quemadmodum & illi.

Epheſ. 2. 5. Cùm mortui eſſemus peccatis, cõuiuificauit nos in Chriſto (cuius gratia ſaluati eſtis) & conreſuſcitauit & conſedere fecit in cœleſtibus, in Chriſto Ieſu.

2. Tim. 1. 9. Qui nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta, nõ ſecundum opera noſtra, ſed ſecundũ propoſitũ ſuũ & gratiã, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſæcularia.

*Belis & draconis hiſtoria Dan. 14.**

*Bellum eſt pœna peccati.*

Leuit. 26. 14. SI nõ audieritis me, neq; feceritis oĩa mãdata mea, &c. ponã faciem

faciem meam contra vos,& corruetis corã hoſtibus veſtr[is] & ſubijciemini his,qui oderunt vos.

*Leuit.26.24.* Quod ſi nec volueritis recipere diſciplinam, ſed & amb[u]laueritis ex aduerſo mihi,ego quoque contra vos incedam & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra.

*Deut.28. 15.* Quod ſi nolueris audire vocem Domini Dei tui,vt cuſt[o]dias & facias omnia mãdata Dei tui,& cerimonias quas eg[o] pręcipio tibi hodie , venient ſuper te oẽs maledictiones iſt[æ] & apprehendẽt te:Maledictus eris in ciuitatibus,maledict[us] in terra,maledictũ horreũ tuũ, maledictæ reliquiæ tuæ &c.

*Iudic.2. 14.* Iratuſque Dominus contra Iſrael , tradidit eos in manu diripientiũ qui ceperunt eos & vendiderunt hoſtibus qui h[a]bitabant per gyrum nec potuerunt reſiſtere aduerſarijs ſu[is].

*Cap.6.1.* Fecerũt aũt filij Iſrael malũ in cõſpectu Dñi,qui tradid[it] eos in manu Madian.7.annis et oppreſſi ſunt valde ab e[is].

*Cap.10.6.* Filij Iſrael peccatis veteribus iõgentes noua fecerunt m[a]lũ in conſpectu Domini et ſeruierunt idolis etc.cõtra quo[s] Dominus iratus tradidit eos in manus Philiſtim , et filior[um] Ammon afflictique ſunt vehementer et oppreſſi per annos 18.qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi et[c].

*Cap.13.1.* Rurſumque filij Iſrael fecerunt malũ in conſpectu Domi[ni],qui tradidit eos in manus Philiſtinorũ quadraginta ann[is].

*Iſa.5.25* Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum,et exte[n]dit manum ſuam ſuper eum,et cõturbati ſunt montes et fa[]cta ſunt morticinia eorum,quaſi ſtercus in medio platear[um]. In his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc ma[]nus eius extenta.Ierem.5.lege. Vide victoria.

*Ieremi.47.6.* O mucro Domini vſquequo nõ requieſces? ingredere i[n] vaginã tuã refrigerare & ſile.Quomodo quieſcet,cùm Do[]minus præceperit ei.

*48.6.* Fugite,ſaluate animas veſtras,& eritis quaſi miricæ in de[]ſerto.Pro eo quòd habuiſti fiduciam in munitionibus tui[s] & in theſauris tuis,tu quoque capieris.

*Ibid.42.* Ceſſabit Moab eſſe populus, quoniã cõtra Dominũ glo[]riatus eſt.

*49.4.* Quid gloriaris in vallibus: Ecce ego inducã ſuper te te[r]rorem,ait Dominus.

*Ibid.16.* Arrogantia tua decepit te.

*Ibid.16.* Cùm exaltaueris quaſi acquilla nidum tuum,indę detra[]ham te,dicit Dominus.

*quomod[o]*



## *Quomodo ſe quiſque habere debeat in belli neceſſitate.*

VEnit autem Amalec & pugnabat contra Iſrael in Raphidim.dixitque Moyſes ad Ioſue : elige viros & egreſſus pugna contra Amalec, cras ego ſtabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea.Fecit autem Ioſue vt locutus erat Moyſes,& pugnauit contra Amalec Moyſes autẽ & Aaron & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis &c. *Exod.17.8.*

Habuit aũt Aſa in exercitu ſuo portãtiũ ſcuta,& haſtas de Iuda trecẽta milia. De Beiamin vero ſcutariorũ & ſagittario[r]ũ ducẽta octoginta milia.Omnes iſti viri fortiſſimi. Egreſſus eſt contra eos Zara Æthiops cum exercitu ſuo,decies cẽ[tena] milia,& currib.trecẽtis,& venit vſq; Mareſa. Porro Aſa p[er]rexit obuiã ei & inſtruxit faciẽ ad bellum in valle Sephata, quę eſt iuxta Mareſa,& inuocauit Dñm Deũ &ait:Dñe non eſt apud te vlla diſtantia vtrum in paucis auxilieris an in plu[r]ib.adiuua nos Domine Deus noſter,in te enim & in tuo nomine habẽtes fiduciã,venim⁹ cõtra hãc multitudinẽ, Domine De⁹ noſter nõ pręualeat cõtra te homo. Exterruit itaque Dominus Æthiopes corã Aſa & Iuda , fugeruntque æthiopes & perſecutus eſt eos Aſa & populus qui cũ eo erat &c. *2.Par.14. 8.*

Ioſaphat impio Achab affinitate iunctus, aſcendit cũ eo cõtra Ramoth Galaad 400.pſeudoprophetis victoriamque promittẽtibus:Micheas autẽ cõtrariũ prophetãs incarcerat [s]ed Achab iuxta Michee ꝓphetiã ĩ bello occiditur. *Cap.18.**

Sennacherib Iudam inuadente,Ezechias populum hortatur fidere in Deũ,à quo ille minis in blaſphemiis nititur eũ [a]uertere.Orantibus autem Ezechia cum Iſaia,angelus diſſi[p]at exercitũ Sennacherib qui fugiens à filiis occiditur.Por[r]o Ezechias nimia felicitate elatus Deum offendit, cui im[p]ius filius Manaſſes ſuccedit. *Cap. 32. **

Iudas Machabęus dux aximius prędicatur,qui per ambu[la]ns ciuitates iudæ,truci dabat omnes impios,& occiſo duce Appollonio eiuſq; exercitu diſperſo,vicit cum paucis Syriæ exercitum,vna cum duce Sermone. Iratus autẽ ob hoc rex Anthiochus profectus in Perſidem conſtituit Lyſiam vice re[gn]um,dato belli in Iudęos apparatũ:qui miſit contra terrã Iu[dæ] Gorgiã cum exercitu:Iudas autem & ſui ad bellum parãt, maximè operibus pœnitentiæ & oratione ad Deum. *1. Mac. 3.*

Ait Iudas viri ſuix qui ſecũ erant: (aduenientc Gorgia) ne timueritis multitudinẽ eorũ, & impetum eorum ne formi- *Cap. 4. 8.*



detis:

detis:mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in
ri rubro,cum ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo
nũc clamemus in cælũ & miſerebitur noſtri De⁹ noſter
2.M.8. Iudas Machabæus inuocato Dei auxilio , poſt aliquot
ctorias, Nicanorẽ qui certã ſibi de Iudęis pollicebatur vi
riam,ſuos primũ ad conſtantiã exhortatus,profligauit,in
fectis de ei⁹ exercitu , vnà cũ Timotheo & Bachide pluſq
29000.ita vt Nicanor ſolus effugiẽs prędicaret Iudæos D
habere protectorem.

### *Deus pugnat pro ſuis.*

Exod.14.13. ET ait Moyſes ad populum:(Pharaone Iſraelem perſeq
te)nolite timere,ſtate & videte magnalia Dñi quę fac
rus eſt hodie:Ægyptio enim quos nũc videtis nequaq
vltra videbitis vſque in ſempiternũ:Dominus pugnabit pro
vobis & vos tacebitis.
Deut.1.30. Nolite metuere nec timeatis eos, Dominus Deus qui d
ctor eſt veſter pro vobis ipſe pugnabit,ſicut fecit in Ægyp
cunctis videntib.& in ſolitudine ipſi vidiſtis, portauit te Do
minus Deus tuus vt ſolet homo geſtare paruulum ſuum,
omni via per quã ambulaſtis donec veniretis ad locũ iſtum
Cap.3.22. Ne timeas eos(loquitur de Og rege Baſan) Domin⁹ enim
Deus veſter pugnabit pro vobis.
1.Reg.1.45. Dixit aũt Dauid ad Philiſtęũ: Tu venis ad me cũ gladi
& haſta & clypeo, ego aũt venio ad te in nomine Dñi exer
cituũ Dei agminũ Iſrael, quib. exprobraſti hodie & dabit
Dñs in manu mea & percutiã te & auferã caput tuũ à te &c
2.Par.20.15. Attendite omnis Iuda,& qui habitatis in Hyeruſalẽ, & tu
rex Ioſaphat:Hęc dicit Dominus vobis, Nolite timere nec
paueatis hãc multitudinẽ(loquitur de Ammonitis,Moabitis
ac Syriis contra Ioſophat inſurgentibus)non eſt enim veſtra
pugna,ſed Dei &c.
Pſal.17.35. Qui dedit manus meas ad prœlium , & poſuiſti vt arcum
æræum brachia mea.
143.1. Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas
ad prœlium & digitos meos ad bellum.
Iſa.36.15. Si reuertamini & quieſcatis ſalui eritis , in ſilentio & ſpe
erit fortitudo veſtra,& noluiſtis & dixiſtis,nequaquam , ſed
ad equos fugiemus.

### *Bellandum armis quoque Spiritualibus.*
vni ex iſtis minimis meis feciſtis,mihi feciſtis.
Marc.9 40. Qui enim non eſt aduerſum vos,eſt vobis eſt.
Luc.10.16. Qui vos audit me audit,qui vos ſpernit me ſpernit.act,9.4
1.Theſſ. 4.8. Itaque qui hęc ſpernit non hominem ſpernit, ſed Deũ,q
etiam dedit ſpiritum ſanctum in nobis.

### *Chriſtiani appellantur fideles.*

Act.11.26. QVem cum(.ſ.Barnabas Saulũ)inueniſſet, perduxit An-
thiochiã, & annũ totum conuerſati ſunt ibi in eccle-
ſia,& docuerũt turbam multam,ita vt cognominarentur pri
mum Anthiochiæ diſcipuli chriſtiani.
Cap.26.28. Agrippa autem ad Paulum,in modico ſuades me Chriſtia
nũ fieri.& Paulus:Opto apud Deũ & in modico & in magno
non tantum te ſed & omnes qui hodie audiunt, fieri tales,
qualis ego ſum,exceptis vinculis iis.
2.Cor.10. 7. Si quis confidit ſibi,Chriſti ſe eſſe,hoc cogitet, iterum a-
pud ſe,quia ſicut ipſe Chriſti eſt,ita & nos.

### *Chriſtiani dicuntur ſancti quia ſanctitatẽ profitentur*

Act.9.41 ET cum vocaſſet ſanctos & viduas, aſſignauit eam viuam,
Omnibus



omnib. q ſũt Romę dilectis Dei vocatis ſãctis(.ſ.gratia pax) Rom.1.7.
Neceſſitatibus ſanctorum communicantes. Cap.12. 13.
Nunc igitur proficiſcat Hyeruſalem miniſtrare ſanctis. Cap.15.25.
Salutate Philogum,& Ialiam,Nereum & vxorem eius, & Capi 16 15.
Olympiadem,& omnes qui cum eo ſunt ſanctos.
Eccleſiæ Dei quæ eſt,Corinthi,ſanctificatis in Chriſto Ie 1.Cor.1.2.
vocatis ſanctis,cum omnibus qui inuocãt nomẽ Domini
noſtri Ieſu Chriſti &c.
Audet aliquis veſtrum,habens negotium aduerſus alterũ, Cap. 6.1.
iudicari apud iniquos,& non apud ſanctos?
Non enim eſt Deus diſſenſionis ſed pacis,ſicut & in om Cap. 14.33.
nibus Eccleſiis ſanctorum.
Paulus apoſtolus Ieſu chriſti per voluntatẽ Dei,& Timo 2.Cor.1.1.
theus frater eccleſię Dei,quę eſt Corinthi,cum omnibus ſã-
ctis qui ſunt in vniuerſa Achaia.
Nam de miniſterio quod fit in ſanctos,ex abundanti eſt Cap.9.1.
mihi ſcribere vobis
Salutate inuicẽ in oſculo ſãcto: Salutãt vos omnes ſãcti. Capi.13. 12.
Paulus apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei,omni Ephes. 1.1.
bus ſanctis qui ſunt Epheſi & fidelibus in Chriſto Ieſu.15.
Propterea & ego audiens fidem veſtram,quę eſt in Chriſto
Domino Ieſu & dilectionem in omnes ſanctos.
Mihi omnium ſanctorũ minimo data eſt gratia hæc &c. Cap.3. 8.
vt poſſitis comprehendere cum omnib.ſanctis,quę ſit lõ-
gitudo & latitudo & ſublimitas & profundum.
Et ipſe dedit quoſdã quidẽ apoſtolos,quoſdam autẽ pro- C.4.11.
phetas,alios verò euangeliſtas , alios autem paſtores & do-
ctores,in conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij,
in ædificationem corporis Chriſti.
Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni Cap. 6.18.
tempore,in ſpiritu,& in ipſo vigilantes in omni inſtantia,&
obſecratione,pro omnibus ſanctis.
Paulus & Timothęus ſerui Ieſu Chriſti omnibus ſanctis Philip.1.1.
in Chriſto Ieſu qui ſunt Philippis.
Salute omnem ſanctum in Chriſto Ieſu. Cap.4.21.
Paulus apoſtolus per voluntatem Dei & Timothęus fra- Colloſ.1.1.
ter,iis,qui ſunt Coloſſis ſanctis & fidelibus in Chriſto Ieſu.
Adiuro vos per Dominum , vt legatur hęc epiſtola om- 1.Teſſ.5.27.
nibus ſanctis fratribus,
Nõ enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri,& Heb.6.10.
dilectionis,quã oſtendiſtis in nomine ipſius qui miniſtratis

ſanctis & miniſtratis.
Cap.13.24. Salutate omnes præpoſitos veſtros & omnes ſanct

### *Chriſtiani falſi.*

Exod.20.7. NOn aſſumes nomen Dei tui in vanum.
Leui 19.12. Non polluetis nomen Dei t ii.
22.32. Non polluatis nomen ſanctum meum.
Eſa.4.1. Tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, auf
opprobrium noſtrum.
Math.13.27 Domine nonne bonũ ſemen (fidei) ſeminaſti in agro tuo
vnde ergo habet zizania (peruerſorum operum & hęreſi
10.33. Qui negauerit me coram hominibus, denegabo & eg
eum coram patre meo.
Tit.1.16. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.
Iacob.2.19. Tu credis quia vnus eſt Deus. Bene facis, & dæmones c
dunt, & contremiſcunt (in hoc te minus mali ſunt, quia tu
times, & illi contremiſcunt.)
2.Pet.1.5. Miniſtrate in Fide veſtra virtutem, in virtute verò ſcié
in ſcienita verò temperantiam, in temperantia verò patié
rurſum in patientia, pietatem, in pietate autem fratern
1.Ioan. 2. 3. charitatem, in fraterna verò charitate, dilectionem.
In hoc ſcimus, quoniam cognouimus eum (per fidem)
mandata eius obſeruamus, qui dicit ſe noſſe Deum, & ma
data eius non cuſtodit, mandax eſt.

### *Chriſtianis viuendum eſt vt vixit Chriſtus.*

Gala.2.19 EGo enim per legem Dei mortuus ſum, vt Deo viuam
Chriſto crucifixus ſum cruci.
1.Ioan.1.7. Si autem in luce ambulamus ſicut et ipſe eſt in luc
ſocietatem habemus ab inuicem, et ſanguis Ieſu Chriſti fi
lij eius emundat nos ab omni peccato
Cap.2.6. Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambula
et ipſe ambulare.
Cap.3.3. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſic
et ille ſanctus eſt.

### *Chriſtiani erunt cum Chriſto.*

Ioan.12.26 SI quis mihi miniſtrauerit me ſequatur, et vbi ego ſum
hic et miniſter meus erit.
Cap. 14. 2. Quia vado parare vobis locum, & ſi abiero et prępa
uero vobis locum, iterum venio et accipiam vos ad me
pſum, vt vbi ego ſum, et vos ſitis.

Pa



Pater quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum et illi ſint Cap.17.24.
mecum, vt videant claritatem meam, quã dediſti mihi, quia
dilexiſti me ante mundi conſtitutionem.
*Chus filius Cham, Gen.*10.6 1.*Paral.*1.8.
*Chuſai amicus Dauidis, nuntiat Dauidi quid in eum me-
ditetur Abſa lon,* 2.*Reg.*15.32. ✠ 17.15.16.
*Chuſan Raſathaim rex Syriæ regnat ſuper Iſrael octo an-
nos Iudicum* 3.8.

### *Cibus quis Iudæis inbibitus.*

SI bos cornu percuſſerit virũ aut mulierem et mortui fue Exod.21.26
rint, lapidibus obruetur, et non comedentur carnes eius
Dominus quoque immunis erit.
Viri ſanctis eritis mihi. Carnem quę à beſtiis fuerit prę- Cap.22.31.
guſtata non comedetis: ſed proiicietis canibus.
Iure perpetuo in generationibus et habitaculis veſtris, Leuit.3.17.
nec ſanguinem nec adipem comedetis.
Loquere filiis Iſrael, adipem bouis, et ouis, et capræ, non Cap.7.23.
comedetis.
Quicquid autẽ ruminat quidẽ et habet vngulam, ſed nõ Cap.11. 4.
diuidit eam ſicut Camelus, et cætera, non comedetis illud, et
inter immunda reputabitis.
Homo quilibet de domo Iſrael, et de aduenis qui perigri Cap. 17. 10.
natur inter vos, ſi comederit ſanguinẽ obfirmabo faciẽ meã
contra animã illius, et diſperdam eã de populo ſuo. et 13.
Non comedetis cum ſanguine, non augurabimini, nec ob Cap.19.26.
ſeruabitis ſomnia, Deu .12.16.
Hoc ſolum caue ne ſanguinem comedas : ſanguis enim Deut.12. 23.
eorum pro anima eſt, et idcirco non debes animam comede
re carnibus, ſed ſuper terram fundes quaſi aquam.
Quæ abſq; pannulis et ſquamis ſunt, ne comedatis, quia Cap. 14. 10.
immunda ſunt.

### *Ciborum & potus in conuiuiis luxus. Vide ebrietas.*

CYthara & lyra & tympanum & tibia, & vinum in con- Eſa.5.12.
uiuiis veſtris, & opus Domini non reſpicitis nec opera
manuum eius conſideratis.
Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, Ezec.16.49.
ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius & filiarũ eius,
manum egeno & pauperi non porrigebant.
Attendite autem vobis ne forte grauentur corda veſtra Luc.21.34.
crapula & ebrietate, & curis huius vitę, & ſuperueniat in vos
repentina dies illa.

Cap.16.19. Homo quidam erat diues & induebatur purpura, & b ſo,& epulabatur quotidie ſplendide.

Rom.13.13. Sicut in die honeſte ambulemus non in comeſſationi & ebrietatibus,non in cubilibus,& impudicitiis,non in c tentione & æmulatione.

1.Pet.4.3. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gẽtiu conſummandam his qui ambulauerunt in luxuriis, deſid riis,vinolentiis, commeſſationibus potationibus & illici dolorum cultibus.

## Conuiuia.

Prou.15.17. MElius eſt vocari ad olera cum gaudio,quàm ad vitul ſaginatum cum odio.

23.20. Noli eſſe in cõuiuiis potatorũ,nec in comeſſationib. e rum qui carnes ad veſcẽdum cõferunt, qui a vacãtes po & dãtes ſymbola cõſumẽtur,& veſtietur pannis dormita

Eccle.37.32 Noli auidus eſſe in omni epulatione , & non te effun ſuper omnem eſcam.

Ibid.33. In multis enim eſcis erit infirmitas,& auiditas appro quabit vſque ad choleram.

Eccleſ.31.16. Super menſam non extendas manum tuam prior,ne uidia contaminatus,erubeſcas.

Ibid.21. Si in medio multorum ſediſti,tu prior illis, ne exten manum tuam,nec prior poſcas bibere.

Ibid.25. Si coactus fueris in edẽdo multũ,ſurge à medio & vo & refrigerabit te,& non adduces corpori tuo infirmita

Ibid.41. In conuiuio vini non arguas proximum,& non deſpi eum in iucunditate illius.

40.30. Vir reſpiciens in menſam alienam,nõ eſt vita eius in gitatione victus,alit enim animam ſuam cibis alienis.

## Cibare eſurientes,ſeu fame laborantes.

Deu.23.3. AMmonites & Moabites etiam poſt decimam gene tionem non intrabunt eccleſiam Domini in æternu quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua via,quando egreſſi eſtis de Ægypto &c.

Iud.8.5. Dixitque ad viros Socoth,date obſecro panes populo mecum eſt quia valde defecerunt &c.

1.Reg.21.3. Nũc ergo ſi quid habes ad manum,vel quinque panes mihi aut q̃dq̃d inueneris:& reſpõdẽs ſacerdos Achimelec ad Dauid,ait illi:nõ habeo laicos panes ad manum, ſed tũ panẽ ſanctũ,ſi mundi ſunt pueri,maximè à mulierib.&

Frang



Eſa.58.7. Frange eſurienti panem tuum,& egenos vagóſque induc in domum tuam,cum videris nudum operi eum & carnem tuam ne deſpexeris.

Matt.25.35. Eſuriui & dediſtis mihi manducare,ſitiui & dediſtis mihi bibere &c.

## Cibus ſumendus cum gratiarum actione. Vide gratia

## Cibi delecti s habendus Vide abſtinentia.

## Circunciſio carnalis & ſpiritualis.

Geneſ.21.4. ET circuncidit(Abraham)eũ(Iſaac)octauo die, ſicut pręceperat ei Deus.

Exod.4.25. Tulit illico Sephora acutiſſimam petram,& circuncidit præputium filij ſui &c.

Cap.12.44. Omnis ſeruus emptitius circuncidetur,& ſic comedet.

Leuit.12.3. Et die octauo circuncidetur infantulus.

Deut.10.16. Circuncidite igitur pręputium cordis veſtri,& ceruicem veſtram ne induretis amplius.

Cap.30.6. Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo vt viuere poſſis.

Ioſue.5.2. Fac tibi cultros lapideos & circũcide ſecũdo filios Iſrael

Iudich.14.6 Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Iſrael, relicto gentilitatis ritu credidit Deo,& circuncidit carnem præputij ſui,& appoſitus eſt populo Iſrael &c.

Ezec.44.9. Omnis alienigena incircunciſus corde , & incircunciſus carne, non ingredietur ſanctuarium meum omnis filius alienus qui eſt in medio filiorum Iſrael.

Hier.4.4. Circuncidemini Domino & auferte præputia cordium veſtrorum,viri Iuda & habitatores Hyeruſalem, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea,& accendatur, & non ſit qui extinguat,propter malitiam cogitationum veſtrarum.

Cap.6.10. Cui loquar,& quẽ contriſtabor & audiat? Ecce incircunciſæ aures eorum & audire non poſſunt,ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium,& nõ ſuſcipiẽt illud.

Cap.9.25. Ecce dies venient dicit Dominus & viſitabo ſuper omnem qui circunſiſum habet præputium.

Luc.1.59. Et factum eſt in die octauo venerunt circuncidere puerũ (Ioannem)& vocabant nomine patris ſui Zachariam.

Ca.2.21. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circuncideretur puer,vocatum eſt nomẽ eius Ieſus: Quod vocatum eſt ab angelo priuſquam in vtero conciperetur.

I 4 Propterea

Ioan.7.22. Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionẽ,nõ quia ex Moyſe eſt,ſed ex patrib.& in ſabbatho circũcidiſtis hominem.

Act.7.8. Et dedit illi teſtamentũ circunciſionis,& ſic genuit Iſaac & circuncidit eum die octauo.

Cap.15.1. Niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi,non poteſtis ſaluari.

Cap.16.3. Hunc(Timothæũ)Paulus voluit ſecum proficiſci,& aſſumẽs,circũcidit eum, propter Iudæos qui erant in illis locis.

Rom.2.29. Sed q in abſcõdito Iudæus eſt,& circunciſio cordis in ſpiritu,nõ litera,cuius laus nõ ex hominib.ſed ex deo eſt.

1.Cor.7.19. Circunciſio nihil eſt,& præputium nihil eſt,ſed obſeruatio mandatorum Dei,Gal.6.12.

Philip.3.3. Nos enim ſumus circũciſio qui ſeruimus Deo & gloriamur in Chriſto Ieſu & non in carne fiduciam habentes &c.

Colloſ.2.11. In quo & circunciſi eſtis, circunciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis : ſed in circunciſione Ieſu Chriſti,conſepulti ei in baptiſmo.

### *Ciuitas ſuperna.*

Heb.11.10. EXpectabat fundamenta habẽtem ciuitatem (Abraham) cuius artifex & conditor Deus.

Cap.12.22. Sed acceſſiſtis ad Sion montem , & ciuitatem Dei

13.14. viuentis Ieruſalem cæleſtem.

Non enim habemus hic manentem ciuitatem,ſed futuram inquirimus.

Apo.21.14. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim.

Ibidem.19. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioſo, & templum non vidi in ea.

Ibidem.22. Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt & agnus.

Ibidem.23. Et ciuitas non eget ſole neque luna,vt luceant in ea:nam claritas Dei illuminat illam.

### *Ciuitas terrena,pietate gubernatur.*

Leui.19.33. SI habitauerit aduena in terra veſtra ,& moratus fuerit inter vos,non exprobretis ei,ſed ſit inter vos quaſi indigena,& diligetis eum,quaſi voſmetipſos,fuiſtis enim & vos aduenæ in terra Ægypti.

Prou.11.10. In bonis iuſtorum exultabit ciuitas.

Ibidem.14. Vbi non eſt gubernator,populus corruet.

Eccl.10.2. Qualis rector ciuitatis,tales & inhabitantes eam. Ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium.

Vrbs



Vrbs fortitudinis noſtræ Sion ſaluator ponetur in ea murus & antemurale. Aperite portas & ingredietur gens iuſta cuſtodiens ciuitatem. Eſa.26.1.

### *Impietate deuaſtatur.*

PRæcipita Domine,diuide linguas eorum.Die ac nocte circundabit eã ſuper muros eius iniquitas,& dolus.Et non defecit de plateis eius vſura & dolus. Pſal.54.11.

Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſto dit eam. 126.1.

Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas:& ore impiorum ſubuertetur. Prouer.11.11.

Homines peſtilentes diſſipant ciuitatem: ſapientes verò auertunt furorem. 29.8.

Suſurro & bilinguis maledictus:multos enim turbauit pacem habentes.Lingua tertia multos commouit,& diſperdit illos de gente in gentem,ciuitates muratas diuitum deſtruxit,& domos magnatorum effodit. Eccleſ.28.15.

Et eris deſerta,quia oblita es Domini Dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata. Eſa.17.8.

Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Abac.2.12.

### *Clauis mortis.*

ET dabo clauẽ domus Dauid ſup humerũ eius: & aperiet & nõ erit q claudat,& claudet & nõ erit q aperiat. Eſa.22.22.

Ego ſum viuens in ſecula ſeculorũ,& habeo claues mortis & inferni. Apoc.1.18.

Hæc dicit ſanctus & verus , qui habet clauem Dauid qui aperit & nemo claudit:claudit,& nemo aperit. Cap.3.7.

*Claudius Cæſar Romanus,præcipit omnes Iudæos exire Roma,Act.18.2.huius tempore magna erat in orbe annonæ caritas,Act.11.28.*

*Claudius Lyſias mittit Paulum ad Felicem præfectum Cæſareæ,Act.* 3.23.30.

*Cleopatra filia Ptolomæi traditur Alexandro,1.Mach.* 10.58.*tunc adimitur,& traditur Demetrio.*11.11.

*Cleophas ibat cum altero diſcipulo in Emaux,* Lucæ 24.13. *cognouit Chriſtum in fractione panis,*24.30.

### *Cogitationes prauæ quas odit Deus.*

ET vnu ſquiſque malũ contra amicũ ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris,& iuramentum mendax nõ diligatis,om Zach.8.17.

I 5 nia

nia enim ſunt, quæ odi, dicit Dominus.

Prouer. 6. 12. Homo apoſtata, vir inutilis graditur ore peruerſo, an[nuit] oculis, terit pede, digito loquitur prauo corde machin[atur] malum, & omni tempore iurgia ſeminat.

Matt. 15. 19. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adul[te]ria, forni cationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.

Mar. 7. 21. Ab intus enim de corde hominum malę cogitationes p[ro]cedunt, adulteria, fornicationes, homicidia &c.

*Cogitationes cordis nouit Deus.*

3. Reg. 8. 39. TV exaudies de cœlo in loco habitationis tuæ & rep[ro]pitiaberis & facies vt tribuas vnicuique iuxta vias ſu[as] ſicut videris cor eius, quia tu ſolus noſti corda omnium [fi]liorum hominum.

2. Para. 6. 30 Tu exaudies de cœlo de ſublimi habitaculo tuo, & pr[o]pitiare & redde vnicuique ſecundum vias ſuas, quas no[sti] eum habere in corde ſuo, tu enim ſolus noſti corda fili[o]rum hominum.

Ioan. 2. 25. Et quia opus ei non erat vt quis teſtimonium perhib[e]ret de homine, ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

*nulla cogitatio latet Deum.*

Iob. 42. 2. SCio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.

Eccleſ. 42. 19 Cognouit enim Dominus omnē ſcientiā & inſpexit ſignū æui, annūciās quæ præterierunt, & quæ ſuperu[en]tura ſunt, reuelans veſtigia occultorum.

Eſa. 29. 15. Væ qui profundo eſtis corde, vt à Domino abſcondat[is] conſilium, quorum ſunt in tenebris opera.

Matt. 9. 4. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum dixit.

*Nouerunt cogitatiobes & alij quibus Deus voluerit reuelari.*

4. Reg. 5. 25. IPſe autem ingreſſus ſtetit coram Domino ſuo, & dixit E[li]zeus: Vnde venis Giezi? Qui reſpondit non iuit ſeru[us] tuus quoquam. At ille ait: nonne cor meum in præſenti e[rat], quoniam reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? nunc igitur accepiſti argentum, & veſtes, vt emas oliu[e]ta, & vineas, & oues & boues, & ſeruos, & ancillas &c.

Cap. 6. 12. Dixit vnus ſeruorum eius nequaquam Domine mi re[x] ſed Elizeus propheta q. eſt in Iſrael indicat regi Iſraeli om[]nia verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo.

Danie. 2. 29. Tu rex cogitare cœpiſti in tuo ſtratu quid eſſet futurū poſt hæc & qui reuelat myſteria oſtēdit tibi quę futura ſunt &c.

Cogniti[o]



*Cognitio Dei.*

HOmo enim videt ea, quæ patēt: Deus aūt intuetur cor. 1. Reg. 17. 7.

Nonne ipſe conſiderat vias meas & cunctos greſſus meos dinumerat. Iob. 31. 4.

In omni loco oculi Domini cōtēplantur bonos & malos. Prou. 15. 3.

Infernu s & perditio coram Domino: quāto magis corda filiorum hominum. Ibidem. 11.

Omnes viæ hominum patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt Dominus. 16. 2.

Non præterit Dominum omnis cogitatus, & non abſcōdit ſe ab eo vllus ſermo. Eccle. 42. 20.

*Bonos ſingulariter.*

ET reſpexit Dominus filios Iſrael, & cognouit eos. Exod. 2. 25.

Quoniam nouit dominus viam iuſtorum. Pſalm. 1. 6.

Priuſquàm te formarem in vtero noui te. Iere. 1. 5.

Firmum fundamētum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc Cognouit Dominus qui ſunt ſui. 2. Tim. 2. 19

Omnia nūda & aperta ſunt oculis eius. Hebr. 4. 13.

*Malos non agnoſcit.*

MVlti dicent mihi in illa die, Domine Domine: Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Mat. 7. 23.

Amen dico vobis neſcio vos. 25. 12.

Si quis autem ignorat, ignorabitur. 1. Cor. 14. 38.

*Firmiter exigitur.*

COgnoſcetur dominus iudicia faciēs. Cōuertātur peccatores in infernū, omnes gētes, quæ obliuiſcuntur Deū. Pſal. 9. 17.

Vocate & videte, quoniam ego ſum Deus. 45. 11.

Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. 52. 3.

Vani ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. Sapien. 13. 1.

Cognouit bos poſſeſſorē ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael aūt me nō cognouit, & populus me' nō intellexit. Eſa. 1. 3.

Quia ſtultus populus meus me non cognouit: filij inſipiētes ſunt, & vecordes. Iere. 4. 22.

Cōfortati ſunt in terra, q. a de malo ad malū egreſſi ſunt. 9. 3.

&

& me non cognouerunt,dicit Dominus.

*Ibid.*23.24. Nõ glorietur ſapiẽs in ſapientia ſua,& nõ glorietur fortis
in fortitudine ſua,& nõ glorieť diues in diuitiis ſuis: ſed in
hoc glorieť,qui gloriatu , ſcire & noſſe me : quia ego ſum
dñs,qui facio miſericordiã & iudicium & iuſtitiam in terra.

*Oſea.*6.7. Miſericordiam volui,& nõ ſacrificium:& ſcientiam Dei
pluſquam holocauſta.

*Rom.*1.18. Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem &
iniuſtitiã hominum eorum,qui veritatem Dei in iuſtitia de-
tinent,quia quod notum eſt Dei manifeſtũ eſt in illis:Deus
enim illis manifeſtauit.

*Multipliciter acquiritur,ſcilicet diuina illuſtratione,*

*Iob.*21.14. QVI dixerunt Deo,recede à nobis , ſcientiam viarum
tuarum nolumus.

P*ſal.* 4. 7. Multi dicunt,quis oſtendit nobis bona?Signatum eſt ſu-
per nos lumen vultus tui Domine.

*Eſaie.* 52.6. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa
quia ego ipſe qui loquebar,ecce adſum.

*Matt.*11.25. Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abſcõdi-
ſti hæc à ſapientibus,& prudentibus,& reuelaſti ea paruulis.
Et nemo nouit filium niſi pater,neque patrem quis nouit ni-
ſi filius,& cui voluerit filius reuelare.

16.17. Beatus es Simon Bar-iona,quia caro & ſanguis non reue-
lauit tibi,ſed pater meus qui in cęlis eſt,me ſcilicet eſſe Chri-
ſtum filium Dei viui.

*Ioan.* 6.44. Nemo venit ad me,niſi pater meus,qui miſit me,traxerit
eum.Non quia patrem vidit quiſquam,niſi is qui à Deo eſt,
hic vidit patrem.

8.19. Neque me ſcitis,neq; patrem meum ſcitis, ſi me ſciretis,
forſitan & patrem meum ſciretis.

17.8. Et cognouerunt verè quia à te exiui,& crediderunt , quia
tu me miſiſti.

*Ioan,* 5. 20. Et ſcimus quoniam filius Dei venit ,& dedit nobis ſen-
ſum,vt cognoſcamus & ſimus in vero filio eius. Hic eſt ve-
rus Deus & vita æterna.

*Creaturarum conſideratione.*

*Iob.*12.7. NImirum interroga iumenta & docebunt te:& volati-
lia cœli & indicabunt tibi, loquere terræ & reſponde-
bit tibi:& narrabunt piſces maris. Quis ignorat , quod om-
nia hæc manus domini fecerit?

Cœ-



Cœli enarrant gloriam Dei. P*ſal.* 18. 2.

Vani ſunt omnes homines, in quibus nõ eſt ſciẽtia Dei, *Sapiẽ.* 13. 1
& de his,quę videntur bona,nõ potuerunt intelligere eum:
qui eſt,nec operibus attẽdẽtes agnouerũt, quis eſſet artifex.
Quorũ & ſi ſpecie delectati,Deos putauerunt,ſciant quãto
his dominator ſpecioſior eſt. Speciei enim generator hæc
omnia conſtituit,Aut ſi virtutem & opera eorũ mirati ſunt,
intelligant ab illis, quoniam , qui fecit hæc fortior eſt illis.

A magnitudine enim ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter *Ibidem.*5.
poterit creator eorum videri.Creauit illis ſcientiam ſpiritus
& ſenſu impleuit cor illorum.

Multa abſcondita ſunt maiora his , pauca vidimus ope- *Eccle.* 43.36.
rum eius.

Opera.n.quæ dedit mihi pater, vt perficiã ea ipſa opera, *Ioan.* 5. 36.
quę ego facio,teſtimoniũ ꝓhibẽt de me,q̃a pater miſit me.

Inuiſibilia enim ipſius,à creatura mundi , per ea quę fa- *Rom.* 1. 20.
cta ſunt,intellecta conſpiciuntur.

Ex parte enim cognoſcimus. 1. *Cor.* 13.9.

*Scripturarum declaratione.*

SCrutamini ſcripturas:quia vos putatis in illis vitam æter- *Ioan.*5.39.
nã habere.Et illæ ſunt,quæ teſtimoniũ perhibẽt de me.

Si credideritis Moyſi , crederitis forſitam & mihi:de me e- *Ibidem.* 46.
nim ille ſcripſit.

*Salubriter perquiritur.*

NOſſe enim te,conſummata iuſtitia eſt:& ſcire iuſtitiam *Sapien.* 15.3.
& virtutem tuam,radix eſt immortalitatis.

Non nocebunt & non occident in vniuerſo monte ſan- *Eſaie.* 11. 9.
cto meo quia repleta eſt terra ſcientia domini , ſicut aquæ
maris operientes.

Viuificabit nos poſt duos dies , & in die tertia ſuſcitabit *Ozee.*6.3.
nos,& viuemus in conſpectu eius:ſciemus,ſequemurque,vt
cognoſcamus Dominum.

Hæc eſt autem vita æterna,vt cognoſcant te ſolum Deũ *Ioan.*17.3.
verum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter *Phil.* 3. 8.
eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei.

Ideò nos ex qua die audiuim⁹,nõ ceſſamus ꝓ vobis orã- *Colloſ.* 1. 9.
tes,vt impleamini agnitione volũtatis eius : in oĩ ſapiẽtia &
intellectu ſpirituali,vt ambuletis dignè Deo ꝑ oĩa placẽtes.

Et oĩs qui diligit,ex Deo nat⁹ eſt,& cognoſcit Deũ. Qui 1. *Ioan.* 4. 6.
non

non diligit,non nouit Deum, quia Deus charitas eſt.

*Cognoſcit homo differenter.*

1. Reg.16.7. Homo videt ea,quę patent.
Prou.20.5. Sicut aqua profunda,ſic conſilium in corde viri, ſed homo ſapiens exauriet illud.
Eccleſ.13.32. Veſtigium cordis boni,& faciē bonam difficilè inuenies & cum labore.
1. Cor. 2. 11. Qui ſcit hominū,q̄ ſunt hominis,niſi ſpiritus qui in ipſo eſt.

*Cognoſcitur homo frequenter ex viſu.*

Geneſ. 4. 5. Iratuſq; eſt Cain vehementer,& concidit vultus eius.
Proue.17.24. In facie prudentis lucet ſapientia.
Eccleſ.8.1. Sapientia hominis lucet in vultu eius,& potentiſſimus faciem illius commutabit.
Eccleſ.17. 31. 19.26. Cor hominis immutat faciē illi⁹,ſiue in bono, ſiue in malo.Ex viſu cognoſcitur vir,& ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.

*A Statu.*

Prou. 27.19. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.
Eccleſ. 27.7. Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructum illius, ſic verbum ex cogitatu cordis hominis.

*Geſtu.*

Prou.20.11. EX ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſint opera eius.
Eccleſ.19.27. Amictus corporis,& riſus dentium & ingreſſus hominis enuntiant de illo.

*Cognoſcere licet ſubinde homines ex factis & verbis*

Eccle.19. 27. AMictus corporis,& riſus dentium, & ingreſſus hominis nunciant de illo,eſt correptio mendax in ira contumelioſi,& eſt indicium quod non probatur eſſe bonum,& eſt tacens & ipſe eſt prudens.
Matt.7. 16. A fructibus eorum cognoſcetis eos.
Cap. 12.33. Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, Aut facite arborem malam & fructum eius malum,ſiquidem ex fructibus arbor cognoſcitur.
Luc.6.44. Vnaquæq; enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur,neque enim de ſpinis colligūt ficus, neq; de rubo vindimiāt vuam.

*Cognoſci Deus humana ſapientia non poteſt niſi ipſe reuelet.*

Ieſus



Ieſus dixit: Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus,& prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.Idem habetur Luc.10.21. Matt.11.25.
Beatus es Bariona,quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Cap.16.17.
Vos autem dixi amicos,quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Ioan.15.15.
Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſanctum,Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda cordis. 1. Cor. 2. 10.

*Cognitionem Dei nemo habet perfectam, niſi qui Spiritum Dei habet.*

ANimalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, non poteſt intelligere quia ſpiritualiter examinatur. 1. Cor.2.14.
Non ceſſo gratias agens pro vobis memoriam veſtri faciens in orationibus meis,vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ,det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitionem eius. &c. Epheſ. 1.16.
Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus. 1 Ioan.2. 3.

*Compaſſio habenda ad proximum.*

AVris audiens beatificauit me,& oculus videns teſtimonium reddebat mihi,eo quod liberaſſem pauperem vociferantem,& pupillum,cui non erat adiutor,benedictio perituri ſuper me veniebat,& cor viduæ conſolatus ſum. Iob.29.11.
Omnia quæcunque vultis bona, vt faciāt vobis homines & vos facite illis.Hæc eſt enim lex & prophetæ. Matt.7.12
Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Rom.12.15.

*Non ſolum iuſtis in afflictione compatiendum eſt,ſed etiam peccatoribus & iniuſtis.*

PRopter deſtructionem Babylonis repleti ſunt lumbi mei dolore ſicut anguſtia parturientis. Eſa.21.3.
Recedite à me dicebat Eſaias, videns ſpiritualē calamitatem ſuperuenientē in populo ſuo,) amare flebo,nolite incumbere,vt cōſolemini me,ſuper vaſtitate filiæ populi mei. 22.4.
Triſtitia eſt mihi magna (dicebat Paulus compatiēs fratribus & cognatis ſuis peuntib⁹,)& cōtinu⁹ dolor cordi meo. Rom. 9.2.
Optabā enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis,qui ſunt cognati ſecundū carnē,qui ſunt Iſraelitæ Rom.9.3.

quorum

quorum adoptio eſt, & gloria.
2. Cor. 11. 8. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandaliza[tur]
29. & ego non vror?
Gal. 4. 19. Filioli mei, quos iterum parturio, iudicium ſine miſe-
Iacob. 2. 13. cordia fiet ei, qui non facit miſericordiam.
Cap. 3. 6. Omnis qui in eo manet non peccat, & omnis qui pecc[at]
non vidit eum nec cognouit eum.

### *Compunctio gaudio penſatur.*

RIſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus oc[cu-]
Prou. 14. 14. pat. Amen dico vobis: Quia plorabitis & flebitis vo[s]
Ioan. 16. 20. mundus autem gaudebit.
Ibidem. 2. Vos triſtes eritis, ſed triſtitia veſtra in lętitiã conuerte[tur]
1. Cor. 7. 30. Qui flent tanquam non flentes, ſint, & qui gaudent t[an-]
quam non gaudentes.
Iacob. 4. 9. Miſeri eſtote, lugete & plorate, riſus veſter in luctum
uertetur, & gaudium in mœrorem.

### *Concionatorum & Paſtorum officium, Vide Epiſcoporum electio & officium.*

1. Reg. 12. 23. ABſit autem à me hoc peccatum in Domino vt ceſſe[m]
orare pro vobis & docebo vos viam bonam & rect[am].
Eſa. 58. 1 Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuã, & annu[ncia]
populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eo[rum].
Cap. 61. 1. Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me Dñs,
annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer cõtritis c[or-]
de & prædicarẽ captiuis indulgentiã, & clauſis apertione[m].
Ezech. 3. 1. Et dixit ad me, fili hominis quodcũque inueneris com[e-]
des Comede volumẽ iſtud, & vadẽs loquere ad filios Iſr[ael].
Cap. 33. 2. Fili hominis loquere ad filios populi tui & dices ad e[os]
Terra cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit popu[lus]
terræ virũ vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſ[u-]
per ſe ſpeculatorem. *Vide epiſcoporum munus.*

### *Concordia fratrum commendatur.*

ECce quam bonum & quam iucundũ habitare fratres i[n vnum].
Pſal. 132. 1. Concordia fratrum & amor proximorum & vir & m[u-]
Eccleſ. 25. 2. lier bene ſibi conſentientes, probata ſunt coram Deo.
Idipſum inuicem ſentientes, non alta ſapientes, ſed hu[mi-]
Rom. 12. 16. libus conſentientes.



### *Idem ſapere idemque ſentire iubemur.*

VNanimes vno ore honorificeris Deum & patrem Do- Cap. 15. 6.
mini noſtri Ieſu Chriſti.
Obſecro aũt vos per nomẽ Dñi noſtri Ieſu Chriſti 1. Cor. 1. 10.
idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis
autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia.
Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem chari- Philip. 2. 2.
tatem habentes, vnanimes idipſum ſentientes.
Imitatores mei eſtote fratres & obſeruate eos, qui ita am- Cap. 3. 17.
bulant, ſicut habetis formam noſtram.
In fide autem omnes vnanimes compatientes, fraternita- 1. Pet. 3. 8.
tis amatores, miſericordes, modeſti, humiles.

### *Concupiſcentia prohibetur & punitur.*

NOn concupiſces domum proximi tui nec deſiderabis Exo. 20. 17.
vxorẽ eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non
aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.
Adhuc carnes erant in dentibus eorum, & ecce furor Do- Num. 11. 33
mini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna ni-
mis. Vocatuſque eſt ille locus: Sepulchra concupiſcentiæ, ibi
enim ſepelierũt populum qui deſiderauerat (ſcilicet Carnẽ)
Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando Eccle. 42. 11.
faciat te venire in opprobriũ inimicis, à detractione in ciui-
tate, & abiectiõe plebis & cõfundat te ĩ multitudine populi.
Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem Iob. 31. 1.
de virgine.
Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne ca- Prou. 6. 25.
piaris nutibus eius, precium enim ſcorti, vix eſt vnus panis.
Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis, ego Mat. 5
autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad con-
cupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.
Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur, hj ſunt qui verbum Mar. 4. 18.
audiunt, & ærumnę ſæculi, & deceptio diuitiarum, & circa
reliqua concupiſcentiæ introeuntes, ſuffocant verbum, & ſi-
ne fructu efficitur.
Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt Rom. 6. 12.
obediatis concupiſcentiis veſtris & Cap. 13. 14.
Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Gal. 5. 16.
Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, Colloſ. 3. 5
fornicationem, immunditiam, libidinem concupiſcentiam
malam, & auaritiam quæ eſt idolorum ſeruitus.

1.Theſſ.4.3. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſti neatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum po ſidere in ſanctificatione et honore.

2.Tim.2.22 Iuuenilia aũt deſideria fuge, ſectare verò iuſtitiam, fide charitatem, et pacem, cum iis qui inuocant Dominum corde puro.

1.Pet.2.11. Chariſſimi obſecro vos tanq̃ aduenas et peregrinos a ſtinere vos à carnalib. deſideriis, q̃ militãt aduerſ⁹ animã &

1.Ioan.2.15. Si quis diligit mundum nõ eſt charitas Patris in eo, quo niã omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, v concupiſcentia oculorum, aũt ſuperbia vitę, quę non eſt e Patre, ſed ex mũdo, et mundus tranſit et cõcupiſcencia eius

Iac.4.1. Vnde bella et lites in vobis? nonne hinc, ex concupiſcen tiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? concupiſcitis et non habetis, occiditis et zelatis et non poteſtis adipiſ ci, litigatis et belligeratis, petitis et non accipitis, eo quod male petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

*Concupiſcentia mala peccatum operatur.*

Gen.8.21. SEnſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

Roma.7.18. Scio.n.q̃a nõ habitat in me, hoc eſt in carne mea, bo nũ. Nã velle adiacet mihi perficere aũt bonũ, nõ inuenio. Nõ enim quod volo bonũ, hoc facio: ſed quod nolo malũ, hoc ago. Si aũt, quod nolo, illud facio, iã nõ ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio legẽ, volenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autem alia legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.

Iacob.1.13. Nemo cùm tentatur, dicat, quoniã à Deo tentatur: Deus enim intentator malorũ eſt. Ipſe autem neminẽ tentat. Vnuſ quiſque verò tentatur à cõcupiſcẽtiã ſua abſtractus & illectus. Deinde cõcupiſcẽtia cũ conceperit, parit peccatũ: peccatum verò, cum conſummatum fuerit, generat mortem.

*Cõcupiſcẽtias carnis refrenare & mortificare iubemur*

Geneſ.4.7. Nonne ſi bene egeris, recipies, ſin autẽ malè, ſtatim in fo ribus peccatum tuum aderit? Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi.

Eccleſ.11.10. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt.



Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiã cordis tui. Eccleſ.5.3.

Virginẽ ne cõſpicias, ne fortè ſcãdalizeris in decore illi⁹. Ibid.9.5.

Auerte faciem à muliere compta, & ne circunſpicias ſpe- Ibid.8.
ciem alienam.

Propter ſpeciem mulieris, multi perierunt: & ex hoc con- Ibid.11.
cupiſcentia, quaſi ignis exardeſcit.

Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & ne concupiſcas mu Ibid.25.28.
lierem à ſpecie.

Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua Eccleſ.18.30
auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.

Aufer à me vanas concupiſcentias, & concubitus concu- 23.6.
piſcentiæ ne apprehendant me.

Si oculus tuus ſimplex fuerit, totũ corpus lucidum erit. Math.6.22

Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt Rom.6.12.
obediatis concupiſcentiis veſtris.

Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Cap.8.8.

Dico aũt, Spiritu ambulate, & deſideria carnis nõ perficietis Gal.5.16.

Deponite vos ſecundũ priſtinam conuerſationem, veterẽ Ephe.4.22.
hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris.

Fornicatio autem, & omnis immunditia aut auaritia nec Cap.5.3.
nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.

Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, Colloſ.3.5.
fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam &c.

Erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſæcularia de- Titum.2.12
ſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus, in hoc ſæculo.

Deponentes igitur omnem malitiã & omnem dolum, & 1.Pet.2.1.
ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes.

*Condonandum fratri in nos peccanti.*

MEmorare timorem Dei & non iraſcaris proximo. Eccleſ.28.8.

Ego autem dico vobis quia omnis qui iraſcitur Math.5.22.
fratri ſuo reus erit iudicio.

Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet Cap.6.14.
vobis pater veſter cœleſtis peccata veſtra.

Dixit illi Ieſus non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſe- Cap.18.22.
ptuagies ſepties. 35. Sic et pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris:

Attẽdite vobis, ſi peccauerit, in te frater tu⁹, ĩcrepa illũ & ſi Lucæ.17.3.

 pœniten-

pœnitentiam egerit, dimitte illi

*Ephe.4. 32.* Eſtote benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

## *Confeſſio peccatorũ in ſcripturis varia & multiplex.*

*Gen. 41.9.* TVnc demum reminiſceris pincernarum magiſter ait: Confiteor peccatum meum.

*Leuit.16.20* Poſtquam mundauerat ſanctuarium & altare, tunc offeret hircum viuentem, & poſita vtraque manu ſuper caput eius confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa peccata, atque peccata eorum quæ imprecans capiti eius emittet illum per hominem paratum, in deſertum.

*Cap.26. 40.* Donec cõfiteãtur iniqtates ſuas & malorũ ſuorũ recordentur, q b. prçuaricati ſũt ĩ me, & ambulauerũt ex aduerſo mihi.

*2.Reg.24.17* Dixitque Dauid ad Dominum cum vidiſſet angelum cædentem populum: Ego ſum qui peccaui, ego iniquè egi, iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Idem 1. Para.21.17.

*2.Eeſd. 9.3.* Et conſurrexerunt ad ſtandum, & legerunt in volumine Dei ſui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum ſuum.

*Pſal.31.5.* Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

*Pſal. 53.8.* Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo quoniam bonum eſt.

*Num. 5.6.* Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quę ſolẽt hominib. accidere & per negligẽtiã trãſgreſſi fuerint mandatũ Domini, atque dereliquerint, cõfitebũtur peccatũ ſuum.

*Pſal. 141.4.* Non declines cor tuum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.

*Eccleſ.4.31* Non confundaris confiteri peccata tua, & non ſubiicias te omni homini pro peccato.

*43.26.* Narra ſi quid habes vt iuſtificeris.

*Prou. 28.13.* Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit, ea miſericordiam conſequetur.

*Math.18.18.* Amen amen dico vobis quęcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælis.

*Marc.1.5.* Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hyeroſolymitę vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua.

*Luc.15.18,* Surgam & ibo ad patre meũ & dicam ei: Pater peccaui in cælum



cælum & coram te, non ſum dignus vocari filius tuus.

In veteri lege figuraliter inſtituebatᷣ ab ipſo Deo. Deu.17. quando leproſos (per quos myſtice intelliguntur peccatores qui ſpirituali lepra) .i. peccato infecti & immundi ſunt) voluit manifeſtandos ſacerdotibus, vt ipſi iudicarẽt inter lepram & inter nõ leprã &c. Id quod & Chriſtus duxit obſeruandum quoniã dixit eis quos à lepra mundaturus erat inquiens.

Ite & oſtendite vos ſacerdotibus. *Luc. 17.14.*

Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini, multum enim valet oratio iuſti aſſidua. *Iaco.5.16.*

Multique credentiũ veniebant confitenres & annuntiantes actus ſuos. *Act. 19.18*

Si cõfiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtꝰ Deꝰ vt remittat nobis peccata noſtra, & emũdet nos ab oĩ iniquitate. *1.Ioan. 1.9.*

## *Confeſſio peccatorum & in nouo teſtamento confirmatur*

AMen dico vobis, quęcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cælo & quęcũq; ſolueritis ſuper terrã erũt ſoluta & in cælo Matth.8.4. vade oſtende te ſacerdoti. *Math.18.18.*

Et egrediebatur ad eũ omnis Iudęæ regio, & Ieroſolymitę vniuerſi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata ſua etc. *Mar.1.5.*

Surgam et ibo ad patrem meum, et dicam ei: pater peccaui in cælum et coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis. *Luc.15.18.*

Multique credentium veniebant confitentes et annunciãtes actus ſuos. *Act.19.18.*

Cõfitemini ergo alterutrũ peccata veſtra, & orate ꝓ inuicẽ *Iacob.5.16.*

## *Confeſſio peccatorum in oratione*

EXpandi manus meas ad Dominũ Deũ meũ, et dixi: Deus meꝰ cõfundor et erubeſco leuare faciẽ meã ad te quoniã iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput meum. *1. Eſd. 9. 6*

Et ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab omni filio alienigena, et ſteterunt et confitebantur peccata ſua et iniquitates patrum ſuorum. *2. Eſd. 9. 2*

Delictũ meũ cognitũ tibi feci, et iniuſtitiã meã nõ abſcõdi; *Pſal.31.5.*

Peccauimus, iniquitatem fecimus, et receſſimus, et declinauimus à mandatis tuis. *Dan.9.5.*

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. *Luc.11.4.*

Cap.18.13. Publicanus à longe ſtans,nolebat nec oculos ad cœlum leuare,ſed percutiebat pectus ſuum dicens : Deus propitius eſt mihi peccatori.

### Confidentia in Deum.

Pſalm. 10.1. IN domino confido.

56.2. In te confidit anima mea.

117. Bonū eſt cōfidere in domino,quā cōfidere in homine.

124.1. Qui confidūt in domino ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum,qui habitat in Hieruſalem.

Sap.3.9. Qui confidunt in Domino,intelligent veritatem:& fideles in dilectione acquieſcent illi.

Eccl.2.3. 28. Qui confidit in Domino,non minorabitur.

Prou.3.5. Habe fiduciam in Domino Deo tuo. (piorum

Ibid.1.25. Ne paueas repētino timore,& irruētes tibi potētias im-

Ibid.26. Dñs erit in latere tuo,& cuſtodiet pedē tuū ne capiaris.

Mar.6.8. Confidite quia ego ſum.

Ioan. 16. 31. Confidite,ego vici mundum.

Rom.8.3. Si Deus pro nobis,quis contra nos?

### Confidentia vana & ſtulta.

Ierem.17.5. MAledictus homo,qui confidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum & à Domino recedit cor eius.

Prou.12.2. Qui confidit in cogitationibus ſuis,impiè agit.

14.16. Sapiēs timet,& declinat à malo:ſtultus trāſilit & cōfidit.

28.26. Qui confidit in corde ſuo,ſtultus eſt.

Amos 6.1. Væ,q̄ opulēti eſtis in Syon,& cōfiditis in mōte Samariæ optimates,capita ppłorū,ingrediētes pōpaticè domū Iſrael.

Eſa.42.17. Qui confidunt in ſculptili,confundantur confuſione.

Eſa.59.4. Non eſt qui inuocet iuſtitiā, neque eſt qui iudicet verè: ſed cōfidunt in nihili & loquuntur vanitates: conceperunt laborem,& pepererunt iniquitatem.

Ierem.7.8. Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacij, qui non proderunt vobis.

### Confiteri Chriſtum & eius verbum,vide, Erubeſcere euangelium.

Matth.10.32 OMnis ergo qui confitebitur me coram hominib.confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt.

Luca.12.8. Dico autem vobis,Omnis quicunque confeſſus me fuerit coram hominibus,& filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei:Qui autem negauerit me coram hominibus,negabitur coram angelis Dei.

Confirma-



### Confirmationis modus & fructus.

TVnc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Matth.19.13

Et offerebant illi paruulos,vt tangeret illos. Marc.10.16.

Et cum cepiſſet eos in vlnas,impoſitis manibus ſuper illos benedixit eis.

Manus citò nemini impoſueris. 1.Tim.5.22.

Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum,& orantes impoſuerunt eis manus. Actuum.6.6

Ioſue verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moſes poſuit ſuper eum manus ſuas. Deut.34.9.

Admoneo te,vt reſuſcites gratiam Dei,quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. 2.Tim.1.6.

Tunc imponebant manus ſuper illos,& accipiebant ſpiritum ſanctum. Actuū 8.17

Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus,venit Spiritus ſanctus ſuper eos,& loquebantur linguis,& prophetabant. 19.6.

### Confirmationis ſacramentum.

TVnc imponebant manus ſuper illos & accipiebant Spiritum ſanctum Heb.6.2. Act.8.17.

### Coniuratio & ſeditio eiuſque punitio.

ECce Dathan & Abyron ſeditionē mouēt, hoſq; viuos terra abſorbet,illum verò cum ſociis deuorat ignis ſed & alios 14700.murmurantes conſumpſit incendium. Num.16.

Cumque indigeret aqua populus,conuenerunt aduerſum Moyſen & Aaron,& verſi in ſeditionem dixerunt: vtinam periiſſemus inter fratres noſtros coram Domino &c. Cap.20.2.

Miſitque Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichen,qui ceperunt eum deteſtari &c. Iudic.9.23.

Ephratæi aduerſus Iepthe inſurgentes ad vada Iordanis occiduntur &c. Cap.12.

Ioab cum fratre Abiſai perſequens Sibam filium Bocri mouentem contra Dauid ſeditionem in Iſrael, Amaſiam in ia occidit,tandémque ab obſidions Abelæ miſſo Sibæ per murum capite,deſcēdit. 2.Reg.20.

Ego igit̃,tēpore quo Mardochęus ad regis ianuā morabat̃ irati ſunt Bagatā & Thares,duo Eunuchi regis, q ianitores erant, & in primo palatij limine præſidebant,volueruntque Eſter.2.21.

K 4 inſurgere

inſurgere in regem & occidere eum, quod Mardochæu
nõ latuit, ſtatimque nunciauit reginæ Heſter, & illa regi
nomine Mardochæi, qui ad ſe rem detulerat, quæſitum
& inuentum, & appenſus eſt vterque eorum in patibulo.

*Act.5.36.* Ante hos enim dies extitit Theodas: dicens ſe eſſe aliqu
cui cõſenſit numerus virorum circiter quadringentorum
occiſus eſt, & omnes qui credebant ei diſſipati ſunt, & red
cti ad nihilum. Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebu
profeſſionis & auertit populum poſt ſe, & ipſe periit, & om
nes quotquot conſenſerant ei diſperſi ſunt.

*Cap 23.12.* Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis & de
uouerunt ſe dicentes, neque mãducaturos neque bibitur
donec occiderent Paulum &c.

## *Confuſio ſalutaris.*

*Eccleſ.4.25.* EST enim confuſio adducens peccatum, & eſt confu
adducens gloriam & gratiam.

*Eſa.29.22.* Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus ei
erubeſcet, ſed cùm viderit filios ſuos opera manuum me
rum in medio ſui ſanctificantes nomen meum, & ſanctifica
bunt ſanctum Iacob Deum Iſrael prædicabunt, & ſcientes
rantes ſpiritu intellectum, & muſſitatores diſcent legem.

*Iere.6.15.* Quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcen
neſcierunt, quamobrem cadent inter ruentes.

*Ezec.36.32.* Recordabimini viarũ veſtrarũ peſſimarũ, ſtudiorumq; n
bonorũ, & diſplicebũt vobis iniqtates veſtre, & ſcelera veſtr

*Ibidem 32.* Cõfundimini, & erubeſcite ſuper via veſtra domus Iſrael

## *Pœnalis confuſio,*

*Eccle.41.21.* ERubeſcite à patre & à matre de fornicatione, & à præ
ſidente, & à potente de mendacio. A principe & à iudice
de delicto, à ſynagoga, & à plebe de iniquitate, à ſocio
& amico de iniuſtitia, & de loco in quo habitas, de furto, de
veritate Dei, & teſtamento.

*Ierem.2.26.* Quomodo confunditur fur, quando deprehẽditur: ſic con
fuſi ſunt domus Iſrael, & ipſi & terga eorum.

3.25. Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignomi
nia noſtra, quoniam Domino Deo noſtro peccauimus.

12.13. Cõfundemini à fructibus veſtris propter irã furoris Dñi

*Cap.13.17.* Domine omnes qui te dereliquunt, confundentur.

17.18. Confundantur omnes qui me perſequuntur & non con
fundar ego.





## *Connubium ſpirituale inter Deum & animam.*

### *Connubium vide Matrimonium.*

NOn vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur *Eſa.62.4.*
amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea, &
terra tua inhabitabitur, quia complacuit Domino in te
& terra tua inhabitabitur.

Vſquequo deliciis diſſolueris filia vaga? quia creauit Do- *Hiere.31.22.*
minus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum.

Multiplicatã quaſi germẽ agri dedi te, & multiplicata es, *Ezec.16.7.*
& grandis effecta es, & ingreſſa es, & perueniſti ad mundam
muliebrem, hubera tua intumuerũt, & pilus tuus germina-
uit & eras nuda, & cõfuſione plena, & trãſiui per te, & vidi te
& ecce tempus tuum tẽpus amãtiũ, & expandi amictũ meũ
ſuper te & operui ignominiã tuã, & iuraui tibi, & ingreſſus
ſum pactum tecum: ait Dominus Deus & facta es mihi.

Et ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus. *Oſee.2.20.*

Nũquid poſſunt filij ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt *Matth.9.15.*
ſponſus? Idem Mar.2.19.

Æmulor enim vos Dei æmulatione, deſpondi enim vos *2.Cor.11.2.*
uni virõ virginem caſtam exhibere Chriſto.

Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei quia ve- *Apoc.19.7.*
nerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe

Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hyeruſalem no- *Cap.21.2.*
uam deſcendentem de cælo, à Deo paratam ſicut ſponſam
ornatam viro ſuo &c.9.

## *Conſcientiæ bonæ tranquillitas.*

OMnes dies pauperis mali, ſecura mens quaſi iuge cõ- *Prou.15.15.*
uiuium.

Bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſcientia *Eccleſ.13.30*
& nequiſſima paupertas in ore impij.

Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fidu- *1.Ioan.3.21.*
ciam habemus ad Deum,

Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, *2.Cor.1.12*
quod in ſimplicitate Dei & ſinceritate, et non in ſapientia
carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo,
abundantius autem ad vos.

## *Conſcientiæ malæ perturbatio.*

FRequenter.n. præoccupant peſſima redarguente conſciẽ- *Sap.17.10.*
tia. 11. Cum enim ſit timida nequitia dat teſtimoniũ con
demnationis, ſemp enim præſumit ſæua perturbata cõſciẽtia.

## *Conſecratio ſacerdotum, dierum, altaris, veſtium, cæ- rorumque, quorum eſt vſus in ſacris.*

*Exod.*28.40. PORro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac ti- ras in gloriam & decorem, veſtieſque his omnibus Aa- fratrem tuum & filios eius cum eo.

*Cap.* 29.1. Sed ex hoc facies vt mihi in ſacerdotio conſecrentur oleũ vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu c- crabitur.21. Cumque tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper al- & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius, filio- veſtiméta eorũ.29. Veſtẽ autẽ ſanctã qua vtetur Aaron, ha- bebunt filij eius poſt eũ, vt vngantur in ea & conſecre- manus eorum 35. Omnia quę præcepi tibi facies ſuper Aa- ron & filiis eius, ſeptem diebus conſecrabis manus eoru-

*Cap.* 32. 29. Et ait Moyſes: conſecratis manus veſtras hodie Dño, vn- quiſque in filio & in fratre ſuo, vt detur vobis benedict-

*Cap.*40.9. Et aſſumpto vnctionis oleo, vnges tabernaculum cum fis ſuis, vt ſanctificetur: altare holocauſti, & omnia vaſa e- labrum cum baſi ſua, omnia vnctionis oleo conſecrabis, ſint ſancta ſanctorum.

*Leuit.* 7.30. Tenebit manibus adypem hoſtiæ & pectuſculum, cũ- ambo oblata Domino conſecrauerit, tradet ſacerdoti.

*Cap.*8. Aaronis & filiorum eius cõſecratio, ac tabernaculi ſu- lectiliſque eius vnctio declaratur.22. Obtulit & arietẽ ſec- in conſecrationẽ ſacerdotum, poſueruntque ſuper capu- ius Aaron & filij eius manus ſuas.31. Cúmque ſanctifica- eos in veſtitu ſuo percepit eis dicens, Coquite carnes a- fores tabernaculi, & ibi comedite eas, panes quoque co- ſecrationis edite, qui poſiti sũt in caniſtro ſicut præcepit m- hi Dominus dicens: Aaron & filij eius comedent eos.

14.6. Eego ſũ via,veritas,& vita,nemo venit ad patrẽ niſi p me.
*Ephe*.2.16. Q m̃ p ipſũ habem⁹ acceſſũ ãbo in vno ſpiritu ad patrẽ.
*Iacob*. 4. 8. Appropinquate Deo,& appropinquabit vobis.

## *Per tribulationem.*

*Pſalm*.82.17 IMple facies eorum ignominia,& quęrent te domine
*Eſa*.26. 16. Domine in anguſtia requiſierunt te,in tribulatione mur-
muris doctrina tua eis.
*Ierem*. 3. 1. Vulgo dicitur, Si dimiſerit vir vxorẽ ſuã? & recedẽs ab
eo duxerit virum alterum , nunquid reuertetur ad eam vl-
tra? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa?
Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis: tamẽ reuertere
ad me,dicit Dominus(& ego ſuſcipiã te.)Leua oculos tuos
in directum,& vide vbi nunc proſtrata ſis.
Conuertere Iſrael ad dominũ Deũ tuũ,quoniã corruiſti
*Oſee*.14.2. in iniquitate tua.Tollite vobiſcũ verba,& conuertimini ad
dominum,& dicite ei,Omnem aufer iniquitatem, & accipi
te bonum;& reddemus vitulos labiorum noſtrorum.
Et poſtquam omnia conſummaſſet,facta eſt fames vali-
*Luc*.15.14. da in illa regione,& ipſe cœpit egere.
In ſe aũt reuerſus dixit:Quãti mercenarij in domo patris
*Et infra*.17. mei abundant panibus & ego hic fame pereo. Surgam & i-
bo ad patrem meum.

## *Sit ex corde & cum effectu.*

1.*Reg*.7.3. SI in corde veſtro reuertimini ad dñm,auferte deos alie
nos de medio veſtri,& pparate corda veſtra,& ſeruite ei
*Eſa*.10.21. In veritate reliquiæ conuertentur. (ſoli.
31.6. Conuertimini ſicut in pfundum receſſeratis filij Iſrael.
*Ierem*.24.7. Reuertentur ad me in toto corde.
*Thren*.3.40. Quid murmurauit homo viuens,p peccatis ſuis?ſcrute-
mur vias noſtras,& quęramus,& reuertamur ad dñm.Leue
mus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cœlos.

Nunc



Nũc ergo,dicit domin⁹ cõuertimini ad me in toto corde *Ioel*.2.12.
tuo,in ieiunio,in fletu,& planctu.
Reuertimini à viis veſtris peſſimis. 4.*Reg*.17.13.
Couertantur mihi timentes te. *Pſal*.118.79.
Conuertere ad dominum,& relinque peccata tua. *Eccleſ*.17.21
Reuertere ad dñm , & auertere ab iniuſtitia tua & nimis *Ibid*. 23.
odito execrationẽ,& cognoſce iuſtitias & iudicia Dei.
Si reuerteris ad me Iſrael,Ait Dominus,ad me conuerte *Ie*.4.1.
ſi abſtuleris offẽdicula tua à facie mea,nõ cõmoueberis.
Conuertimini & recedite ab idolis veſtris, & ab vniuer- *Ezech*.14.6.
ſis contaminationibus veſtris.
Et tu qui ad Dominum Deum tuum conuerteris,miſeri- *Oſee*.12.6.
cordiam & iudicium cuſtodi,& ſpera in eo.

## *Fructus in occaſione mali.*

COnuertimini itaq; peccatòres,& facite iuſtitiã corã dño *Tob*.13. 8.
credentes quod faciat vobiſcum miſericordiam ſuam.
Quam magna miſericordia domini & propitiatio illius *Eccle*.17.29.
conuertentibus ad ſe.
Derelinquat impius viã ſuam,& vir iniquus cogitatio- *Eſa*.55.7.
nes ſuas,& reuertatur ad dominũ,& miſerebitur eius, & ad
Deum noſtrum,quoniam multus eſt ad ignoſcendum.
Si couerteris conuertam ad te,& ante faciẽ meam ſtabis *Iere*.15.19.
ſi paraueris pretioſum à vili quaſi os meum eris.
Noli ſubtrahere verbũ ſi fortè audiant, & cõuertatur v- 26.3.
nuſquiſque à via ſua mala & pœniteat me mali, quod co-
gitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum.
Cõuertimini & agite pœnitẽtiã ab omnib.iniquitatib.ve *Ezec*.18.30.
ſtris & nõ erit vobis in ruinã iniqtas. Proiicite à vobis oẽs
iniqtates veſtras in qb.pręuaricati eſtis, & facite vobis cor
nouũ,et ſpiritũ nouũ.Et quare moriemini domus Iſrael?qa
nolo mortẽ morientis:dicit Dñs De⁹,reuertimini et viuite.
Viuo ego dicit Dñs,nolo mortem impij,ſed vt cõuerta- 33.11.
tur à via ſua,et viuat.Cõuertimini à viis veſtris peſſimis.Et
quare moriemini?dom⁹ Iſrael iuſtitia iuſti nõ liberabit eũ
in quacunque die peccauerit, et impietas impij non noce-
bit ei,in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.

## *Conſecutione boni.*

SI reuerſus fueris ad omnipotẽtẽ,ædificaberis,et longè *Iob*.22.23.
facies iniquitatẽ à tabernaculo tuo.Dabit pro terra ſili
cẽ & p ſilice torrẽtes aureas,eritq; omnipotẽs cõtra ho

M 2 ſtes

ſtes tuos. Tūc ſuper omnipotētē delitiis afflues,& eleuabis
ad Deū faciē tuā. Rogabis eū & exaudiet te & vota tua red
des Decernes rē & veniet tibi,& in viis tuis ſplēdebit lum
*Eccl.*17. 21. Conuertere ad dominum,& relinque peccata tua, Præca
re ante faciem domini,& minue offendicula. Reuertere ad
domiunm & auertere ab iniuſtitia tua.
*Eſa.*30.15. Si reuertemini & quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio & ſpe
erit fortitudo veſtra.
45.22. Conuertimini ad me,& ſalui eritis omn es fines terræ.
55.3. Inclinate aurem veſtram,& venite ad me, audite & viuet
anima veſtra,& feriam vobiſcum pactum ſempiternū, miſe
ricordias Dauid fideles.
*Iere.*3.14. Cōuertimini filij reuertentes,& ſanabo auerſiones veſtras.
Ecce nō venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noſter.
25.5. Reuertimini vnuſquiſq; à via ſua mala,& peſſimis cogita
tionibus veſtris,& habitabitis in terra, quā dedit dñs vobis
& patribus veſt*ris* à ſeculo & vſque in ſeculum.

## *Tempus Conuerſionis.*

*Iob.* 10. 20. NVnquid nō paucitas dierum meorum finietur breui?
Dimitte ergo me vt plangā paululum dolorem meum
antequam vadam,& nō reuertar ad terram tenebro
ſam,& opertam mortis caligine.
*Eccleſ.*8.3. Ne feſtines recedere à facie eius, neque permaneas in o
pere malo.
12.1. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ ante
quam veniat tempus afflictionis tuæ.
*Eccleſ.*5.11. Non tardes conuerti ad dominum,& ne differas de die
ī diē. Subito n. veniet ira illi',& in tēpore vīdictę, diſperdet
*Ionæ.*3.8. Cōuertatur vir à via ſua mala,& ab iniquitate, quę eſt in
manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus
& reuertatur à furore iræ ſuæ & non peribimus.
*Act.* 3. 19. Pœnitemini igit̃ & cōuertimini, vt deleāt̃ peccata veſtra.
*Heb.*4 16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratię eius, vt
miſericordiam conſequamur,& gratiam inueniamus in au
xilio opportuno.

## *Conuerſio per ingreſſum religionis.*

*Gen.*1. 6. FIat firmamentum in medio aquarum.
7.15. Vniuerſę aues ingreſſæ ſunt ad Noe in arcam.
12.1. Egredere đ terra,& de cognatiōe tua & de domo patris
tui & veni in terram, quam monſtrauero tibi.

Surgite



Surgite egredimini de loco iſto, quia delebit dominus
ciuitatem iſtam,& viſus eſt eis quaſi ludens loqui. 19.14.
Ne ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te
fac, ne & tu ſimul pereas. *Ibid.*17.
Aſcendit Loth de Segor,& manſit in monte. *Ibid.*30.
Vade in terram viſionis, atq; ibi offeres eum in holocau
ſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. 22.2.
Serui cum aſino in valle remanent, ſed filius aſcendit.
Appellauit nomen loci illius, Dominus videt. *Ibid.*5.
Vnde vſque hodie dicitur, in monte, Dominus videbit.
Iacob vir ſimplex habitabat in tabernaculis. *Cap.*25.27.
Verè Dominus eſt in loco iſto & ego neſciebam. 28.16.
Non eſt hic aliud niſi domus Dei,& porta cæli. *Ibid.*17.
Iuſtum eſt, vt aliquando prouideam domui meæ. *Cap.*30. 30.
Caſtra Dei ſunt hæc. 32.2.
Apud Laban (mundum) peregrinatus ſum,& fui vſque in *Ibid.*4.
præſentem diem, mitto nunc legationem ad Dominū meū
vt, inueniam gratiam in conſpectu tuo.
Surge Iacob & aſcende Bethel, & habita ibi. *Cap.*35.1.
Mundamini.& mutate veſtimenta veſtra aſcendamus in *Ibid.*2.
Bethel vt faciamu s ibi altare Dño qui exaudit me in die
tribulationis meæ,& ſocius fuit itineris mei.
Eductum de carcere Ioſeph, totonderunt, & veſte natu- 41.14.
ta obtulerunt Pharaoni (Chriſto.)
Eduxi eos de terra Aegypti, vt manerem inter illos. *Exod.*29.46
Vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis. *Leuit.*26.10
Proficiſcimur ad locum, quem Dominus Deus daturus *Num.*10.12.
eſt nobis: veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi, quia Domi
nus bona promiſit Iſraeli.
Cúmque nobiſcum veneris quod optimum fuerit ex o- *Ibid.*32.
pibus, quas nobis, daturus eſt Dominus dabimus tibi,
Aſcende in montem iſtum Abarim (id eſt tranſituum.) 27.12.
Cū videris eam, ibis & tu ad populum tuum ſicut iuit fra 13.
ter tuus Aaron.
Lætare Zabulon in exitu tuo (de mundo) & Iſachar in ta *Deut.*33.18.
bernaculis tuis, populos ad mōtē vocabunt, ibi immolabūt
victimas iuſtitię. Qui inundationem maris quaſi lac ſugent
Morabatur Dauid in deſerto, in locis firmiſſimis. 1.Reg.23. 14
Et ait Dauid: veni mecū, vt requieſcas ſecurus in Ieruſalē 2.Reg.19.33
Habitauit in locis tutiſſimis Engaddi. 1.*Reg.* 24.1
Aedifica tibi domū in Ieruſalem,& habita ibi,& nō egre 3.Reg. 2. 36

 dieris

dieris inde huc atque illuc. Quacunque autem die egre-
fueris,& tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficien-
dum, ſanguis tuus erit ſuper caput tuum.
*4.Reg.2.3.* Dominus miſit me vſque in Bethel.
*1.Para.16.35* Congrega nos & erue de gentibus.
*1.Eſd. 4.2.* Ædificemus vobiſcũ, quia ita vt vos quęrimus Dom
*Neæ.11.* Decima pars populi eligitur, vt habitet in Ieruſalẽ ci
*Iudic.5.2.* Qui ſpõte obtuliſtis animas veſtras ad periculũ, benedic
*Iob.2.4.* Pellẽ ꝓ pelle,& cũcta quæ habet homo, dabit ꝓ aĩa ſ
*Pſal.44.11.* Obliuiſcere populum tuum,& domum patris tui.
*83.11.* Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei.
*132.1.* Ecce quã bonũ & quam iucũdũ habitare fratres in vn
*Sap.11.2.* Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitabantur,& in lo-
cis deſertis fecerunt caſas. (gaudium dab
*Eccleſ.1.18.* Religioſitas cuſtodiet & iuſtificabit cor: iucũditatẽ atq;
*Eſa.2.3.* Venite aſcẽdamus ad mõtẽ Dñi,& ad domũ Dei Iacob
*11.6.* Habitabit lupus cũ agno,& pardus cũ hœdo accubabit
*Cap.41.19.* Dabo in ſolitudine cedrũ & ſpinã,& myrtũ,& lignũ oliuę
*51.3.* Ponet deſertum Syon quaſi delitias,& ſolitudinem quaſi
hortum Domini: gaudium & lætitia inuenietur in ea, gra-
tiarum actio,& vox laudis.
*Iere.8.14.* Quare ſedemus? cõuenite,& ingrediamur ciuitatẽ muni-
& ſileamus ibi: q̃a Dñs Deus noſter ſilere nos facit. (tum
*Cap.35.11.* Venite & ingrediamur Ieruſalẽ à facie exercitus Chaldæo
*48.6.* Fugite & ſaluate aĩas veſtras,& eritis quaſi myricę ĩ deſerto
*51.6.* Fugite de medio Babylonis, vt ſaluet vnuſquiſq; animã ſuã
*Ezec.20.41.* In odorẽ ſuauitatis ſuſcipiã vos, cũ eduxero vos de populis
*Oſee.2.14.* Ecce ego lactabo eam,& educam eam in ſolitudinem,&
ibi loquar ad cor eius.
*Cap.11.1.* Ex Ægypto vocaui filium meum.
*Ibidem.11.* Auolabunt quaſi auis ex Ægypto, & quaſi columba de
terra Aſſyriorũ.
*Ioel 2.32.* In monte Sion & Ieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Do-
minus & in reſiduis, quos Dominus vocauerit. (eſt
*Zach.8.23.* Ibimus vobiſcũ, audiuimus enim quoniã Deus vobiſcũ
*1.Mac.2.27.* Omnis q̃ zelũ habet legis, ſtatuẽs teſtamẽtũ exeat poſt me
*Ibidem. 28.* Fugit Mathathias & filij eius in montes, & reliquerunt
quæcunque habebant in ciuitate.
*Ibidem.43.* Omnis voluntarius in lege,& omnes qui fugiebant à ma-
lis additi ſunt ad eos,& facti ſunt illis ad firmamentum.
*Ibidem. 50.* Filij æmulatores eſtote legis,& date animas veſtras pro
teſtamento



teſtamento patrum.
Seceſſerat Iudas in locum deſertum, ibique inter feras vi- *2.Mac.5.27.*
tam in montibus cum ſuis agebat,& fœni cibo veſcentes
demorabantur, ne participes eſſent coinquinationis.
Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium: veni *Matt.10.34.*
enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum.
Tollite iugum meum ſuper vos: iugum enim meum ſua- *11.29.*
ue eſt,& onus meum leue.
Simile eſt regnum cœlorũ theſauro abſcondito in agro: *13.44.*
quem qui inuenit homo abſcondit,& præ gaudio illius va-
dit,& vendit vniuerſa, quæ habet,& emit agrum illum.
Vade poſt me Satana (qui impedis) ſcandalum mihi es: *16.23.*
quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.
Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. *Ibid.24.*
Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum *Matt.18.20.*
in medio eorum.
Sinite paruulos venire ad me,& nolite prohibere eos (quã- *19.14.*
to magis adultos?) ad me venire.
Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & *Ibid.21.*
da pauperibus,& veni, ſequere me.
Amẽ amẽ dico vobis, ꝙ vos q̃ ſecuti eſtis me, in regene- *Ibidem 28.*
ratione cũ venerit fili' hoĩs in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis
& vos ſup ſedes duodecim, iudicãtes duodecim trib. Iſrael.
Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſorores, aut *Ibde 29*
patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, pro-
pter nomen meum, centuplum accipiet,& vitam æternam
poſſidebit. (Marcus addit) nunc (in tempore hoc.)
Abiit Ieſus foras extra ciuitatem in Bethaniam,) domũ *Matth.21.17*
obedientiæ) ibique manſit.
Venite ſeorſum in deſertũ locum,& requieſcite puſillũ. *Mar.6.31.*
Relictis omnibus ſecuti ſunt eum. *Luc.5.11.*
Aſcendit in vnam nauim, quæ erat Simonis (obedientis: *Ibidem.3.*
hæc eſt religio vbi Dominus eſt.)
Dixit Leui: Sequere me,& omnibus relictis ſurgens ſecu- *5.27.*
tus eſt eum (ſic & tu.)
Aſſumptis diſcipulis, ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum *9.10.*
qui eſt Bethſaide, (domus frugum.
Quid quæritis viuentem cum mortuis (peccatoribus.) *24.5.*
Audierunt Ioannem loquentem duo diſcipuli, & ſecuti *Ioan.1.37.*
ſunt Ieſum (ecce quàm facile.
Dñe, hic aũt quid? Dicit ei Ieſus: Quid ad te? tu me ſequere *21.21.*

M 4 Moiſes

Heb.11.24. Moſes fide grãdis, magis eligens affligi cum populo Dei quàm temporalis peccati habere iucunditatem, negauit ſe eſſe filium Pharaonis: aſpiciebat enim in remunerationem.

13.13. Exeamus ad eũ extra caſtra impropriũ ejus portãtes, non enim habemus hic manẽtẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirimus.

Act.19.6. Surge & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere.

*Cor ſeu voluntas hominis à Deo pro facto reputatur.*

Geneſ.22.11. ET ecce angelus Dñi de cœlo clamauit dicẽs: Abraham Abrahã Qui reſpõdit adſum, dixit ei, nõ extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam, nunc cognoui quod timeas Dominum, & non peperciſti vnigenito filio tuo propter me.

Math.15.8. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ lõgé eſt (à me.

Marc.12.43. Et conuocans diſcipulos ſuos ait illis: Amen dicò vobis quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophilatium, omnes enim ex eo quod abundabat illis, miſerunt, hæc verò de pecunia ſua, omnia quæ habuit miſit totum victum ſuum.

2.Cor.8.12. Si enim voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet accepta eſt, non ſecundum id quod non habet.

*Cor mundatur & ſanctificatur per Chriſtum.*

Pſal.50.4. AMplius laua me ab iniquitate mea & à peccato meo munda me.

Ioan.13.10. Dicit ei Ieſus, qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet ſed eſt mundus totus, & vos mundi eſtis, ſed non omn.

Cap.15.3. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis, manete in me & ego in vobis.

Act.15.8. Et qui nouit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos fide purificans corda eorum.

1.Cor.6.11. Et hæc quidem fuiſtis ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis ſed iuſtificati eſtis, in noĩe Ieſu Chriſti in ſpiritu Dei noſtri

1.Pet.1.7. Si autem in luce ambulamus ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicem, & ſanguis Ieſu Chriſti, filij eius emundat nos ab omni peccato.

Hebr.9.14. Si enim ſanguis Hircorum & taurorum & cinis vitulæ, aſperſus, inquinatos ſanctificat, ad emundationem carnis quanto magis ſanguis Chriſti qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo emũdauit cõſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti.

Cor



*Cor & voluntas noſtra conformanda voluntati diuinæ. Vide abnegatio.*

ESto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro & ciuitate 2.Reg.10.12.
Dei noſtri: Deus aũt faciet ꝙ bonũ eſt in cõſpectu ſuo.

Si autem dixerit mihi non places, præſto ſum, faciat quod Cap.15.26.
bonum eſt coram ſe.

Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat. (ra. 1.Mac.3.60.

Aduenıat regnũ tuũ, fiat volũtas tua ſicut in cælo & in ter Math.6.10.

Et egreſſus puſillum procidit in faciem ſuam orans & di- Cap.26.39.
cens Pater mi, ſi poſſibile eſt transfer iſtum calicem, à me:
Veruntamen non mea ſed tua voluntas fiat.

Et cum ei ſuadere non poſſemus quieuimus dicẽtes, Do Act.21.14.
mini voluntas fiat.

Veniam ad vos cito ſi Dominus voluerit, & cognoſcam 1.Cor.4.19.
non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem.

Quæ eſt enim vita noſtra? Vapor eſt ad modicum patẽs, Iaco.4.14.
& deinceps exterminabitur, pro eo vt dicatis, ſi Dominus
voluerit, aut ſi vixerimus faciemus hoc aut illud.

*Cor bonum ordinetur bene erga Deum.*

IVſtificationẽ meam quam cœpi, tenere non deſeram ne- Iob.27.6.
que enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit Pſalm.7.11.
rectos corde.

Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte. 16.3.

Paratum cor meum Deus. 56.8.

Quàm bonus Iſrael Deus, his qui recto ſunt corde. 72.1.

Paratum cor meum Deus paratum. 107.2.

Sicut diuiſiones aquarum: ſic cor regis in manu Domi- Prou.21.1.
ni, quocunque voluerit inclinabit illud.

Appendit autem corda Dominus. Ibid. 2.

Præbe fili mi cor tuum mihi. 23.26.

Ne acceſſeris ad illum duplici corde. Eccleſ.1.36.

Qui timent dominum præparabant corde ſua. 2.20.

Sapiens cor, & intelligibile, abſtinebit ſe à peccatis. 3.72.

Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vni- Ierem.33.39.
uerſis diebus & bene ſit eis, & filiis eorum poſt eos.

Et dabo vobis cor vnũ & ſpiritũ nouũ tribuã in viſcerib. Ezec.11.19.
eorũ. Et auferã cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis cor
carneũ, vt in præceptis meis ambulẽt & iudicia mea cuſto
diãt, faciãtque ea & ſint mihi in populũ, & ſim eis in Deum.

Et auferã cor lapideũ de carne veſtra. Et dabo vobis cor 36.26.

 carneum

carneũ & Spiritũ meũ ponã in medio veſtri. Et faciã vt i p-
ceptis meis ãbuleris, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini
2. Theſſ. 3. 4. Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei &
patientia Chriſti.

### *Erga ſeipſum.*

Pro. 4. 23. OMni cuſtodia ſerua cor tuũ, quia ex ipſo vita procedit.
16. 9. Cor hominis diſponit viam ſuam: ſed Domini eſt di-
rigere greſſus.
17. 3. Sicut igne probatur argentum & aurum in camino, ita
corda probat Dominus.
Ecclеſ. 10. 2. Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtris illi'.
Ierm. 4. 14. Laua à malitia cor tuum.

### *Erga proximum.*

Eccleſ. 1. 37. NE fueris hypocrita in conſpectu Domini, & nõ ſcandali-
zeris in labiis tuis. Attende in illis, ne fortè cadas & ad-
ducas animæ tuæ inhonorationem: & reuelet Deus ab-
ſcõſa ſua, & in medio ſynagogæ elidat te, quoniã acceſſiſti
malignè ad Dominũ, & cor tuum plenũ eſt dolo & fallacia.
3. 31. Cor ſapientis intelligetur in ſapientia.
26. 4. Diuitis & pauperis cor bonum, in omni tẽpore vultus il-
lorum hilaris.
Luc. 6. 45. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonũ.

### *Cor malum deordinatur praue erga Deum.*

Deut. 29. 18. NE fortè ſit inter vos vir aut mulier, familia aut trib' cu-
ius cor aduerſum eſt hodie à Domino Deo veſtro, &
vadat & ſeruiat diis illarum gentium, & ſit inter vos
radix germinans fel & amaritudinem.
Eccleſ. 9. 3. Hoc eſt peſſimũ inter omnia, quæ ſub ſole fiũt quia eadẽ
cunctis eueniũt, vnde & corda filiorũ hominũ implẽtur ma-
litia & cõtẽptu in vita ſua, & poſt hęc ad inferos deducẽtur.
Eccle. 2. 15. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non
protegentur ab eo.
Eccle. 3. 29. Cor nequam grauabitur in doloribus.
Ierem. 17. 9. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile. Quis cognoſcet
illud. Ego Dominus ſcrutans corda & probans renes.

### *Erga ſeipſum.*

Prou. 26. 23. QVomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictili, ſic
labia tumentia cum peſſimo corde ſociata.
Oſeæ. 7. 11. Et factus eſt Ephraim quaſi colũba ſeducta nõ habẽt cor.
Iacob. 1. 8. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

*Erga*



### *Erga proximum.*

ACetum in nitro, qui cantant carmina cordi peſſimo. Prou. 25. 20.
Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit 27. 2.
ſcientiam.
Vę duplici corde & labiis ſceleſtis, & manibus malefaciẽ- Eccleſ. 2. 14.
tibus, & peccatori terram ingredienti, duabus viis.
Cor prauum dedit triſtitiam, & homo peritus reſiſtit illi. 36. 22.
Malus homo de malo theſauro profert malum. Luc. 6. 45.

### *Flagellatur durè.*

ABominabile Domino cor prauum. Prou. 11. 20.
Qui peruerſi cordis eſt, non inueniet bonum. 17. 20.
Qui mentis eſt duræ, corruet in malum. 28. 14.
Cor durum habebit malè in nouiſſimo. Eccl. 3. 27.
Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & pra- Ibidem. 28.
uum cor in illis ſcandalizabitur.
Quorũ cor poſt offendicula & abominationes ſuas am- Ezec. 11. 21.
bulat horum viam in capite ſuo ponã, dicit Dominus Deus. Oſee. 10. 2.
Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt.

### *Cornelius centurio conuertitur.* Act. 10. 3. 44.

### *Corona vitæ.*

IDeo accipient regnũ decoris & diadema ſpeciei de manu Sapiẽ. 5. 17.
Domini, quoniã dextera ſua teget eos & in brachio ſan-
cto ſuo defendet illos.
In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quã reddet 2. Tim. 4. 8.
mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolum autem mi-
hi, ſed & his qui diligunt aduentum eius.
Et cum apparuerit princeps paſtorum percipietis immar- 1. Pet. 5. 4.
ceſſibilem gloriæ coronam.
Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum proba- Iacob. 1. 12.
tus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus di-
ligentibus ſe.

### *Correptio fraterna.*

NOn oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè ar- Leuit. 19. 17.
gue eum, ne habeas ſuper eo peccatum.
Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, Pſal. 140. 5.
oleum peccatoris non impinguet caput meum.
Via vitæ cuſtodienti diſciplinam, qui autem increpatio- Prou. 10. 17.
nes relinquit, errat. Idem Cap. 12. 1.

Auris

Cap. 15.31. Auris quæ audit increpationes vitæ,in medio ſapientum commorabitur.

Cap. 17.10. Plus proficit correptio apud ſapientem,quam cẽtum plagæ apud ſtultum.

Cap. 27.5. Melior eſt manifeſta correptio quàm amor abſcõditus.

Cap. 28.23. Qui corripit hominẽ,gratiã poſtea inueniet apud eum magis quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.

Cap. 29. 1. Viro qui corripientẽ dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus,& eum ſanitas non ſequetur.

Eccleſ.19.15. Corripite amicum,ſæpe enim fit remiſſio.

Cap. 21.7. Qui odit correptionem,veſtigium eſt peccatoris, & qui timet Deum,conuertetur ad cor ſuum.

Matt. 18.15. Si peccauerit in te frater tuus,vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum,ſi te audierit lucratus es fratrẽ tuum &c.

Luc. 17. 3. Attendite vobis, Si peccauerit in te frater tuus increpa illum,& ſi pœnitentiam egerit,dimitte illum.

1.Tim. 5. 20. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.

Iacob. 5. 19. Fratres mei ſi quis ex vobis errauerit à veritate,& cõuerterit,quis eum ſciri debet,qm̃ qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Vide impiorum punitio.

*Corripiens alterum debet eſſe irreprehenſibilis.*

Matt. 7.3. QVid vides feſtucam in oculo fratris tui & trabem in oculo tuo non conſideras &c.Idem Luc.6.41.

1. Tim.3. 2. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe &c.

Tit. 2. 7. In omnibus prębe temetipſum exemplum bonorũ operũ in doctrina,in integritate,in grauitate,verbum ſanum, irrepræhenſibile:vt is qui ex aduerſo eſt, vereatũr, nihil habens malum dicere de nobis,

*Veram & certam dedit Dominus regulã Petro de correptione fraterna facienda,dicens:*

Matt.18.18. SI peccauerit in te frater tuus , corripe eum inter te & ipſum ſolum.

*Correptio bona requirit bonam intentionem.*

Leuit.19.17. NOn oderis fratrem tuum in corde tuo , ſed publicè argue eum,ne habeas ſuper illo peccatum.

Eccle. 19. 13. Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat non feci aut ſi fecerit,ne iterum addat facere.

Corripe



Corripe proximũ ne fortè non dixerit,& ſi dixerit,ne fortè iteret Corripe amicum:ſæpe enim fit commiſſio. Ibid. 14.

Non vt confundam vos hæc ſcribo ,ſed vt filios meos chariſſimos moneo. 1.Cor.4.14.

Peccantes coram omnibus argue , vt & cæteri timorem habeant. 1.Tim.5.20.

*Et debitam executionem.*

ABigail virum ſuum Nabal in conuiuio non arguit , ſed poſt. 1.Reg.25.36.

Melior eſt ira riſu , quia per triſtitiam vultus,corrigitur animus delinquentis. Eccleſ.7.4.

Probata virtus corripit incipientes. Sap.1.3.

Non incendas carbones peccatorum arguens eos , & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Eccle. 8. 13.

Priuſquam interroges,ne vituperes quenquam , & cum interrogaueris,corripe iuſtè. 11. 7.

Corripe proximum antequam cõmineris. 19.17.

Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci , & confitentem in oratione non prohibere. 20. 2.

In conuiuio vini non arguas proximum. 31.41.

Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis:conſiderans teipſum,ne & tu tenteris. Gal. 6. 1.

Rogamus autẽ vos fratres,corripite inquietos,cõſolamini puſillanimes,ſuſcipite infirmos , patientes eſtote erga oẽs. 1. Theſ.5.14.

Seniorẽ ne increpaueris,ſed obſecra,vt patrem,iuuenes vt fratres,anꝰ vt matres:iuuẽculas vt ſorores in omni caſtitate. 1.Tim.5.1.

Seruum autem Domini non oportet litigare : Deo manſuetum eſſe ad omnes:docibilem,patientem, cum modeſtia corripientem eos,qui reſiſtunt veritati. 2.Tim.2.24.

Argue,obſecra,increpa in omni patientia & doctrina. 4. 2.

*Et gratiæ ſuſceptionem,quo ad correctum.*

COrripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me. Pſalm.140.5.

Conuertimini ad correptionem meam. Prou.1.23.

Plus profuit correctio apud prudentem,quã centũ plagæ apud ſtultum. 17.10.

Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum:qui autem rectus eſt,corrigit viam ſuam. 21.29.

Inauris aurea,& margarita fulgens,qui arguit ſapientem & aurem obedientem. 25.12.

Et

*Eccle.* 10.28. Et vir prudens & diſciplinatus nõ murmurabit correptus & inſcius non honorabitur.

20.4. Quam bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam; ſic enim effugies voluntarium peccatum.

### *Et acquirit magnam remunerationem corrigenti.*

*Leuit.*5.1. SI peccauerit anima,& audierit vocem iurantis,teſtiſque fuerit,aut quòd ipſe vidit,aut conſcius eſt:niſi indicauerit,portabit iniquitatem ſuam.

*Prou.* 9. 8. Argue ſapientem & diliget te.

24.24. Qui dicunt impio,iuſtus es:maledicent eis populi,& deteſtabuntur eos tribus.Qui arguunt : enim laudabuntur & ſuper eos veniet benedictio.

28. 23. Qui corripit hominem,gratiam poſtea inueniet apud eũ, magis quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.

### *Correctio eſt bona.*

*Prou.* 15.5. QVi cuſtodit increpationes,aſtutior fiet.

*Ibidem.* 31. Auris,quę audit increpationes vitæ, in medio ſapiẽtum commorabitur.

*Ibidem.* 32. Qui abiicit diſciplinam,deſpicit animam ſuam,qui autẽ acquieſcit increpationibus,poſſeſſor eſt cordis.

17.5. Melior eſt manifeſta correptio,quàm amor abſconditus.

Meliora ſunt vulnera diligẽtis,q̃ fraudulẽta oſcula odiẽtis.

29. 15. Virga atque correctio tribuit ſapientiam.

*Eccleſ.* 7. 7. Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla,ſic riſus ſtulti.

*Matth.*18.15. Si te audierit,lucratus eris fratrem tuum.

*Iaco.*5. 19. Fratres mei,ſi quis errauerit ex vobis à veritate,& cõuerti fecerit quis eũ : ſcire debet,quoniam,qui conuertit peccatorem de errore viæ,ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

### *Correctio mala ex parte corripientis.*

*Iob.*6.26. AD increpandum tantum eloquia concinnatis,& in ventum verba profertis.Super pupillũ irruitis,& ſubuertere nitimini amicum veſtrum.

*Prou.* 14. 3. In ore ſtulti virga ſuperbię:labia aũt ſapiẽtũ cuſtodiũt eos.

*Eccle.* 20.1. Eſt correptio mendax in ira contumelioſi.

*Matt.* 7. 3. Qui vides feſtucam in oculo fratris tui,& trabem in oculo tuo nõ vides?Aut quo dicis fratri tuo, frater,ſine eiiciã feſtucã de oculo tuo?Hypocrita eiice primũ trabem de oculo tuo:& tunc perſpicies feſtucã eiicere de oculo fratris tui.

Qui



Qui ſine peccato eſt veſtrum,primus in illam lapidẽ mittat. *Ioan.* 8. 7.

### *Ex parte contemnentis.*

INgreſſus es vt aduena,nunquid vt iudices? *Gen.* 19. 9.

Si nolueritis recipere diſciplinam ,ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi:ego quoque contra vos incedam,& percutiam vos ſepties,propter peccata veſtra, inducámque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. *Leuit.*26.23

Quis te conſtituit iudicem & principem ſuper nos? *Exod.* 2. 14.

Cor eorũ lõgè feciſti à diſciplina: ꝓpterea nõ exaltabũtur. *Iob.* 17.4.

Qui erudit deriſorẽ,ipſe iniuriã ſibi facit:& qui arguit impiũ,ſibi maculã generat.Noli arguere deriſorẽ, ne oderit te. *Prou.* 9. 7.

Argue ſapientem & diliget te.

Via vitæ cuſtodienti diſciplinã,qui aũt increpationes relinquit errat. 10. 17.

Qui diligit diſciplinam,diligit ſcientiam,qui autem odit increpationes,inſcipiens eſt. 12.1.

Filius ſapiens,doctrina patris:qui autem illuſor eſt, non audit,cùm arguitur. 13. 1.

Qui increpationes odit,morietur. 15. 10.

Non amat peſtilens eum,qui ſe corripit. *Ibidem.* 12.

Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo,non auferetur ab eo ſtultitia eius. 27. 22.

Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus,& eum ſanitas non ſequetur. 29. 1.

Peruerſi difficilè corriguntur. *Eccle.*1.15.

Conſidera opera Dei quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. 7. 14.

Qui odit correptionem minuetur vita.

Qui odit correptionem,veſtigium eſt peccatoris. 19.5.

Peccator homo vitabit correctionem , & ſecundum vo- 21. 7.
luntatem ſuam inueniet comparationem. 32. 31.

Vir prudens & diſciplinatus,non murmurabit correptus. *Eccleſ.*10.28.

Arguentium in porta ſupplantabant. (ſtra à iuſto. *Eſa.* 29. 21.

Odio habuerũt corripientẽ in porta,& declinauerũt fru- *Amos.* 5. 10.

Herodes autẽ tetrarcha,cũ corriperetur ab illo (ſ.Ioãne) *Lucæ.*3. 19.
de Herodiade vxore fratris ſui,& de oĩbus malis , quæ fecit Herodes:adiecit & hoc ſup oĩa,& incluſit Ioãnẽ in carcerẽ.

Nõ poteſt mundus odiſſe vos:me autẽ odit quia ego teſtimonium perhibeo de illo,quòd opera eius mala ſunt. *Ioan.* 7. 7.

Ergo inimicus vobis factus ſum,vera dicens vobis. *Galat.*4.16.

### *Correctio filiorum.*

Suſcitabo aduerſus Heli omnia,quę locutus ſum ſup domũ 1.Reg. 3.1.
eius

eius incipiam et cõplebo:Prædixi enim ei quod iudicaturus
eſſem domum eius in æternum,propter iniquitatem, eo q
nouerat indignè agere filios ſuos,& non corripuerit eos.
3.Reg.1.5. Adonias autem filius Agith eleuabatur dicens:ego regna
bo:& infra,Nec corripuit eum pater ſuus aliquando,
Prou.4.1. Audite filij diſciplinam patris.
13.24. Qui parcit virgæ,odit filium ſuum:qui autem diligit,in
ſtanter erudit illum.
15.5. Stultus irridet diſciplinam patris, qui autem cuſtodit in
crepationes,aſtutior fiet.
19.18. Erudi filium tuum,ne deſperes:ad interfectionem autem
eius ne ponas animam tuam.
22.15. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ
fugabit eam.
23.13. Noli ſubtrahere à puero diſciplinã:ſi enim percuſſeris eũ
virga non morietur:tu virga percuties eum, et animam e
ius de inferno liberabis.
29.15. Virga atque correctio:tribuit ſapientiam.Puer autem qui
dimittitur voluntati ſuæ,confundit matrem ſuam.
Eccl.7.25. Filij tibi ſunt,erudi illos:et curua illos: à pueritia illorũ.
16.4. Vtilius eſt ſine filiis mori,quàm relinquere filios impios.
22.3. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato.
30.1. Qui diligit filium ſuum aſſiduat illi flagella,vt lętetur in
nouiſſimo ſuo,vt non palpet proximorum oſtia.
Ibid.2. Qui docet filium ſuum,laudabitur in illo,et in medio do
meſticorum in illo gloriabitur.
Ibid.3. Qui docet filium, in zelum mittit inimicum, et in me
dio amicorum gloriabitur in illo.
Ibid.4. Mortuus eſt pater eius,& quaſi non eſt mortuus:ſimilem
enim reliquit ſibi poſt ſe.
Ibidem.5. In vita ſua vidit,& lętatus eſt in illo,in obitu ſuo non cõ
triſtatus,nec cõfuſus eſt corã inimicis, reliquit enim defen
ſorem domus contra inimicos,& amicis reddentem gratiã
Ibidem.8. Equꝰ indomitꝰ euadet durꝰ,& filiꝰ remiſſꝰ euadet pręceps
Ibid.12. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius
dum infans eſt,ne fortè induret, & non credat tibi, & erit
tibi dolor animæ(hic & in futuro)
Ibid.13. Doce filium tuum & operare in illo, ne in turpitudinem
illius offendas.
41.10. De impio patre queruntur filij, quoniã propter eũ ſunt
in opprobrio(propter malũ exemplũ & defectũ doctrinæ)





Præparate filios eius occiſioni in iniquitate patrũ eorũ. *Eſa.14.21.*
(qui non docuerunt eos.)
Educare filios veſtros in diſciplina & correptione Dñi. *Epheſ.6.4.*
Qui filius,quem non corrumpit pater? *Heb.12.7.*

*Corpus myſticum quomodo ordinatur ad Chriſtum.*

Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia Rom.12.4.
autẽ mẽbra non eundum actum habẽt,ita multi vnũ cor-
pus ſumus in Chriſto,ſinguli autem alter alterius membra.
Sicut corpus vnum eſt,& membra multa habet, omnia 1.Cor.12.12.
autem membra corporis cùm ſint multa, vnũ tamen corpꝰ
ſunt ita & Chriſtus.Etenim in vno ſpiritu omnes nos in v-
num corpus baptizati ſumus.
Nemo noſtrum ſibi viuit,& nemo ſibi moritur:ſiue enim Rom.14.7.
viuimꝰ,Domino viuimꝰ,ſiue morimur,Domino morimur.
Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam quæ eſt *Ephe.1.23.*
corpus ipſius.

*Ad ſeipſum.*

NAm & corpus non eſt vnum membrum,ſed multa. Si 1.Cor.12.14.
dixerit pes,quoniam non ſum manus,nõ ſum de cor-
pore:num ideo non eſt de corpore?
Non poteſt autem dicere oculus manui, opera tua non *Ibid.12.*
indigeo:aut iterum caput pedibus,non eſtis mihi neceſſarij
Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmio
ra eſſe,neceſſariora ſunt.
Sed Deus temperauit corpus ei,cui deerat, abundãriorẽ *Ibid.24.*
honorem tribuẽdo,vt non ſit ſchiſma in corpore,ſed in idi-
pſum pro inuicem ſolicita ſint in mẽbra,& ſi quid ſi patitur
vnum membrum,compatiantur omnia mẽbra.Siue gloria-
tur vnũ mẽbrũ,cõgaudẽt oĩa mẽbra. Vos aũt eſtis corpus
Chriſti,& mẽbra de mẽbro.Et quoſdã quidẽ poſuit Deꝰ in
eccleſia:primũ apoſtolos,ſecũdò prophetas,tertio doctores
deinde virtutes,exinde gratias curationũ,opulariones,gu-
bernationes, genera linguarũ interpretationes ſermonum.
Vnum corpus,& vnus ſpiritus. *Epheſ.4.4.*
Et ipſe dedit quoſdã quidẽ Apoſtolos, quoſdã aũt Pro- *Ibidem.11.*
phetas,alios aũt paſtores & doctores,ad cõſũmationẽ ſan-
ctorũ in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti

***Creator omnium rerum Deus.***

IN Principio creauit Deus cælum & terram. *Geneſ.1.1.*

*Exod.*20.11. Sex diebus, fecit Deus cælum et terram, mare et omnia quæ in eis ſunt, et requieuit Deus die ſeptima. etc.

1.*Para.*29. 11 Tua eſt Domine, magnificentia et potentia, et gloria, atque victoria, et tibi laus, cuncta enim et quæ in cęlo ſunt, et quæ in terra, tua ſunt, tuum Domine regnum, et tu es ſuper omnes principes.

*Pſal.*88.12. Tui ſunt cæli, et tua eſt terra, orbem terræ, et plenitudinem eius tu fundaſti, aquilonem et mare creaſti.

*Eſa.*37.6. Domine exercituũ De⁹ Iſrael, q̃ ſedes ſuper Cherubim tu es Deus ſol⁹ omniũ regnorũ terrę, tu feciſti cęlũ & terrã.

*Cap.*40. 28. Deus ſempiternus, Dñs qui creauit terminos terræ, non deficiet neq; laborabit, nec eſt īueſtigatio ſapientiæ ei⁹. 45.5

*Cap.* 44.42. Hęc dicit Dominus, redemptor tuus & formator tuus ex vtero : Ego ſum Dominus faciens omnia extendens cælos, ſolus ſtabiliens terram, & nullus mecum.

*Cap.*45. 12. Ego feci terram, & hominem ſuper eam creaui ego, manus meæ tetenderunt cælos & omni militię eorũ mandaui.

*Hiere.*10.12 Qui fecit terram in fortitudine ſua, & pręparat orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit cælos.

*Cap.*32.17. Heu Domine Deus, ecce tu feciſti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento, non erit tibi difficile omne verbum.

*Eccleſ.* 1. 8. Vnus eſt altiſſimus creator omnium, & rex potens, & metuẽdus nimis, ſedens ſuper thronum illius, &c.

*Math.*11. 25. Confiteor tibi pater cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

*Ioan.*1.3. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil.

*Act.*17.24. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cęli & terræ cum ſit Dominus, &c.

*Heb.* 3. 4. Omnis autem domus fabricatur ab aliquo, qui autem omnia creauit Deus eſt.

*Apo.*4.11. Dignus es Domine Deus noſter, accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt. & 14.7.

### *Creaturæ à Deo potenter creantur.*

*Gen.*1. 1. IN principio creauit Deus Cælum & terram.

2.24. Iſtæ ſunt generationes cæli

*Pſal.* 32. 6. Verbo Dñi cæli firmati ſũt quoniã ipſe dixit & facta ſũt.

73.17. Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu feciſti oẽs terminos terrę.

101. 26. Initio tu Domine terram fundaſti.

Quàm



Quàm magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti. 103. 24.

Per quem fecit & ſecula. *Hebr.* 1. 2.

Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei. 11.3.

### *Sapienter gubernantur.*

ORdinatione tua perſeuerat dies. *Pſal.*118.91.

Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti: nec enim odiens, aliquid cõſtituiſti, aut feciſti. Quomodo autem poſſet aliq̃d permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas. *Sap.*11. 25.

Cùm ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis. 12.15.

### *Vtiliter ordinantur.*

VIdit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. *Gen.*1.31.

Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent. 8.22.

Opera Domini vniuerſa bona valde. *Eccl.*39. 21.

Bona bonis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis bona mala. *Ibid.*30.

Initium neceſſarię rei vitę hominum aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuę, & oleum, & veſtimentum. Hæc omnia ſanctis in bona: ſic & impiis & peccatoribus in mala conuertentur. Omnia opera Domini bona. *Ibid.*31.

Non eſt dicere, hoc eſt illo nequius: Omnia enim in tempore ſuo comprobantur. *Ibid.*40.

Omnis creatura Dei bona eſt 1.*Tim.*4.5.

### *Creſcere in ſcientia.*

Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia qui eſt caput, Chriſtus. *Ephe.*4.15.

Vt ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. *Coloſſ.*1.10.

Sicut modo geniti infantes, rationales, ſine dolo, lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. 1.*Pet.* 2.2.

### *Crux & tribulatio accidit omnibus piè viuentibus.*

Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum, egrediamur foras: cumque eſſent in agro conſurrexit Cain, aduerſus fratrem ſuum Abel & interfecit eum. *Geneſ.* 4. 8.

Oderat ergo ſemper Eſau Iacob, ꝓpter benedictionẽ, qua *Cap.*27.41.

 bene-

benedixerat ei pater dixitq; ei in corde ſuo venient dies lu-
ctus patris mei,& occidam Iacob fratrem meum.
*Eccleſ.* 2.1. Fili accedens ad ſeruitutem Dei,ſta in timore & iuſtitia,
& præpara animam tuam ad tentationem.
*Pſal.* 33.26. Multæ tribulationes iuſtorum,& de omnibus hiis libe-
rabit eum Dominus.
*Prou.* 24.16. Septies n.cadet iuſt⁹ & reſurget,impij aũt corruẽt in mali.
*Mat.* 10.16. Ecce ego mitto vos,ſicut oues in medio luporum.Eſto
ergo prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut colũbæ.
*Cap.* 12.14. Phariſæi conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo
eum perderent.
*Cap.* 16.24. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis vult venire poſt
me abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuã & ſequatur me.
*Cap.* 24.9. Tunc tradẽt vos in tribulationem,& occident vos, &c.
ritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.
*Mar.* 13.9 Videte autem vobiſmetipſis,tradẽt enim vos in cõcilijs
& in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabi-
tis propter me in teſtimonium illis.
*Luc.* 14.26. Si quis venit ad me & non odit patrem ſuum,& matrem
& vxorem & filios & ſorores & fratres,adhuc autem & ani-
mam ſuam,non poteſt meus eſſe diſcipulus.
*Ioan.* 15.20. Mementote ſermonis mei quem ego dixi vobis, non eſt
ſeruus maior Domino ſuo,ſi me perſecuti ſunt, & vos per-
ſequentur,&c.cap.16.1.
2.*Tim.* 3.12. Et omnes qui volunt piè viuere,in Chriſto Ieſu perſecu-
tionem patientur.
1.*Pet.* 4.12. Chariſſimi nolite peregrinari in feruore, qui ad tẽtatio-
nem vobis ſit,quaſi noui aliquid contingat, ſed communi-
cantes Chriſti paſſionibus,gaudete, vt & in reuelatione my-
ſterij eius gaudeatis exultantes.

*Iob.* 5.17. *Crux à Deo imponitur ad noſtram vtilitatem.*

Beatus homo qui corripitur à Domino. increpationem
*Prou.* 3.11. ergo Domini ne reprobes.
Diſciplinam Domini,fili mi,ne obiicias,ne deficias
cum ab eo corriperis,quem enim diligit Domin⁹ corripit,
*Tob.* 12.13. & quaſi pater in filio complacet ſibi.
*Iudith.* 8.22. Et q. accept⁹ eras Deo,neceſſe fuit,vt tẽtatio ꝓbaret te.
Memores eſſe debẽt, quomodo pater noſter Abraham
tentatus eſt,& per multas tribulationes probatus,Dei ami-
cus effectus eſt.

Si



Si noſipſos diiudicaremus non vtique diiudicaremur,dũ 1.*Cor.* 11.31.
iudicamur autem à Domino, corripimur, vt non cum hoc
mundo damnemur.
Quem diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnẽ *Heb.* 12.6.
filium quem recipit.
Ego quos amo arguo & caſtigo,æmulare ergo & pœnitẽ- *Apoc.* 3.19.
tiam age.

*Per crucem & aduerſitates peruenimus ad cognitio-*
*nem Dei,& ad vitam æternam*

Qvantoque magis opprimebant eos,tanto magis mul *Exod.* 1.12.
tiplicabantur & creſcebant, oderantque filios Iſrael
Aegyptij & affligebãt illudẽtes eis(ſ.Phithoni& Rameſſes)
Qui poſtquã coanguſtatus eſt(ſ.Manaſſes),orauit Dñm 2.*Para.* 33.12
Deum ſuũ,& egit pœnitẽtiam valde,coram Deo patrũ ſuo-
rũ,deprecatúſq; eſt Deũ & obſecrauit intẽte, & exaudiuit
orationẽ eius,reduxítq; eum in Hyeruſalem in regnũ ſuũ,
& cognouit Manaſſes,quod Domin⁹ ipſe eſſet Deus.
Memores eſſe debent,quomodo pater noſter Abraham *Iudith.* 8.22.
tentatus eſt,et per multas tribulationes probatus, amicus
Dei effectus eſt.
Qui amat animã ſuam perdet eam,et qui odit animam *Ioan.* 12.25.
ſuam in hoc mundo cuſtodit eam.
Paulus ſ.et Barnabas)confirmantes animas diſcipulorũ, *Act.* 14.21.
exhortantéſque vt permaneant in fide,et quoniam per mul
tas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.
Si autẽ filij et hæredes:hæredes quidem Dei,cohæredes *Roma.* 8.17.
autem Chriſti:ſi tamen compatimur,vt et glorificemur.
Id enim quod in præſenti eſt momentaneum et leue tri- 2.*Cor.* 4.17.
bulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum
gloriæ pondus operabitur in nobis.
Gratias Agit Deo pro fide ac tolerantia Theſſaloniſen- 2.*Theſſ.* 1.*
ſium in perſecutionibus,propter quos dicit illos gloriam,
aduerſarios verò vltionem in die iudicij recepturos,orãs,
vt digni habeantur vocatione Dei.

*Crux ferenda eſt cum patientia & gaudio.*

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, *Matth.* 5.10.
quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.
Et q. nõ accipit crucẽ ſuã et ſequit̃ me,non eſt me dignus. *Cap.* 10.38.
Hæc locutus ſum vobis,vt in me pacẽ habeatis, in mun- *Ioan.* 16.33.
do preſſuram habebitis,ſed confidite,ego vici mundum.

N 3 Et

*Act.5.41.* Et illi quidem ibant gaudentes, à conſpectu cocilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

*2.Cor.8.2.* In multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipſorum fuit, & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.

*1.Colloſ.1.24* Qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, &c.

*Iacob.1.2.* Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in varias tentationes incideritis. 12. Beatus vir q ſuffert tẽtationẽ, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

*1.Pet.4.12.* Chariſſimi nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat, ſed communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete, & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

### *In cruce & afflictione conſolatio.*

*Ioan.16.20.* AMen, Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mũdus aũt gaudebit, Vos aũt cõtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium, vt in me pacem habeatis, in mundo preſſuram habebitis, ſed confidite ego vici mundũ.

### *Per crucem probat nos Deus.*

*Iud.8.21.* ET nunc fratres, quoniam vos presbyteri in populo Dei & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrũ corda eorum erigite, & memores ſint, quia tentati ſunt patres noſtri, vt probarentur, ſi verè colerent Deum.

*Eccl.2.4.* Omne quod tibi applicatum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptabiles in camino humiliationis.

*Prouer.17.3.* Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Deus.

*Sap.3.5.* In paucis vexati, in multis bene diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe, tãquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiã accepit eos in æternũ, & in tẽpore erit reſpectus illorum. 1.Pet.1.7.

### *Crucis figuratio*

*Num.21.9.* IN ſerpente æneo, quem Moyſes ex præcepto fecit Domini ponens in ſublimi.

Et



*Eſa.11.12.* Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael.

*Ezec.9.4.* Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ ſunt in medio eius.

*Ioan.3.14.* Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſo nõ pereat: ſed habeat vitam æternam.

### *Gloriatio in Cruce.*

*Sap.14.7.* BEnedictum eſt enim lignum per quod fit iuſtitia.

*1.Cor.1.23.* Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.

*Gal.6.14.* Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.

*Heb.13.13.* Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes.

### *Quibus Crux abominatio eſt.*

*Deut.21.22.* QVando peccauerit homo, quod morte plectẽdum eſt, & adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo, nõ permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eodem die ſepelietur, quia maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno.

*1.Cor.1.18* Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, iis autem qui ſalui fiunt, (id eſt nobis) Dei virtus eſt.

*Phil.3.15.* Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulãt quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem flens dico, inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.

*Heb.6.6.* Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.

*Cultus Dei verus &c.* *Vide ſup.*

*Cultus externus Deo gratus.* *Vide Ceremoniæ.*

### *Cuſtodia ſui poſt conuerſionem.*

*Deut.4.9.* CVſtodi temetipſum, & animam tuam ſolicitè.

*Ibidem.15.* Cuſtodite ſolicitè animas veſtras (*cautè, ne fortè decipiatur cor veſtrum, & recedatis à Domino.*)

N 4 Iudi

16.18. Iudices & magiſtros cõſtitues in omnib. portis tuis (ſenſuũ)

23.9. Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala.

Iudic.5.11. Deſcendit populus Dñi ad portas & obtinuit principatũ.

Nee.13.19. Præcepi vt non aperirent portas vſque poſt ſabbatum.

Tob.3.16. Mundã ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia.

Prou. 4. 23. Omni cuſtodia ſerua cor tuũ: quia ex ipſo vita procedit.

10.20. Cor impiorum pro nihilo.

16.17. Cuſtos animæ ſuæ ſeruat vitam ſuam.

Eccle.7. 40. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

21.2. Quaſi à facie colubri fuge peccatum.

Eſa.21.8. Super cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus.

Iere. 17. 21. Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare opera in die ſabbati.

Abac.2.1. Super cuſtodiã meã ſtabo, & figã gradũ ſuper munitionẽ.

2.Mac.12.42 Iudas hortabatur populũ cõſeruare ſe ſine peccato, videntes ſub oculis quæ facta ſunt ꝓ peccatis eorũ, q ꝓſtrati ſũt.

Luca.17.21. Regnum Dei intra vos eſt, (*Cuſtodite ergo quia theſaurus maximus eſt.*)

Ioan.5.14. Ecce ſanus factus es, iam amplius noli peccare.

1.Cor.3.16. Neſcitis q̄a tẽplũ Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis.

16.13. Vigilate (*iuſti in ueſtra cuſtodia, nolite peccare*) ſtate in fide, viriliter agite.

2.Cor. 4.7. Habemus theſaurum in vaſis fictilibus.

13.5. An non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis.

1.Tim.6. 19. O Timothæe, depoſitum cuſtodi.

1.Ioan.2.1. Hæc ſcribo vobis, vt non peccetis.

2. Pet.2. 21. Melius erat illis, nõ cognoſcere viã iuſtitię, q̄ ꝑ agnitionẽ, retrorſum cõuerti ab eo ꝙ illis traditũ eſt ſancto mandato.

Apoc.16.15. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimẽta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

## *Curioſitas mundana.*

Deut.19. 15. NOn ſtabit teſtis vnꝰ cõtra aliquẽ, q̄cq̄d illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorũ aut triũ, ſtabit oẽ verbũ.

4.Eſd 4. 27. Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis.

Pro.11.27. Qui inueſtigator malorum eſt, opprimetur ab eis.

Eccle.3.24. In ſuperuacuis reb. noli ſcrutari ſenſum tuũ multipliciter. Nõ eſt tibi neceſſariũ: ea quæ ſunt abſcõdita videre oculis tuis, de ea re, quæ te non moleſtat ne certaueris, & in pluribus



operibus eius non eris curioſus.

Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Acto. 1.7.

*Cyrus rex perſarũ permittit captiuos Iſraelitas in Iudæã redire, 2.Pa.36.22.1.Eſd.1.1.3.Eſd.2.1. reſtituit eis vaſa quondam à Nabuchodonoſor ablata. 1.Eſd.1.7.5.14. Dan.1.2.*

## *Dæmones expelluntur.*

VEſpere autem facto obtulerunt ei multos Dæmonia habentes, et eiiciebat Spiritus verbo, et omnes malè habẽtes curauit 31. Dæmones autem rogabant eum dicẽtes: Si eiicis nos, mitte nos, in gregem porcorum. Math. 8.16.

Et eiecto Dæmonio locutus eſt mutus, et miratæ ſunt turbæ, et curauit eum, ita vt loqueretur et videret. Cap.9.33.

Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus et mutus et curauit eum, ita vt loqueretur et videret. Cap.12.22.

Et increpauit illum Ieſus, et exiuit ab eo Dæmonium, et curatus eſt puer ex illa hora. Cap.17.18.

Et increpauit illum Ieſus dicens Obmuteſce et exi ab eo et cum proieciſſet illum, Dæmonium in medium, exiit ab illo nihilque illum nocuit cap.8.2. et 28. Luca.4.35.

Reuerſi autem ſunt, 72. cum gaudio dicentes, Domine etiam Dæmonia ſubiiciũtur nobis in nomine tuo. cap.13.10. Cap. 10. 17.

Et cum accederet, eliſit illum Dæmonium, et diſſipauit et increpauit Ieſus Spiritum immundum, et ſanauit puerũ, et reddidit illum patri eius. Cap.9.42.

Cucurrebat autem et multitudo vicinarum ciuitatum Hyeruſalẽ afferentes egros et vexatos à ſpiritibus immundis, qui curabat omnes. Act.5.16.

Multi enim eorum qui habebant Spiritus immundos, clamãtes voce magna exibãt, multi enim paralitici et claudi curati ſunt, et cap.16.18. Cap.8.7.

## *Etiam per malos Dæmones expelluntur.*

MVlti dicent mihi in illa die Domine, Domine, nonne in nomine tuo Dæmonia eiecimus, et in nomine tuo prophetauimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus et confitebor illis quia nunquam noui vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem Math.7.22.

Reſpõdit illi Ioãnes dicẽs: magiſter vidimꝰ quẽdã in noĩe tuo eiiciẽtẽ Dęmonia, q nõ ſequit̃ nos & prohibuimus eũ Ieſus autem ait: nolite prohibere eum, etc. Idem, Luc.9.49. Mar.9.38.

Tẽtauerunt autẽ quidam et de circuneũtib. Iudæis exor- Act. 19. 13.

ciſtis inuocare ſuper eos,qui habebant Spiritus malos nomen Domini Ieſu dicentes: Adiuro vos per Ieſum quem Paulus prædicat.

*Dæmones agnoſcunt & credunt eum, vide Diabolus.*

*Matt.* 8.29. ET ecce clamauerunt dicentes:quid nobis & tibi Ieſu fili Dei?

Veniſti huc ante tempus torquere nos?

*Marc.*1. 24. Et erat in ſynagoga eorum,homo in Spiritu immundo,& exclamauit dicens: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene: Veniſti perdere nos? Scio qui ſis filius Dei,Idem Luc.4.24.

*Cap.*3.11. Et ſpiritus immundi,cum illũ videbant procidebant ei,& clamabant dicentes. Tu es filius Dei,& vehementer comminabatur eis,ne manifeſtarent illum.

*Cap.*5.7. Videns autem Ieſum à longe,cucurrit, & adorauit eum & clamans,voce magna dixit: Quid mihi & tibi, Ieſu fili altiſſimi?adiuro te per Deũ,ne me torqueas dicebat enim illi:Exi Spiritus immunde ab homine,Idem Luc.8 28.

*Luc.*4.41. Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei,& increpans non ſinebat ea loqui,quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.

*Act.*19.15. Reſpondens autem Spiritus,nequam dixit eis:Ieſum noui,& Paulum ſcio:Vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in eos,in quo erat Dæmoniũ peſſimum,& dominatus amborum inualuit contra eos,ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa.

*Iaco.*2.19. Tu credis quoniam vnus eſt Deus,bene facis,& Dæmones credunt & contremiſcunt.

*Dæmonibus immolare nefas.*

*Leuit.*17.7. NEquaquam vltra immolabant hoſtias ſuas dæmonibus cum quibus fornicati ſunt.

*Deut.*32.17. Immolauerunt dæmoniis ſuis & nõ Deo, Diis quos ignorabant,noui recentéſque venerunt quos non cognouerunt patres eorum.

2.*Para.*11.15. Qui(Hieroboam)conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum & dæmoniorum,vitulorumque quos fecerat.

*Pſal.*105.37. Et immolauerunt filios ſuos,& filias ſuas dæmoniis.

*Dagon idolum Philiſtinorum* Iudi.16.23.1.Reg.5.2.1.Mach.10 83.☩ 11.4.*Damaſcus Metropolis Syriæ vaſtatur à Theglath Phalaſar,*4.Reg.16.9. *Contra Damaſcum prophetatur Eſa.* 17.1.☩ 8.4.*Item,*49.23.*Amos.*1.3.

Dam-

*Damnatio æterna quæ parata eſt Diabolo, & omnibus impiis.*

*Sap.* 7. IMpij in iudicio admirantes gloriam iuſtorum, quos hic contempſerant deflent ſuã miſeriã,quodq; tota eorũ felicitas fuerit,momẽtanea,iuſtorũ aũt erit perpetua. Porrò Deus tũ per creaturas,tũ per ſe,armat ad puniẽdos impios.

*Iob.*5.10.22. Terrã miſeriæ & tenebrarum vbi vmbra mortis,& nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat.

*Cap.* 36. 12. Si autem non audierint,tranſibunt per gladium,& conſumentur in ſtultitia.

*Eſa.* 24. 21. In illa die viſitabit Dominus, ſuper malitiam cœli in excelſo & ſuper reges terræ,qui ſunt ſuper terram.

*Cap.*96. 24. Et egredietur & videbunt cadauera virorũ, qui præuaricati ſunt in me,vermis eorũ non morietur,& ignis eorum nõ extinguetur,& erũt vſq; ad ſatietatẽ viſionis omni carni.

*Matt.* 8. 12. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.

*Luc.* 16. 23. Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis,vidit Abrahã à longè,& Lazarũ in ſinu eius, & ipſe clamãs dixit: Pater Abraham miſerere mei,& mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meã, quoniam crucior in hac flamma.Et dixit illi Abraham, fili recordare quia recepiſti bona in vita tua,& Lazarus ſimiliter mala,nunc verò,hic conſolatur tu verò cruciaris.

*Hebr.*10.27. Terribilis autem quædã,expectatio iudicij,& ignis æmulatio,quæ conſumptura eſt aduerſarios.

2.*Pet.*2.4. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit,ſed rudẽtibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari.

*Iude.*6. Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatũ, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

*Matt.*25. 36. Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium.

*Apoc.*19.20 Viui miſſi ſunt hi duo,(ſcilicet beſtia & Pſeudopropheta) in ſtagnum ignis ardentis,& ſulphure.

*Cap.* 21. 8. Timidis autem & incredulis, & execratis,& homicidis, & fornicatoribus,& veneficis,& idolatris,& omnibus mendacibus pars illorum,erit in ſtagna ardenti igne & ſulphure,quod eſt mors ſecunda.

Dam-

## *Damnum proximo non inferendum.*

Leuit. 19. 13. NOn facies calumniã proximo tuo nec vi opprimes eum.
Prou. 17. 16. Non eſt bonum, damnum inferre iuſto.
24. 29. Ne dicas, quomodo fecit mihi, ſic faciam ei, & reddam vnicuique ſecundum opus ſuum.

Eccleſ. 9. 17. Nõ placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciens quoniã vſque ad inferos non placebit impius.

1. Cor. 6. 7. Iam quidem omnino delictum eſt in vobis quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt?

## *Ne inferatur, impediendum.*

Exod. 23. 4. SI occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduce eũ. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo.

Deut. 22. 1. Non videbis bouem fratris tui, aut ouẽ errantem, & prateribis ſed reduces fratri tuo, etiam ſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te quãdiu quærat ea frater tuus, & recipiat: Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit. Si inueneris eam ne negligas quaſi alienam. Si videris aſinumfratris tui, aut bouem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo.

## *Illatum reſarciendum.*

Exod. 21. 23. SI quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eã, cecideritq́; bos, aut aſinus in eã, reddet dominus ciſternæ pretium iumentorum: quod autẽ mortuũ eſt, ipſius erit.

Exod. 22. 5. Si læſerit quiſpiã agrum vel vineam, & dimiſerit iumentum ſuum, vt depaſcatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro ſuo vel vinea, pro dãni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas & cõprehẽderit aceruos frugũ, ſiue ſtãtes ſegetes in agris: reddet dãnũ, qui ignẽ ſuccenderit.

Leu. 24. 18. Qui percuſſerit animal, reddet vicarium, id eſt animam pro anima.

Ibidem. 19. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum ſicut fecit, ſic fiet ei, fracturam pro fractura oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet.

Num. 5. 6. Vir ſiue mulier cũ fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligẽtiã, trãſgreſſi fuerint mandatũ Domini, atq; deliquerint, confitebuntur peccatũ ſuum, & reddent ipſum caput, quintámq; partem deſuper ei, in quem peccauerunt. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, vt ſit placabilis hoſtia.



Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. Deut. 27. 17.

Qui deſpicit pauperem, exprobat factori eius: & qui in Prou. 17. 5.
ruina lætatur alterius, non erit impunitus.

*Dan filius Iacob*, Gen. 30. 6 *tribus Dan quærit ſibi poſſeſsionẽ*, Iudic. 18. 1. *pugnat contra Leſem, & expugnat Ioſue*, 19. 47.

*Daniel appellatur Balthaſar*, Dan. 1. 7. *interpretatur ſomnia*, 2. 31. ✠ 4. 7. 11. 18. 25. *conſtituitur gubernator totius regni Babel*. Dan. 6. 3. *proiicitur in lacum leonum*, 6. 16. *Liberat Suſannam*, 13. 51. 60.

## *Dare melius quam accipere.*

Eccle. 4. 36.

NOn ſit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. Act. 20. 33.

Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui.

## *Dandum ſine acceptione perſonarum maximè autem domeſticis fidei.*

DAtum brachiorum tuorum & ſacrificium ſanctificationis offeres Domino, & initia ſanctorum, & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua. Eccle. 7. 35.

Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. Cap. 12. 18.

Qui petit à te da ei, & volenti mutuare à te ne auertaris Matt. 5. 42.

Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua ſunt. Luc. 6. 30.
ne repetas, 38. Date & dabitur vobis, menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem. dabunt in ſinum veſtrum.

Neceſſitatibus ſanctorum (eſtote) communicantes. Rom. 12. 13.

Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Vide eleemoſina. Gal. 6. 10.

## *Dauid ſpiritualis (qui eſt Chriſtus) promittitur.*

ET erit in die illa, dicit Dominus exercituũ, conterã iugum eius de collo tuo, & vincula eius derumpã, & non dominabũtur ei amplius alieni, ſed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauidi regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Hier. 30. 9.

Ego

*Ezec.*34. 24. Ego autem Dominus ero eis in Deũ,& ſeruus meus Da
uid princeps in medio eorũ,ego Dominus locutus ſum,&c.
*Cap.* 37. 24. Et ſeruus meus Dauid, rex ſuper eos & paſtor vnus erit
omnium eorum,in iudiciis meis ambulabunt, & mandata
mea cuſtodient & facient.

*Darius filius Aſſueri,Dan.*9.1.*occupat regnum Babel.*6.1. *impiã legem ſtatuit,*6.8.*præparat regium conuiuiũ,*3. *Eſdr.*3.1.

*Darius renouat mandatum* Cyri,1.*Eſd.*6.1.

*Darius cæditur ab Alexãdro rege Macedoniæ,* 1. *Mach.*1.1.

*Dauid filius* Iſai (*qui* I*eſſe appellatur* Mat.1.6.) *à Samuele vngitur,*1.*Reg.*16.13.*interfecit leonẽ,vrſum & Goliath gigãtẽ* 17. 34.49.P*aciſcitur cũ Ionatha.*18.3.☩20.8.16.23.☩ 23.18.*mãducabat panes propoſitionis.*21.3.*ſimulat amentiã corã* A*chis rege* 21.13.*fugit cũ patre & matre in* M*aſpha,* 22. 3.*præcedit oram chlamydis,*S*aul,*24.5.*mittit ad* N*abal decẽ iuuenes* , 15.5.*tollit haſtam* S*aulis,*2.6.11.*fugit ad* A*chis regẽ Goth.*27.2.*Vngitur in Hebron in regẽ Iuda,*2.*Reg.*2.4.*poſcitque eũ regẽ vniuerſus Iſrael,*2.*Reg.*5.1.1.P*ara.*11.3.☩12.38 *Iuxta verbũ Ionathæ,* 1. Reg.23.17.& *Saulis* 24.21.*cõmittit adulterium & homicidiũ,* 2.*Reg.*11.*pœnitet eũ peccati,*12.13.*fugit à facie filij ſui Abſalõ,* 15.14.*libauit aquã Domino,*23.16.*recenſet populũ,*24.2.*emit ab* A*rcuna* A*rcham,*24.24.*conſilium capit de domo Dei ædificanda,*1. P*ara.*17. 1.*conſtituit operarios & architectos* 23. 24. 25. 26.27.*relinquit ſibi ſucceſſorẽ Salomonẽ filium.*3.*Reg.*1.30. *moritur & ſepelitur.*2.10.A*ct.*2.29.☩13.35.*cõmẽdatur.Eccl.*47.2.

## *Dauidis filius appellatur Chriſtus.*

*Mat.*15. 22. ECce mulier Chananea,à finibus illis egreſſa,clamauit di
cens ei:miſerere mei Domine fili Dauid,filia mea ma-
*Cap.* 22. 45. le à Dæmonio vexatur.
Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo Dauid
filius eſt?& nemo poterat ei reſpondere verbũ , neque auſus
fuit quiſquam ex illa hora eum amplius interrogare.
Marc.12 35. Et reſpondens Ieſus dicebat docens in templo,quomodo
dicunt ſcribæ Chriſtum filium eſſe Dauid:ipſe enim Dauid
dicit in Spiritu ſancto,Dixit Dominus Domino meo, ſede à
dextris meis,donec ponã inimicos tuos , ſcabellum pedum
tuorum,&c.Idem 41.habetur.
*Act.* 2. 29. Viri fratres licet audacter dicere ad vos de patriarcha Da
uid,quoniam defunctus eſt,& ſepultus eſt,& ſepulchrum eius eſt
apud



apud nos vſque in hodiernum diem.
Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à 2.*Tim.* 2. 8.
mortuis ex ſemine Dauid,ſecundum euangelium meum,in
quo laboro vſque ad vincula quaſi male operans,ſed verbũ
Dei non eſt allegatum.
Egreſſa clamauit dicens ei:miſerere mei Domine fili Da- *Matt.* 1.
uid,filia mea male à dæmonio vexatur.
Et vnus de ſenioribus dixit mihi, ne fleueris, ecce, vicit *Apoc.* 5. 5.
Leo de Tribu Iuda radix Dauid, aperire librum & ſoluere
ſeptem ſignacula eius.

## *Decimæ & decimarum vſus.*

BEnedictus Deus (ait Melchiſedech ) excelſus quo pro- *Geneſ.*14.20
tegente,hoſtes in manibus tuis ſunt,& dedit ei decimas
ex omnibus.
Ait Iacob cunctorũ quæ dederis mihi, decimas offeram *Cap.* 28. 22.
tibi.
Omnes decimæ terræ ſiue de gregibus,ſiue de frugibus, *Leuit.*27.30
ſiue de pomis arborum,Domini ſunt & illi ſanctificantur.
Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis,in poſſeſ- *Num.*18. 21.
ſionem pro miniſterio,quo ſeruient mihi in miniſterio fœ-
deris.28.& vniuerſis quorum accipitis primitias offerte Do
mino,& date ea Aaron ſacerdoti.
Offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras, de- *Deut.* 12. 6.
cimas & primitias manuum veſtrarum,& vota atque Dona
ria,primogenita boum & ouium.
Anno tertio ſeparabis aliam decimam ex omnibus quæ *Cap.* 14. 28.
naſcuntur tibi eo tempore,repones intra ianuas tuas.
Sed & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit, 1. *Reg.* 8. 15.
vt det Eunuchis & famulis ſuis.
Quod cũ percrebuiſſet in auribus multitudinis,plurimas 2.P*ara.* 31.5.
obtulerunt primitias filij Iſrael,frumẽti,vini,& olei, mellis
quoque,& omnium quę gignit humus,decimas obtulerunt.
Et primitias ciborum noſtrorum,libaminum noſtrorum, 2.*Eſd.*10.37.
& poma omnis ligni , vindemiæ quoq; & olei afferemus ſa
cerdotibus ad gazophilacium Dei noſtri,& decimam partẽ
terræ noſtræ Leuitis:Ipſe Leuitæ decimas accipient ex om
nibus ciuitatibus operum noſtrorum.
Hic.n.Melchiſedech rex Salẽ,ſacerdos Dei ſũmi q obuia *Hebr.* 7. 1.
uit

uit Abrahæ regreſſo à cæde regum,& benedixit ei,cui & de
cimas omnium dimiſit Abraham &c.

*Sacerdotibus debentur.*

*Deut.* 18. 3. HOc erit iudiciũ à populo & ab his qui offerunt victi-
mas,ſiue bouem,ſiue ouem immolabunt,dabũt ſacer-
doti armum & ventriculum Gen.14.30.Cap.23.28.
2.*Para*.30.4. Præcepit etiam populo (Ezechias) habitantium Hieruſa-
lem vt darent partes ſacerdotibus & Leuitis,vt poſſint vaca-
re legi Domini. Vide ſacerdotes.

*Dedicatio templi vel altarium.*

*Num*. 7. 10. OBtulerunt duces in dedicationem altaris , die qua vn-
ctum eſt oblationem ſuam ante altare, dixitq; Domi-
nus ad Moyſen:Singuli duces per ſingulos dies offerant mu-
nera in dedicationem altaris &c.
3.*Reg*. 8. 63. Mactauit Salomõ hoſtias pacificas quas immolauit dño,
bouũ viginti duo milia,& ouiũ viginti cẽtũ milia,& dedica-
uerũt tẽplũ dñi Rex et filij Iſrael etc. Idẽ habetur. 2.Par.7.5.
et 9.fecitq; die octauo collectam,eo quod dedicaſſet altare
ſeptem diebus,et ſolennitatem celebraſſet ſeptem diebus.
*Eſd*. 6. 16. Fecerunt autem filij Iſrael ſacerdotes et leuitæ et reliq.
filiorum dedicationem tranſmigrationis domus Dei in gau-
dio,et obtulerunt in dedicatione domus Dei, vitulos cen-
tum,arietes centũ,agnos quadragintos,Hircos capreáſque
pro peccato totius Iſrael duodecim,iuxta numerum tribuũ
Iſrael.Idem habetur 3.Eſd.7.7.
*Pſal*.29.* Pſalmus cantici eſt in dedicatione domus Dauid.
1.*Mac*.4.56. Fecerunt dedicationem altaris diebus octo,& obtulerũt
holocauſta cum lætitia,& ſacrificium ſalutaris,& laudis,&
ornauerunt faciem templi coronis aureis,& ſcutulis,& de-
dicauerunt portas , & paſtophoria, & impoſuerunt eis ia-
nuas.59. Et ſtatuit Iudas et fratres eius et vniuerſa eccleſia
Iſrael,vt agatur dies dedicationis altaris in tẽporibus ſuis,
ab anno in annum per dies octo. à quinta et vigeſima die
menſis Caſteucum cum lætitia et gaudio.
2.*Mach*.2.12 Salomon octo diebus celebrauit dedicationem.

*Deſperatio.*

2.*Reg*.2.26 AN ignoras quod periculoſa ſit deſperatio?
*Iob*. 7. 16. Deſperaui,nequaquã iam vltra viuam(vita gratiæ)
15.22. Non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem,
circumſpectans vndique gladium.





In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea,pu 17.16.
tasne ſaltem ibi erit requies mihi?(non )
Quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam. 19.10.
Quare factus eſt dolor meus perpetuus , & plaga mea *Iere*.15. 18.
deſperabilis renuit curari?
Inſanabilis eſt fractura tua,peſſima plaga tua. 30.12.
Super hoc plãgã & vlulabo,quia deſperata eſt plãga eius *Mich*.1.9.

*Deſperatio pœnam multiplicat.*

DIxitque Cain ad Dominum: Maior eſt iniquitas mea, *Gen*.4.13.
quam vt veniam merear.
Impius cùm in profundum venerit peccatorum , con- *Pro*.18.3.
temnit:ſed ſequitur eum ignominia,& opprobrium.
Et dixiſti,deſperaui,nequaquam faciam: adamaui quip- *Ierem*.2. 25
pe alienos,& poſt eos ambulabo.
Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus , & v- 18.12.
nuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus.
Deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in o- *Ephe*ſ.4. 17
perationem immunditiæ omnis,in auaritiam.

*Pœnam aggrauat.*

TV ergo fili hominis dic ad domum Iſrael: Sic locuti e- *Ezec*.33.10.
ſtis dicentes:iniquitates noſtræ,& peccata noſtra ſuper
nos ſunt,& in ipſis nos tabeſcimus:Quomodo ergo viuere
poterimus?

*Deſiderium præmij & fruitio Dei.*

VNiuerſa terra deſiderabat videre vultum Salomo- 3.Reg.10.24
nis.
Quis det vt veniat petitio mea,& quod expecto,tribuat *Iob*.6.8.
mihi Deus?
Quis mihi det,vt cognoſcam & inueniam illum? 23.3.
Domine ante te omne deſiderium meum. P*ſalm*.37.10.
Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontem aquarum, 41.2.
ita deſiderat anima mea ad te Deus.
Sitiuit anima mea ad te Deum fontem viuum. 3.
Hæc recordatus ſum,& effundi in me animam meam. I*bidem*.5.
Sitiuit in te anima mea,quã multipliciter tibi caro mea. 62.2.
Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini 83.3.
Hei mihi,quia incolatus meus prolongatus eſt. 119.4.
Sicut ablactatus ſuper matre ſua,ita retributio in animã 130.5.
mea.

36.1. Super flumina Babylonis illic ſedimus,& fleuimus,dum recordaremur tui Sion.
142.6. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.
*Prou.*10.24. Deſiderium ſuum iuſtis dabitur.
11.23. Deſiderium iuſtorum omne bonum.
13.23. Lignum vitæ deſiderium veniens.
*Cant.*1.4. Curremus in odorem vnguentorum tuorum.
*Eſa.*26.8. Nomen tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ.
*Iidem.*9. Anima mea deſiderauit te in nocte.
*Dan.*9.13. Ego veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorũ tu es.
10.19. Noli timere vir deſideriorum,pax tibi.
*Rom.*8.27. Qui ſcrutatur corda,ſcit quid deſideret ſpiritus.
*Phil.*1.23. Coarctor è duobus,deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.
*Colloſ.*3.2. Quæ ſurſum ſunt ſapite,non quæ ſuper terram.
*Apoc.*21.61. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis.

*Demetrius filius Seleuci exercet Tyrannidẽ,* 1.Machab. 7.1 *fœdus inire cupit cum Ionatha,* 103 *fœdus ictum violat.* 11.53
*Demetrius aurifaber negotium faceſſit Paulo.* Act.19.23

## *Detractio numeratur inter grauia peccata.*

*Pſal.*14.3. QVi loquitur veritatem in ore ſuo,qui nõ egit dolũ in lingua ſua,nec fecit ꝓximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.
100.5. Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequar.
Pro.10.18. Abſcundunt odium labia mendacia, qui profert contumeliam,inſipiens eſt.
*Cap.*26.20. Cũ defecerint ligna extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcent.
*Rom.*1.30. Tradidit Deus in reprobũ ſenſum detractores,Deo odibiles,cõtumelioſos,ſuperbos,elatos,inuentores malorum, parentibus non obedientes.
2.*Cor.*12.20 Timeo.n. ne forte cũ venero, non quales volo inueniã vos,& ego inueniar à vobis qualem non vultis,ne forte cõtẽtiones,æmulationes,animoſitates,diſſentiones, detractiones,&c.inflationes ſint inter vos.
1 *Pet.*2.1. Deponentes omnẽ malitiã,& oẽm dolum & ſimulationes,& inuidias,& oẽs detractiões ſicut mõ geniti infantes.
*Iacob.*4.11. Nolite detrahere alterutrũ fratres mei, q detrahit fratri, aut qui iudicat fratrẽ ſuum, detrahit legi & iudicat legem.
.*Exo.*22. Diis non detrahes & principi populi tui non maledices.
Non



Nõ maledices ſurdo,nec corã cæco pones offendiculũ: timebis dominũ Deũ tuum, quia ego ſum dominus. *Leuit.*19.
Quare timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? *Num.* 12.
Noli ire cũ eis,neq; maledicas populo,qa maledict9 eſt. 22.
Maledictus qui clam percuſſerit proximum ſuum. *Deut.*27.
Cum ab eis receſſiiſſem detrahebant mihi. *Iob.*19.
Non loquentur labia mea iniquitatem(&c.detrahendo) *Cap.*27.
Sepulchrum patẽs eſt guttur eorũ,linguis ſuis doloſè agebant venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſal.*13.
Prohibe linguam tuam à malo. 33.

## *Detractio bonum peruertit.*

QVare detraxiſtis ſermonibus veritatis,cũ è vobis nullus ſit,qui poſſit arguere me? *Iob.*6.25.
Qui retribuunt mihi mala pro bonis detrahebãt mihi, quoniam ſequebar bonitatem. *Pſal.*37.21.
Quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas intenderunt arcum rem amaram vt ſagittent in occultis immaculatum. 63.4.
Subito ſagittabunt eũ,& nõ timebunt,firmauerunt ſibi ſermonem nequam. *Ibid.* 5.
Scrutati ſunt iniquitates(aliorum.) *Ibid.*7.
Detrahentem ſecretò proximo ſuo hunc perſequar. *Pſal.* 100.5.
Pro eo vt me diligerent,detrahebant mihi. Sic Phariſei ... Chriſti. 108.4.

## *Iudicium ſubuertit*

Si mordeat ſerpẽs in ſilentio nihil minus habet qui occulte detrahit. *Ecclеſ.*10.11.
Viri detractores fuerunt in te, ad effundendũ ſanguinẽ. *Eſec.*22.9.

## *Salubriter vitatur.*

CVſtodite vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguę. *Sap.*1.11.
Tumultus murmurationum non abſcondetur. *Ibid.*10.
Nõ appelleris ſuſurro in vita tua,& lingua tua ne capiaris & confundaris. *Eccleſ.*5.19.
Suſurratori autem odium,& inimicitia,& contumelia. *Ibid.*20.
In cogitatiõe tua Regi ne detrahas,&in ſecreto cubiculi ne maledixeris diuiti, quia & aues cęli portabunt vocẽ tuam,&qui habent pennas annunciabunt ſententiam. *Eccleſ.*10.20.
Bona in mala cõuertẽs inſidiat.& ĩ electis ponit maculã. *Eccleſ.*11.33.
Beatus q tect9 eſt à lingua neq.& q in iracũdia illius iã tranſiuit,&q nõ attraxit iugũ ei9, & in vinculis illi9 nõ eſt ligatus;iugũ.n.illius,ferreum eſt:& vinculũ illius vinculũ æneum eſt 28.23.

 Neque

1.Cor.10.10. Neque murmurraueritis,ſicut quidam patrum ve ſtrorum murmurauerunt,& perierunt ab exterminatore.

Rom.1.30. Detractores Deo (ſunt) odibiles,

1.Cor.6.10. Nec rapaces,nec maledici, regnum Dei poſſidebunt.

Iacob.4.11. Nolite detrahere alterutrũ fratres mei, qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrẽ ſuũ,detrahit legi & iudicat legẽ.

2.Pet.2.1. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & ſimulationes, & inuidias , & omnes detractiones , ſicut modò geniti infantes,rationabiles,ſine dolo, lac concupiſcite,vt in eo creſcatis in ſalutem,ſi tamen guſtatis quoniam dulcis eſt Dominus.

## *Vt non audiatur.*

Prou.4.24. REmoue à te os prauũ,& detrahẽtia labia ſint procul à te.

13.13. Qui detrahit alicui rei , ipſe ſe in futurum obligat.

26.22. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia , & ipſa perueniunt ad intima cordis.

25.23. Ventus Aquillo diſſipat pluuias , & facies triſtis linguam detrahentem.

24.9. Abominatio hominum detractor.

Ibid.21. Cum detractoribus ne cõmiſcearis, quoniã repente conſurget perditio eorum , & ruinam vtriuſque quis nouit?

26.20. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis : & ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt.

Eccle.21.31. Suſurro coinquinabit animã ſuam,& in omnib. odietur.

28.29. Sepi aures tuas ſpinis,& linguam nequam noli audire,& ori tuo facito oſtia,& ſeras auribus tuis.

## *Increpatio deficientium.*

Iob.4.5. NVnc venit ſuper te plaga,& defeciſti.

15.33. Lędatur quaſi vinea in primo flore botrus eius.

Eccleſ.9.1 Qui ſpernit modica,paulatim decidit.

Eſa.5.2. Exſpectaui vt faceret vuas,& fecit labruſcas.

33.11. Concipietis ardorem,& parietis ſtipulam ſpiritus veſter, vt ignis vorabit vos.

37.27. Facti ſunt ſicut herba tectorum,quæ exaruit.

Aggai.1.9. Reſpexiſtis ad amplius,& ecce factum eſt minus & intuliſtis in domũ,& exufflaui illud:quam ob cauſam dicit Dominus? quia domus mea deſerta eſt,& vos feſtinaſtis vnuſquiſque in domum ſuam.

2.4. Quis vidit domum iſtam in gloria ſua prima..

Gal.2.21. Non abiicio gloriam Dei.

1.Cor.15.58. Fratres ſtabiles eſtote & immobiles,abũdãtes ĩ opere Dñi

Si



Stulti eſtis,vt cũ ſpiritu cæperitis,nũc carne cõſũmamini Gal.3.3.

Currebatis bene,quis vos impediuit? 5.7.

Bonum facientes non deficiamus,tempore ſuo metem⁹. 6.9.

Spiritum nolite extinguere. 1.Theſſ.5.19.

Fratres nolite deficere benefacientes in Chriſto Ieſu. 2.Theſſ.13.

Non ſegnes efficiamini. Heb.6.12.

Memor eſto vnde excideris.

## *Deriſor Deum offendit.* Apoc.2.5.

QVi deridetur ab amico ſuo,ſicut ego, inuocabit Deũ & exaudiet eum. Iob.12.4.

Abominatio Domini eſt omnis illuſor. Prou.3.32.

Ipſe deludet illuſores,& manſuetis dabit gratiam.

Tunc ſtabunt iuſti & magna conſtantia aduerſus eos, Ibidem.34.

qui ſe anguſtiauerunt & qui abſtulerunt labores eorum. Sap.5.11.

Videntes turbabũtur timore horribili,& mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe, pœnitentiã Ibidem. 2.

agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes:Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum,& in ſimilitudinem improperij.Nos inſenſati vitã illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore:Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei,& inter Sanctos ſors illorum eſt.

Non irrideas hominem in amaritudine animæ:eſt enim qui humiliat,& exaltat circumpector Deus. Eccle.7.12.

## *Proximũ vilipẽdit nõ enim parcit ſimpliciter viuenti.*

DEridetur iuſti ſimplicitas

Ambulans recto itinere & timens Deum,deſpicitur Iob.12.4.

ab eo,qui infami graditur via. Prou 14.2.

## *Malum ſibi accendit*

Parata ſunt deriſoribus iudicia:& mallei percutientes ſtultorum corporibus . Prou.19.29.

Eiice deriſorem, & exibit ab eo iurgium,ceſſabuntq; cauſæ & contumeliæ. 22.10.

Illuſio & improperiũ ſupborũ,& vindicta ſicut inſidiabit. Ecleſ.27.31.

Et qui ſpernis nonne & ipſe ſperneris? cum conſummaueris deprædationem,deprædaberis:cum fatigatus delieris contemnere contemneris. Eſa.33.1.

## *Deus eſt omnipotens,& nihil ei impoſſibile.* Gen.17.1.

POſtquã vero Abrahã , nonaginta & noue cœperat eſſe annorũ:apparuit ei Dñs,dixitq; ad eum:ego Dñs omnipotẽs,ambula corã me & eſto pfect⁹,c.43.14. c.48.3.39.

 Num-

Cap.18.14. Nunquid Deo quicquã eſt difficile? Iuxta condictum reuer-
tar ad te, hoc eodẽ tẽpore, vita comite, & habebit Sara filium.

Cap. 35. 11. Ego Deus omnipotẽs, creſce & multiplicare gentes & po-
puli nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur.

Num. 11. 23. Nunquid manus domini inualida eſt? Iam nunc videbis
vtrum meus ſermo opere compleatur.

1. Reg. 14. 6. Dixit Ionathas ad adoleſcentem armigerum ſuum: ve-
ni, tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum horum, ſi for-
te faciat dominus pro nobis: quia non eſt domino difficile ſal-
uare, vel in multis vel in paucis.

Iere. 32. 17. Heu, heu, heu, domine Deus, ecce tu feciſti cœlum &
terram, in fortitudine tua magna, & in brachio tuo exten-
to, non erit tibi difficile omne verbum.

Math. 19. 26 Ait Ieſus: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum
autem omnia poſſibilia ſunt Idem Marci. 10. 27.

Luc. 1. 37. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

Cap. 18. 27. Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt a-
pud Deum.

## *Deus omnia regit pro ſua voluntate.*

Geneſ. 50. 19. NOlite timere, nũ Dei reſiſtere poſſum⁹ volũtati? Vos co-
gitaſtis de me (Ioſeph) malũ ſed De⁹ vertit illud in bonum.

Iob. 12. 13. Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, ipſe habet con-
ſilium & intelligentiam.

Pſal. 102. 19. Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam, & regnum ipſius
omnibus dominabitur.

Prou. 16. 4. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus: im-
piũ quoque ad diem malum. 9. Cor hominis diſſipauit viam
ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus ſuos.

Cap. 20. 24. A domino diriguntur greſſus viri, quis autem hominum
intelligere poteſt viam ſuam?

Cap. 21. 1. Sicut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu domini,
quocumque voluerit inclinabit illud. 30. Non eſt ſapientia,
non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum.

Eſa. 26. 15. Indulſiſti genti domine indulſiſti genti, nunquid glorifica-
tus es elongaſti omnes terminos terræ.

Iere. 10. 23. Scio domine, via non eſt hominis via eius, nec viri eſt
vt ambulet & dirigat greſſus ſuos.

Daniel. 2. 21. Ipſe mutat tẽpora & ætates, trãsfert regna atq; conſtituit,
dat ſapiẽtiã ſapiẽtib & ſciẽtiã intelligẽtib. diſciplinam, &c.

Math. 20. 14 Tolle quid tuum eſt & vade, volo autem & huic nouiſſi-
mo dare ſicut & tibi.

Moy-



ſi enim dicit: Miſerebor cuius miſereor, & miſericor- Rom. 9. 15.
diam præſtabo cui miſerebor.

Deus eſt qui operatur in vobis, & velle & perficere pro ſua Philip. 2. 13.
(voluntate.

## *Deus eſt pater omnium fidelium ipſi obtemperantium.*

HÆccine reddis domino popule ſtulte & inſipiens, nũ- Deut. 32. 6.
quid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit &
creauit te? Prouerb. 1. 7. Iere. 3. 4.

Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dñs ti- Pſal. 102. 13.
mentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.

Conuertimini filij reuertentes dicit dominus: quia ego Ierem. 3. 14.
vir veſter, & aſſumã vos vnum de ciuitate, duos de cogna-
tione, & introducam vos in Syon. 19. Ego autem dixi: quõ
ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſiderabilem, hę-
reditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi: Patrem
vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis.

Filius honorat patrem ſuum, & ſeruus dominum ſuum: ſi Malach. 1. 6.
ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ego
ſum vbi eſt timor meus? dicit dominus exercituum.

Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in cœlis, Sancti- Math. 6. 9.
ficetur nomen tuum Luc. 11. 2. Idem habetur.

Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum, qui in cœlis eſt Cap. 18. 14.
vt pereat vnus de puſillis iſtis.

Dicit ei Ieſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi Ioan. 20. 17
ad Patrẽ meum: Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcẽ-
do ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum &
Deum veſtrum. 1. Corinth, 8. 6.

Non enim accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum timore Rom. 8. 15.
ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clama-
mus Abba Pater.

Benedictus Deus & pater domini noſtri, Ieſu Chriſti, pa- 1. Cor. 1. 3.
ter miſericordiarum & deus totius conſolationis, qui con-
ſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi
conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, &c.

Propter quod exite de medio eorum (infidelium) & ſepara- Cap. 6. 18.
mini dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego re-
cipiam vos, & ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in fi-
lios et filias, dicit dominus omnipotens. Epheſ. 3. 14.

Vnus Deus et pater omnium qui eſt ſuper omnes, et per Epheſ. 4. 6
omnia et in omnibus nobis 1. Theſſ. 3. 2. Theſſ. 1. 1. 2.

O 4 Ipſe

2.Teſſa.2.16. Ipſe aũt Dñs noſter Ieſus Chriſt⁹ & De⁹ pater noſter, q d
lexit nos & dedit cõſolationẽ æternã & ſpẽ bonã in gratia.

*Deus eſt verax & fidelis.*

Exod.34.6. QVo (Dño Deo) trãſeũte corã eo (Moyſe) ait domina-
tor Dñe Deus, miſericors & clemẽs, patiẽs & multæ
miſerationis ac verax, quæ cuſtodis miſericordiã in millia
qui aufers iniquitatem, & ſcelera atque peccata, nullusque
apud te per ſe innocuus eſt.

Num.23.19. Nõ eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec filius hominis (vt mutetur.

Deut.7.9. Et ſcies quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis &
fidelis cuſtodiens pactum & miſericordiã diligentibus ſe, &
his qui cuſtodiunt præcepta eius in mille generationes, &
reddẽs odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos & vltra nõ
differat protinus eis reſtituens quod merentur.

Cap.32.4. Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius Iudicia, Deus
fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus.

1.Reg.15.29. Porrò triumphator in Iſrael non parcet, & penitudine nõ
flectetur neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam.

Eſa.49.7. Reges videbũt, & cõſurgẽt principes, & adorabũt propter
Dñm quia fidelis eſt, & ſanctũ Iſrael qui elegit te. 1.Cor.1.8.

Ioan.3.33. Qui accipit eius teſtimoniũ, ſignauit quia Deus verax eſt.

Cap.8.26. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, ſed qui me miſit
verax eſt, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

Rom.3.4. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax.

1.Cor.10.13. Tentatio vos non apprehendat niſi humana: Fidelis autẽ
Deus eſt, qui nõ patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis
ſed faciet ẽt cum tentatione prouentũ, vt poſſitis ſuſtinere.

1.Theſſ.5.24. Fidelis eſt qui vocauit vos, qui etiam faciet.

2.Theſſ.3.3. Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet
à malo. Apocal.3.7.14.

2.Tim.2.13. Si ſuſtinebimus & conregnabimus, ſi negauerimus & ille
negabit nos, ſi non credimus ille fidelis permanet, negare
ſeipſum non poteſt ad Titum.1.2.

1.Ioan.1.9. Si cõfiteamur peccata noſtra fidelis eſt & iuſtus vt remittat
nobis peccata noſtra, & emũdet nos ab oĩ iniq̃tate. C. 5.20.

*Deus eſt in eſſentia vnus.*

Exod.3.14. DIxit Dominus ad Moyſen: Ego ſum qui ſum: ait: ſic di-
ces filiis Iſrael, qui eſt miſit me ad vos.

Deut.4.35. Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter vnum.

Cap.6.4. Audi Iſrael: Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. c.7.9.

Videte



Videte ꝙ ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me, Cap.32.39
ego occidam & ego viuere faciam, percutiã & ego ſanabo
& nõ eſt q̃ de manu mea poſſit eruere. ca.10.17. 3.Reg.18.36.

Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia nõ eſt ſimi- 2.Reg.7.22.
lis tui, neque eſt Deus extra te in omnibus, quæ audiuimus
auribus noſtris. 3.Reg.8.60.

Non eſt alius Deus quàm tu, cui cura eſt de omnibus, vt Sap.12.13.
oſtendas quoniam non iniuſte iudicas Iudiciũ.

Orauit Ezechias ad Dominum Dicens: Domine exerci-
tuũ Deus Iſrael, qui ſedes ſuper cherubim, tu es Deus ſolus Eſa.37.16.
omnium regnorum terræ, tu feciſti cœlum & terram, Incli-
na Domine aurem tuam & exaudi, &c.

Vos teſtes mei dicit Dominus, & ſeruus meus, quem ele Cap.43.10.
gi: vt ſciatis & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipſe
ſũ, ante me nõ eſt format⁹ De⁹, & poſt me nõ erit. Tob.13.3.

Hæc dicit Dñs rex Iſrael, & redẽptor eius Dñs exercituũ Cap.44.6.
Ego prim⁹ & ego nouiſſim⁹ & abſq; me nõ eſt De⁹: 24. c.45.

Recordamini prioris ſæculi, quoniam ego ſum Deus, & Cap.46.9.
non eſt vltra Deus, nec eſt ſimilis mei.

Ego autẽ Dominus Deus tuus ex terra Ægypti, & Deũ Oſee.13.4.
abſque me neſcies, & ſaluator non eſt præter me.

Sicut enim in conſpectu eorum, ſanctificatus es in nobis Eccleſ.36.5.
ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in eis, vt cognoſcãt
ſicut & nos cognouimus, qm̃ non eſt Deus præter te Dñe.

Audi Iſrael, dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Marc.12.29.

Hæc eſt autem vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deũ Ioan.17.3.
& quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Nam etſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo ſiue in terra 1.Cor.8.6.
(ſiquidem ſunt Dij multi & domini multi) nobis tamẽ vnus
Deus pater, ex quo omnia, & nos in illum, & vnus dominus
Ieſus Chriſtus per quem omnia, & nos per ipſum.

Mediator autem vnius non eſt Deus autem vnus eſt. Gal.3.20.

Vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per Epheſ.4.6.
omnia, & in omnibus nobis,

Vnus enim Deus, vn⁹ eſt mediator Dei, & hominũ homo 1.Tim.2.5.
Chriſtus Ieſus qui dedit redẽptionẽ ſemetipſum ꝓ omnib.

*Deus eſt trinus in perſonis: Vide Trinitas.*

*Deus æternus eſt nec principium habet, ſed eſt ipſe principium & finis.*

Exod.15.18. DOminus regnabit in æternum & vltra.

Iob.63.26. Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram, numerus annorum eius inæſtimabilis.

Eſa.41.4. Quis hæc operatus eſt,& fecit vocans generationes ab exordio? Ego Dñs prim⁹ & nouiſſimus. Ego sũ Daniel.7.9.

Cap. 43. 10. Vos teſtes mei dicit Dominus,& ſeruus meus quem elegi, vt ſciatis & credatis mihi,& intelligatis qa ego ipſe ſum, ante me non eſt formatus Deus & poſt me non erit.

Cap.44.6. Ego primus & ego nouiſſimus & abſq; me nõ eſt Deus. Cap.57.15.Rom.16.26.

Cap.48. 12. Audi me Iacob,& Iſrael quem ego voco, ego ipſe, ego primus & ego nouiſſimus. (regni tui.

Heb.1.1. Thronus tuus Deus in ſeculũ ſeculi, virga æquitatis, virga

Apoc.1.8. Ego ſum α & ω, principium & finis dicit Dominus Deus qui eſt,& qui erat,& qui venturus eſt omnipotens.17. Idem c.21.6.habetur. Item cap.22.13.

### *Deus nouit, audit & videt omnia.*

Num.12.2. LOcuta eſt Maria,& Aaron contra Moyſen, propter vxorem eius Æthiopiſſam,& dixerunt. Num per Solum Moyſem locutus eſt Dominus? nonne & nobis ſimiliter eſt locutus? quod cum audiuiſſet dominus, iratus eſt.

Deut. 31.21. Scio enim cogitationes eius quæ facturus ſit hodie, antequàm introducam eum in terram quam ei pollicitus ſum, (De Ioſue duce loquitur Deus.)

1.Reg.2.3. Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro quia Deus ſcientiarum Dominus eſt & ipſi præparantur cogitationes.

Cap.16.7. Iuxta hominis vultum ego non iudico, homo enim videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.

2.Para.16.9. Oculi domini contemplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem eis qui corde perfecto credunt in eum.

Iob.28.24. Ipſe enim fines mundi intuetur, & omnia quæ ſub cœlo ſunt reſpicit.

Cap.31.4. Nónne ipſe conſiderat vias tuas,& cunctos greſſus meos dinumerat, Idem Prouerb.5.21.

Cap.42.1. Reſpondens autem Iob Domino, dixit: Scio quia omnia potes,& nulla te latet cogitatio.

Pſal. 7.10. Conſumetur nequitia peccatorum,& diriges iuſtum ſcrutans corda & renes Deus.

32.13. De cœlo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum.

37.10. Domine ante te omne deſiderium meum & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

Poſuiſti



Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſeculum no- 89. 8.
ſtrum in illuminatione vultus tui.

Ecce Domine tu cognouiſti omnia nouiſſima, & anti- 138. 5.
qua, tu formaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam.

In omni loco oculi Domini, contemplantur bonos & ma Prou.15.3.
los: 11. Infernus & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum Cap.24.12.

Væ qui profundo eſtis corde, vt à Domino abſcondatis Eſa. 29. 15.
conſilium, quorum ſunt in tenebris opera & dicunt: quis videt nos,& quis nouit nos?

Priuſquam te formarem in vtero noui te,& antequã exi- Iere.1. 5.
res de vulua ſanctificaui te,& prophetam in gentibus dedi te. (ad Ieremiam prophetam loquitur.) Ieremiæ 7.11.

Ego Dominus ſcrutans cor & probans renes, qui do vni Cap.17.10.
cuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuẽtionum ſuarum, cap.23.24.

Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu: Cuius Cap.32. 19.
oculi aperti ſunt, ſuper omnes vias filiorũ Adã, vt reddas vnicuiq; ſecũdũ vias ſuas & ſecundũ fructũ adinuentionũ eius.

Opera omnis carnis coram illo & non eſt quicquam ab- Eccleſ.39.24
ſconditum ab oculis eius.

Qui vniuerſa conſpicit Dominus Deus Iſrael, percuſſit 2.Mac. 9.5.
eum inſanabili & inuiſibili plaga (ſ. Antiochum.)

Te autem faciẽte eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid Matth. 6. 3.
faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito,& pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.

Murmurantibus Scribis & diſcentibus in cordibus ſuis. Marc. 2. 7.
Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris?

Proteſtatus eſt Ieſus & dixit: Amen amen dico vobis quia Ioan. 13. 21.
vnus ex vobis tradet me.

Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & nõ eſt opus tibi vt quis Cap. 16.30.
te interroget, in hoc credimus quia à Deo exiſti.

Petrus ait: Tu ſcis Domine quia amo te. Cap. 21. 17.

Qui autem ſcrutatur corda ſcit quid deſideret Spiritus, Rom. 8. 27.
quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.

Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt Ioan. 3.20.
Deus corde noſtro & nouit omnia.

Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, omnia Ephes 4. 13.
autem nuda & aperta ſunt oculis eius.

Deum

### *Deum nemo videre poteſt in hac vita. mortali.*

Exod.33.20. AIT Moyſi Deus:Non poteris videre faciem meam,nõ enim videbit me homo & viuet.

Deut. 4.12. Loquutus eſt Dominus ad vos,de medio ignis,vocẽ verborum eius audiſtis,& formam pœnitus non vidiſtis.

Ioan. 1. 18. Deum nemo vidit vnquam.Idem 1.Ioan.4.12.Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit.

1.Tim.6.16. Qui ſolus habet immortalitatem & lucem inhabitat inacceſſibilem,quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt,cui honor & imperium ſempiternum.

1.Ioan. 9.12. Deum nemo vidit vnquam.

### *Deus & diuina omnia non poſſunt humana induſtria ſine reuelatione comprehendi.*

3.Reg.3.5. APparuit autem Dominus Salomoni per ſomnium nocte dicens:Poſtula quod vis vt dem tibi.

Iob. 32. 8. Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam.

Pſalm.142.8. Auditam fac mihi miſericordiã tuam,quia in te ſperaui.

Matt.11. 25. In illo tempore reſpondens Ieſus, dixit Confitebor tibi pater Domine cœli,& terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus,& reuelaſti ea paruulis.Idem Lu.10.21.

Cap. 13.11. Vobis datum eſt noſce myſteria regni cœlorum, illis autem non eſt datum.Idem Luc.8.10.

Cap.17.17. Beatus es Bar-Iona quia caro & ſanguis non reuelabit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt.

Ioan.1.10. In mundo erat,& mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.

Galat.1.11. Notũ enim vobis facio fratres,euangeliũ qđ euãgelizatũ eſt à me,q̃a nõ eſt ſecũdũ hominẽ,neq; enim ego accepi illud ab homine neq; didici,ſed p̱ reuelatioñẽ Ieſu Chriſti.

### *Deus eſt immenſus & incircumſcriptibilis.*

3.Reg.8.27. ERgone putandum eſt quòd vere Deus habitet ſuper terram?Si enim cœli & cœli cœlorum te capere nõ poſſum,quanto magis domus hæc quam ædificaui?

2.Para. 2.6. Quis poterit præualere vt ædificet ei dignam domum? ſi cœli & cœli cœlorum capere eum nequeunt, quantus ego ſum vt poſſim ædificare ei domum?

Ex-



Excelſior cœlo eſt,& quid facies?profundior inferno, & vnde cognoſces? Iob. 11. 8.

Hæc dicit Dominus:Cœlũ ſedes mea, terra autẽ ſcabellũ pedum meorũ,quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? Eſa.66. 1.

Si occultabitur vir in abſconditis,& ego non video eum dicit Dominus?nunquid non cœlum & terram ego impleo dicit Dominus? Iere. 23. 24.

Si deſcenderint vſq; ad infernũ,inde manus mea educet eos,& ſi aſcenderint vſque in cœlum,inde derahã eos, &c. Amos. 9. 2.

### *Deus teſtatur ſe Deum,Saluatorem,&c.*

STatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te,in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Gene.17.7.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti,de domo ſeruitutis. Exod.20. 2.

Habitabo in medio filiorũ Iſrael,eroq; eis Deus,& ſcient quia ego Dominus Deus eorũ,qui eduxi eos de terra Ægypti,vt manerem inter illos,ego Dominus Deus ipſorum. Cap. 29.45.

Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & nõ abiiciet vos anima mea, &c. Leuit.26.11.

Dominus firmamentum meũ & refugiũ meũ & liberator meus,Deus meus,adiutor meus, ſperabo in eum,protector meus,& cornu ſalutis meæ,& ſuſceptor meus. Pſal. 17. 3.

Hoc erit pactum quod feriã cum domo Iſrael poſt dies illos dicit Dominus,dabo legem meam in viſceribus eorũ & in corde eorum ſcribam ea, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Iere. 31. 33.

Saluos eos faciam de vniuerſis ſedibus ſuis, in quibus peccauerunt,& enumerabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Ezech.37.23.

### *Deus eſt Dominus, ac Creator cœli & terræ,*

*Vide Creator.*

### *Deus nihil eorum quæ fecit,odit.*

DIligis enim omnia quæ ſunt,& nihil odiſti eorum quæ feciſti,nec enim odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti. Sapiẽ.11.25.

### *Deus eſt iudex totius mundi reddens cuique prout geſſit.*

OPus enim hominis reddet ei,& iuxta vias ſingulorũ reſtituet eis. Iob.24.11.

Tibi

*Pſal.* 61. 13. Tibi Domine miſericordia,quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.
*Pſal.* 95. 13. Iudicabit orbẽ terræ,in æquitate & populos in veritate ſua.
*Hier.* 17.10. Ego Dominus ſcrutãs cor & probãs renes,qui do vnicuique iuxta viã ſuã,& iuxta fructum adinuentionum ſuarum.
*Cap.* 25.14. Reddam eis ſecundum opera eorum, & ſecundum facta manuum ſuorum.
*Mat.* 16.27. Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis,& tũc reddet vnicuiq; ſecũdũ opera eius.Idẽ.25.31.
*Rom.* 2.6. Reddet vnicuique ſecundum opera eius

*Vocabulum Deus,ſoli Deo tribuitur.*

*Deut.*6.4. AVdi Iſrael,Dominus Deus noſter Deus vnus eſt.
*Cap.* 32.39. Videte ꝙ ego ſum ſolus,& nõ ſit alius Deus preter me
1. *Reg.* 2. 2. Non eſt ſanctus vt eſt Dominus,neque enim eſt alius extra te,& non eſt fortis ſicut Deus noſter.
*Pſal.* 85. 10. Qm̃ magnus es tu,& faciens mirabilia,tu es Deus ſolus.

*Vocabulum Deus,aliis tamen tribuitur.*

*Exod.* 7.1. DIxitq; Dominus ad Moyſen: ecce conſtitui te Deum Pharaonis:& Aaron frater tuus erit Propheta tuus.
*Cap.* 22. 8. Si latet fur,dominus domus applicabitur ad Deos,& iurabit ꝙ non extenderit manum ſuam ad rem proximi ſui.
1.*Reg.*28.13. Dixit mulieri rex:Noli timere,quid vidiſti?Et ait mulier ad Saul:Deos vidi aſcendentes de terra.
*Pſal.* 46.10. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abrahã, quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.

*Deus ſolus bonus.*

*Matt.*19.17. QVid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus.
*Luc.*18. 19. Quid me dicis bonum?Nemo bonus niſi ſolus Deus.

*Aliis tribuitur bonitas.*

*Gen.* 1. 31. VIdit Deus cuncta quæ fecit,& erant valde bona.
*Num.* 14. 7. Terra quam circuiuimus valde bona eſt.
1.*Reg.*29.9. Reſpõdens Achis,locutus eſt ad Dauid. Scio quia bonus es tu,in oculis meis ſicut angelus Dei.
2.*Reg.*18.27. Ait rex: (Dauid) vir bonus eſt, & nuncium portans bonum,venit.
*Iudith.*12.12 Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominum meum.
*Pſal.*145. 1. Laudate Dominum quoniam Bonus eſt Pſalmus, Deo noſtro ſit iocunda decoraque laudatio.

Qui



Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iocunditatem à Domino. *Prou.*22. 18.
Melius eſt nomen bonum,quàm diuitiæ multæ ſuper argentum & aurum,gratia bona. *Cap.* 22. 1.
Qui ſibi nequã eſt,cui alij bonus erit?& non iocundabitur in bonis ſuis.Iere.7.3. *Eccle.*14.5.
Reſpondens Petrus ait, Ieſu: Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe,faciamus tria tabernacula.50.Bonum eſt ſal,ꝙ ſi ſal inſulſum fuerit in quo illud condietis? habete in vobis ſal & pacem habere inter vos. *Marc.*9. 5.
Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonũ & malus homo de malo theſauro profert malum. *Luc.* 6. 45.

*Deus ſolus ſanctus.*

NOn eſt ſanctus vt eſt Deꝰ,neq; .n.eſt alius extra te,&c. 1.*Reg.* 2. 2.

*Aliis ſanctitas tribuitur.*

DEus ait (Moyſi) ne appropinques huc (inquit) ſolue calciamentum de pedibus tuis,locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt.Idem Ioſue.5 15. *Exod.* 3. 5.
Dies prima erit ſancta atque ſolemnis,& dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis. *Cap.* 12.16.
Viri ſancti eritis mihi,carnem quæ à beſtiis fuerit prægustata,non comedetis,ſed proiicietis canibus. *Cap.* 22. 30.
Facies veſtẽ ſanctam Aarõ fratri tuo in gloriã & decorẽ. *Cap.* 28. 2.
Arietem autem conſecrationis tolles, & coques carnes eius in loco ſancto. *Cap.* 29. 31.
Sanctificabis omnia & erunt ſancta ſanctorum,qui tetigerit ea ſanctificabitur. *Cap.* 30. 29.
Ego enim ſum Dominus Deus veſter,ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. *Leuit.*11.44.
Cum ſancto ſanctus eris,& cum robuſto perfectus. 2.*Reg.*22.26.
Quæ (.ſ.Sunamitida) dixit ad virum ſuum aduimaduerto quod vir Dei ſanctus eſt iſte,qui trãſit per nos frequẽter. 4.*Reg.*4.9.
Dixerunt (Iudith) Ozias,& presbyteri: nunc ergo ora pro nobis,quoniam mulier ſancta es,& timens Deum. *Iudith.* 8.29
Adorabo in templum ſanctum tuum in timore tuo. *Pſalm.*5.8.

*Deus ſolus fortis.*

NOn eſt ſanctus vt eſt Dominus, neque enim eſt alius extra te,& non eſt fortis ſicut Deus noſter. 1.*Reg.*2.2.

*Aliis fortitudo tribuitur.*

NEquaquam Iacob appellabitur nomẽ tuũ, ſed Iſrael qm̃ *Gen.* 32. 28.

ſi con-

ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis.

Pſalm. 53. 5. Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam.

Hiere. 9. 23. Hęc dicit Dominus non glorietur ſapiens in ſapientia ſua & non glorietur fortis in fortitudine ſua, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſce me, &c.

Matt. 12. 29. Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius allegauerit fortem & tunc domum illius diripiet. Idem Marc. 3. 27.

Luc. 11. 21. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet.

1. Pet. 5. 9. Cui reſiſtite fortes in fide ſcientes eandem paſſionem, quæ in mundo eſt veſtræ faternitati fieri.

### *Deus ſolus iuſtus.*

2. Mac. 1. 25. Solus es bonus rex, ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus, &c.

### *Alij quoque iuſti.*

Geneſ. 7. 1. Dixit dñs ad Noe, ingredere tu & omnis domus tua in arcam, te enim vidi iuſtũ corã me in generatione hac.

Cap. 18. 23. Nunquid perdes iuſtum cum impio?

Pſal. 33. 16. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorũ.

36. 39. Iuſti hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.

Sap. 5. 16. Iuſti autem in perpetuum viuent & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſimum.

Matt. 1. 19. Ioſeph, autem vir eius, cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam.

Cap. 10. 41. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti mercedem iuſti accipiet.

25. 46. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Luc. 1. 6.

Rom. 1. 17. Iuſtus ex fide viuit.

### *Deus ſolus pius.*

Apoc. 15. 4. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum quia ſolus pius es, quoniam omnes gentes venient & adorabunt in conſpectu tuo.

Alij



### *Alij etiam etiam pij*

1. Pet. 2. 9. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, &c.

### *Deus ſolus beatus.*

1. Tim. 6. 15. Quem ſuis temporibus oſtendet beatus, & ſolus potẽs rex regum, & Dominus dominantium.

### *Alij beati.*

Gen. 30. 13. Dixit Lya. beatam me dicent mulieres.

Pſal. 1. 1. Beatus vir qui nõ abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, &c.

40. 1. Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

118. 1. Beati immaculati in via, &c.

Matt. 5. * Octo tradit apoſtolis beatitudines dicẽs: Beati pauperes Spiritu, beati mites, &c. Cap. 16. 17. Beatus Bar Ionas, &c.

Cap. 24. 46 Beatus ille ſeruus quem cum venerit Dominus inuenerit ſic facientem.

Luc. 1. 48. Beatam me dicent omnes generationes.

Cap. 14. 14. Quum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos cæcos & beatus eris, &c

### *Deus ſolus potens.*

1. Tim. 6. 15. Quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, &c.

### *Alij potentes.*

Pſal. 111. 2. Potens in terra erit ſemen eius generatio rectorum benedicetur.

Luc. 1. 52. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles.

### *Deus ſolus immortalis.*

1. Tim. 6. 16. Qui ſolus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſſibilem. &c.

### *Aliis tribuitur immortalitas.*

Sap. 1. 15. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis.

Cap. 4. 1. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius, &c. cap. 8. 17.

P Deus

### *Deus facit mirabilia ſolus.*

Pſal.71.18. BEnedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus.

135.4. Qui facit mirabilia magna ſolus quoniam in æternum miſericordia eius.

### *Alij faciunt quoque mirabilia.*

Deut.34.12. MAgna mirabilia quæ fecit Moyſes, coram vniuerſo Iſrael.

Eccleſ.31.9. Quis eſt hic & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita ſua.

Cap.48.4. Verbo domini deiecit à ſe ignem terrę ſic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. 15. In vita ſua fecit monſtra; & in nocte mirabilia operatus eſt.

### *Deus ſolus nouit occulta corda.*

3.Reg.8.39. TV propitiaberis, & facies vnicuique ſecundum omnes vias ſuas, ſicut videris cor eius (quia tu ſolus noſti cor filiorum hominum,) &c. idem, 2. Para.30.

### *Alij quoque nouerunt ſecreta cordis.*

4.Reg.5.26. NOnne cor meum in præſenti erat quando homo reuerſus eſt de curru ſuo in occurſum tui? nunc igitur accepiſti argentum & accepiſti veſtes, vt emas oliueta, &c. 1.Reg.9.19.

### *Deus ſolus peccata dimittit.*

Luc.5.21. DIxerunt Scribæ & Phariſæi: Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus?

### *Dimittunt & alij peccata.*

Matth.18.18 AMen amen dico vobis quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlo.

Ioan.20.23. Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis. &c.

### *Deo ſoli honor & gloria.*

Eſa.42.8. EGo Dominus hoc eſt nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, &c.

1.Tim.1.17. Soli Deo honor & gloria, in ſecula ſeculorum Amen.

### *Aliis quoque tribuuntur honor & gloria.*

4.Re.4.14.10 COntentus eſto gloria, & eſto in domo tua, quare prouocas malum, vt cadas tu, & Iudas tecum? &c.

2. Par.17.5. Confirmauit Dominus regnum in manu eius (Ioſaphat) & dedit



dedit omnis Iuda munera Ioſaphat, factęque ſunt ei infinitæ diuitiæ & multa gloria.

Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Pſal.149.9.

Quis probatus eſt in illo & perfectus eſt, & erit illi gloria æterna? qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit. Eccleſ.31.10.

Amice aſcende ſuperius, tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Luc.14.10.

Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicē accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Ioan.5.44.

### *Deus ſolus adorandus.*

EGo Dominus Deus veſter, non facietis vobis idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidē ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum, ego enim ſum Dominus Deus veſter, Deut.5.9. Non adorabis ea, &c. Leuit.26.1.

Scriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Matth.4.10

### *Aliis adoratio tribuitur.*

CVmque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum. Quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui & adorauit in terram. Vide ſuperius verbo adoratio. Geneſ.18.2.

### *Deo ſoli ſeruiendum.*

DOminum Deum tuum timebis & illi ſoli ſeruies ac per nomen illius iurabis. Idem cap.10.20. Matth.4.10. Deut.6.13.

### *Alijs autem poſt Deum ſeruiendum.*

Væ gētes ſūt in vtero tuo, & duo populi ex vētre tuo diuidēt, populuſq; populū ſuperabit & maior ſeruiet minori. Geneſ.25.23.

Seruiuit Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Cap.29.20.

Qui autem fideles habent Dominos non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt, & dilecti, qui beneficij participes ſunt. 1.Tim.6.2.

### *Deus eſt honorandus ex corde, per debitam dilectionem.*

FIli honora Dominum, & valebis: præter eum vero ne timueris alienum. Prou.7.1.

Honora Dominum ex tota anima tua. Ibidem.

Quid dignū offerā Domino? Curuabo genu Deo excelſo. Mich.6.6.

 Nun-

Nũquid offerã ei holocauſtomata,&vitulos anniculos:Nũ
quid placari poteſt Deus in Milibus arietum?
Ibid.8. Indicabo tibi ô homo,quid ſit bonum.& quid dominus
requirat à te?Vtique facere iudicium,& diligere miſericor
diam,& ſolicitum ambulare cum Deo tuo.
1.Tim.1.17. Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo
honor & gloria in ſecula ſeculorum.Amen.

### *Per deuotam laudationem.*

Deut.10.21. IPſe eſt laus tua & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magna-
lia,& terribilia quæ viderunt oculi tui.
Pſal.98.31. Laudabo nomen Dei cum cantico.6.Et Placebit Deo ſu
per vitulum nouellum cornua producentem.
28.2. Afferte Domino gloriam & honorem.
33.2. Benedicã Dñm in omni tpe ſẽp laus eius in ore meo.
Ibid.4. Magnificate Dominum mecum:& exultemus nomen e-
ius in idipſum.
47.11. Secundũ nomẽ tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ.
49.14. Immola Deo ſacrificium laudis.
Ibid.16. Peccatori autem dixit Deus:Quare tu enarras iuſtitias
Ibid.23. Sacrificium laudis honorificabit me. (meas?
118.164. Septies in die laudem dixi tibi.
Eccleſ.15.9. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.
39.41. Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite
nomen domini.
43.32. Glorificantes Dñm quantumcũque potueritis superuale
bit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicẽtes
Dominũ,exultate illũ quantum poteſtis, maior eſt.n.omni
laude.Exultantes illum replemini virtute.
59.7. Confitebor tibi Domine rex,& collaudabo te Deum ſal
uatorem meum.
Eſa.12.2. Quia fortitudo mea.& laus mea Dominus Deus, & fa
ctus eſt mihi in ſalutem.
29.13. Eo,q̃a appropinquat populus iſte ore ſuo , & labiis ſuis
glorificat me:cor aũt eius longe eſt à me, & timuerunt me
mandato hominum & doctrinis : ideo ecce ego addam,vt
admirationem faciam populo huic miraculo grandi,& ſtu-
pendo peribit enim ſapientia à ſapientib.eius,&intellectus
prudentium eorum abſcondetur.
Eſa.42.12. Ponent Dño gloriã, & laudẽ eius in inſulis nuntiabunt.
43.21. Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit.

Leue-



Leuemus corda noſtra cũ manib⁹ ad Dominũ in cælos. Tren.3.41.
Et non clamauerunt ad me in corde ſuo , ſed vlulabant Oſee.7.14.
in cubilibus ſuis:ſuper triticum & vinum ruminabant,& re
ceſſerunt à me.
Aufer à me tumulum carminum tuorum,& cantica lyræ Amos.5.23.
tuæ non audiam.
Hypocritæ bñ ꝓphetauit de vobis Eſaias,dicẽs populus Matt.15.8.
hic labiis me honorat,cor autem eorum longe eſt à me.
Dico vobis,quia ſi hic tacuerint,lapides clamabunt. Luc.19.40.
Pſallam ſpiritu,pſallam & mente. 1.Cor.14.15
Impleamini Spiritu ſãcto,loquẽtes vobiſmetipſis in pſal Epheſ.5.19.
mis,hymnis & cãticis ſpiritualib.cãtãtes &pſallentes in cor
dib,veſtris Dño gr̃as agẽtes ſemp ꝓ oĩb.in noĩe Dñi noſtri
Ieſu chriſti Deo & patri ſuibecti inuicem in timore Chriſti.
Verbũ Chriſti habitet in vobis abũdãter in omni ſapiẽ Colloſſ.3.16
tia,docẽtes &commonẽtes voſmetipſos pſalmis,hymnis,&
cãticis ſpiritualib.in gratia cantãtes Deo in cordib.veſtris.
Triſtatur autem aliquis veſtrum? oret: æquo animo eſt Iaco.5.13.
aliquis?pſallat.
Et vox de throno exiuit,dicẽs: Laudẽ dicite Deo noſtro Apoc.11.5.
omnes ſancti eius,qui timetis Deum puſilli & magni.

### *Per dignam oblationem,vt ſit bona ſine defectu.* Leuit.22.18.

HOmo de domo Iſrael,&de aduenis,q̃ habitãt apud
vos q̃ obtulerit oblationẽ ſuã,vel vota ſoluens, vel
ſponte offerẽs,quicquid illud obtulerit in holocau
ſtũ Dñi,.vt efferat per vos maſculus , immaculatus erit ex
bobus,& ouibus,& ex capris:ſi maculam habuerit, nõ offe
retis,neque erit acceptabile. Deut.16.16
Non apparebit ante Dñm vacuus , ſed offeret vnuſquiſ-
que ſecundum quod habuerit, iuxta benedictionẽ Dei ſui
quam dederit ei. 1.Par.29.14.
Tua ſunt omnia,&q̃ de manu tua accepim⁹,dedim⁹ tibi. Pſal.53.8.
Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo do
mine:quoniam bonum eſt. Eccleſ.35.10.
Bono animo gloriã redde Deo, & non minus primitias
manuum tuarũ.In omni dato hilarem fac vultum tuum,&
in exultatione ſanctifica decimas tuas. Mala.1.8.
Si offeratis cæcum ad immolandum,nonne malum eſt
Et ſi offeratis claudum & languidum,nõne malum eſt?Of-
fer illud duci tuo,ſi placuerit ei,& ſi ſuſceperit faciem tuã,
dicit dñs exercituum.



Maledi-

Ibidem 14. Maledict⁹ doloſus, q habet in grege ſuo maſculũ & votũ faciens immolat debile dño: Quia rex magnus ego, dicit dominus exercituũ, & nomen meum horribile in Gentibus.

### *Vt ſit pura ſine peccato.*

Leuit. 2. 11. OMnis oblatio quæ offertur domino, abſque fermento (malæ acquiſitionis) fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini.

22. 25. De manu alienigenæ non offeratis panes Deo veſtro.

Deut. 23. 18. Non offeres mercedem proſtibuli.

Pſalm 50. 19. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.

Prou. 15. 8. Victimæ impiorum abominabiles domino: vota iuſtorũ placabilia.

21. 27. Hoſtiæ impiorũ abominabiles, quę offerũtur ex ſcelere.

Eccleſ. 7. 11. Ne dicas in multitudine munerum meorum reſpicit De⁹ & offerente me Deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet.

34. 21. Immolans ex iniquo, oblatio eſt maculata, infrà. Dona iniquorum non probat Altiſſimus.

35. 2. Sacrificium ſalutare eſt, attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.

Ibidem. 8. Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſeectu Altiſſimi.

Ibidem. 9. Sacrificium iuſti acceptum Deo, & memoriam eius non obliuiſcetur Deus.

Ibidem 14. Ne offeras parta ſordibus munera non enim ſuſcipiet illa nec iniquum inſtituas ſacrificium, quia dominus iudex eſt, nec valet apud eum perſonæ magnificentia.

Eſa. 1. 11. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit dominus? Plenus ſum.

Ibidem. 12 Cùm veniretis ante conſpectum meũ, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atriis meis? Ne offeratis vltrà ſacrificium fruſtra: Incenſum abominatio eſt mihi.

Ibidem. 15. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

Iere. 11. 15. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es?

Oſeæ. 8 13. Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & dñs non ſuſcipiet eas. Nunc recordabitur iniquitatis eorum.

9. 4. Nõ libabũt dño vinũ, & nõ placebũt ei: Sacrificia eorum quaſi panis lugẽtiũ: omnes qui comedũt eũ cõtaminabũtur.





Quod ſi obtuleritis mihi holocauſtomata & munera ve- Amos 7. 22.
ſtra, nõ ſuſcipiã, & vota pinguium veſtrorum nõ reſpiciam.

In vanũ autẽ me colunt docentes doctrinas hominum. Mar. 7. 27.
Relinquẽtes enim mãdata Dei, tenetis traditiones hominũ, baptiſmata vrceorum, & calicum, & ſimilia his facitis multa

### *Iuſta de populo.*

HOnora dominum de tua ſubſtantia (non alterius) & Prou. 3. 9.
de primitiis frugum tuarum da pauperibus.

Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata. Eccle. 34. 21.

Dona iniquorum non probat Altiſſimus: nec reſpicit in Ibidem 23.
oblatione iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.

Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperis quaſi qui Ibidem 24.
victimat filium in conſpectu patris ſui.

Noli offerre munera praua: non enim ſuſcipiet illa, & noli 35. 14.
inſpicere ſacrificium iniuſti, quoniam dominus vindex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ.

Nullam habet dominus perſonæ rationem aduerſus inopem, ſed deprecationem læſi exaudiet. Ibidem 16.

Ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam Eſa. 61. 8.
in holocauſtum.

Intuliſtis de rapinis munus, nunquid ſuſcipiam illud de Mal. 1. 13.
manu veſtra, dicit dominus?

### *Deus quærendus celeriter.*

LÆtetur cor quærentium dominum: & confortamini Pſalm. 104. 3
quærite faciem eius ſemper.

Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum Eſa. 55. 6.
dum prope eſt.

Quæramus & reuertamur ad dominum. Thren. 3. 40.

Quærite dominum omnes manſueti terræ, quia iudiciũ Sophon. 2. 3.
eius eſtis operati. Quærite iuſtum, quærite manſuetum, ſi quomodo abſcondamini, in Die furoris Domini.

### *Cordialiter.*

QVũque quæſieris, ibi dominum deum tuum, inuenies Deut. 4. 29.
eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ.

Præbete igitur corda veſtra, & animas veſtras, vt quæra- 1. Par. 22. 19
tis Dominum Deum veſtrum.

In toto corde meo exquiſiui te. Pſal. 118. 10.

Qui autem inquirunt dominum, animaduertunt omnia Prouer. 28. 5

Sap.1.1. Sentite de domino in bonitate,& in ſimplicitate cordis quærite illum.
Eſa.21.12. Si quæritis quærite.
Amos 5.14. Quærite bonum & non malum vt viuatis.
Philip.2.21. Omnes,quæ ſua ſunt,quærunt,non quæ Ieſu Chriſti.

*Vtiliter.*

1.Para.28.9. SI quæſieris eum,inuenies,ſi autem dereliqueris eũ,proiiciet te in æternum.
2.Par.15. Dominus vobiſcum,quia fuiſtis cum eo.Si quæſieritis eum,inuenietis:ſi autem dereliqueritis eũ derelinquet vos.
Pſalm.68.33. Quærite Deum & viuet anima veſtra.
69.5. Exultent & lætentur in te omnes, qui quærunt te.
Eccleſ.2.13. Quoniam pius & miſericors eſt Deus,& remittit in die tribulationis peccata,& protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate.
Eſa.45.19 Non dixi ſemini Iacob fruſtra,Quærite me.
65.1. Quæſierunt me,qui ante non interrogabant:inuenerunt qui non quæſierunt.
Ierem.29.13. Cum quæſieritis me in toto corde veſtro,inueniar à vobis,ait dominus.
Amos 5.4. Quærite me & viuetis.Quærite Dominum & viuite.

*Deus cuius mali ſit cauſa & cuius non ſit.*
*Vide malum.*

*Diabolus ſemper quærit perditionem hominum.*

Gen.3.1. SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Deus &c.
1.Par.21.1. Conſurrexit autem Sathan cõtra Iſrael,& incitauit Dauid vt numeraret Iſrael.
Iob.2.7. Sathanas obtenta à Deo facultate, percutit Iob vlcere peſſimo,cui etiam propria vxor inſultat,Cap.1.idem.
Zach.3.1. Et oſtendit mihi dominus Ieſum ſacerdotem magnum ſtantem coram angelo domini; & Sathan ſtabat à dextris eius vt aduerſaretur ei.
Math. 4.3. Et accedens tentator dixit ei,Si filius Dei es,dic vt lapides iſti panes fiant.
Luc.8.12. Qui autem ſecus viam,hi ſunt qui audiunt,deinde venit diabolus,& tollit verbum de corde eorum ne credentes ſalui fiant.
Cap.22.31. Ait autem dominus:Symon,Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum.

Dixit



Dixit autem Petrus,Anania cur tentauit Sathanas cor tuum,mentiri te Spiritu ſancto,& fraudare de prætio agri? Act.5.3.
Ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in angelum lucis. 2.Cor.11.14.
Induite vos armaturam Dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Epheſ.6.11.
Ego enim Paulus tentaui quidem & ſemel & iterum venire ad vos,ſed impediuit me Sathanas. 1.Theſſ.2.18.
Sobrij eſtote & vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite,&c. 1.Pet.5.8.
Nihil horum timeas quæ paſſurus es, ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem,vt tentemini & habebitis tribulationem diebus decem. Apoc.2.10.
Et cum conſummati fuerint mille anni ſoluetur Sathanas de carcere ſuo,& exibit & ſeducet gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ. Cap.20.7.

*Diabolus non plura poteſt quàm ei Deus permittit.*

ET ait ille(mendax)egrediar & ero Spiritus mendax in ore omniũ prophetarũ eius,& dixit dominus decipies & præualebis,Egredere & fac ita. Idem 2.Par.18.20. 3.Reg.22.22
Dixit ergo dominus ad Sathan:Ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt,tamen in eum ne extendas manum tuam. Iob.1.12.
Dixit dominus ad Sathan,In manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua. Cap.2.6.
Dæmones autem rogabant eũ dicentes,Si eiicis nos,mitte nos in gregem porcorum.Idem.Marc.5.12. Math.8.31.
Et cum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Sathanas de carcere ſuo,& exibit,& ſeducet gentes,quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ,Gog,& Magog, & congregabit eos in prætium,quorum numerus eſt ſicut Arena maris. Apoc.20.7.

*Diabolus pater & princeps mundi & omnium impiorum.*

AIt diabolus Chriſto,hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me,Luc.4.6.Idem. Math.4.9.
Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Iob.41.25.
Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Ioan.12.31.
Iam non multa loquar vobiſcum, venit enim princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Cap.14.30.

## Diaboli imperium per Chriſtum ſublatum.

Gene.3.15. INimicitias ponã inter te & mulierẽ,& ſemẽ tuũ & ſemẽ illius,ipſa cõteret caput tuũ,& tu inſidiaberis calcaneo eius.

1.Reg.17. ✠ Philiſtæis cõtra Iſrael ad pugnã congregatis, Goliath Gigantem in armis & fortitudine cõfidẽtẽ,inermis Dauid occidit,præciſumque caput diffuſis Philiſtæis ad Saulũ tulit.

Iob.26.13. Spiritus eius ornauit cœlos, & obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.

Eſa.14.12. Quomodo cecidiſti lucifer qui mane oriebaris? corruiſti in terram qui vulnerabas gentes?

Cap.27.1. In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi & forti ſuper Leuiathã ſerpentem vectem,& ſuper Leuiathan ſerpẽtem tortuoſum,& occidet cetum qui in mari eſt.

Luc.10.18. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.

Ioan.12.31. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

Colloſ.1.13. Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ.

Cap.2.15. Et expolians principatus,& poteſtates traduxit confidenter palam,triumphans illos in ſemetipſo.

Heb.2.14. Quia ergo pueri communicauerunt carni,& ſanguini & ipſe ſimiliter participauit eiſdem, vt per mortem deſtrueret eum,qui habebat mortis imperium. (ſc.Diabolum.)

Apoc.12.9. Et proiectus eſt draco ille magnus ſerpẽs antiquus q vocatur diabolus & ſathanas q ſeducit vniuerſũ orbẽ & proiectus eſt in terram,& angeli eius cũ illo miſſi ſunt.ca.20.1.

## Diaboli filij.

Ioan 8.44. VOs ex parte diabolo eſtis,& deſideria patris veſtri vultis facere.Ille homicida erat ab initio & in veritate nõ ſtetit,quia veritas non eſt in eo,cum loquitur mendacium ex propriis loquitur,quia mendax eſt & pater eius.

Act.13.1. Pleni omni dolo & omni fallacia filij Diaboli inimici omnis iuſtitiæ non deſinis ſubuertere vias Domini rectas.

1.Ioan.3.10. In hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij Diaboli: omnis q nõ eſt iuſtus,non eſt ex Deo,& qui non diligit fratrem ſuum.

## Diaconi.

Act.6.3. COnſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem plenos Spiritu ſancto,& ſapientia quos cõſtituamus ſuper hoc opus.

Cap.21.8. Alia aũt die profecti venimus Cæſareã, & intrãtes domũ Philippi Euãgeliſtæ,q erat vnus de ſeptẽ,mãſimus apud eũ. Pau-



lus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu,qui ſunt Philippis cum epiſcopis & diaconis gratia vobis & pax à Deo patre noſtro. Philip.1.1.

Diaconos ſimiliter pudicos non bilingues nec multo vino deditos,non turpe lucrum ſectantes: habentes miniſterium fidei in conſcientia pura (ſcilicet oportet eſſe.) 1.Tim.3.8.

Diana colitur Epheſi & in vniuerſa Aſia. Act.19.27.

## Dies nouiſſimi & iudicium extremum.

DOminum formidabunt aduerſarij eius & ſuper ipſos in cœlis tonabit,Domin' iudicabit fines terræ, & dabit imperiũ regi ſuo,& ſublimabit cornu Chriſti ſui. 1.Reg.2.10.

Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie Domini, quia venit,quoniam venit iudicare terram. Pſal.95.13.

Et introibunt in ſpeluncas petrarum,& in voragines terræ,facie formidinis Domini,& à gloria maieſtatis eius,cum ſurrexerit percutere terram. Eſaie.2.19.

Vox multitudinis in mõtibus,quaſi populorũ frequẽtiam vox ſonitus regum & gentium cõgregatorum,&c.6. Vlulate quia ppe eſt dies Dñi,quaſi vaſtitas à Dño veniet ,&c.9. Ecce dies Domini veniet crudelis , & indignationis plenus & iræ furoriſq; ad ponendum terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Cap.26.21. Cap.13.4.

Ecce dominus in igne veniet , & quaſi turbo quadrigæ eius reddere in indignatione furorem ſuum,& increpationẽ ſuam in flammam ignis,Idem Hiere.30.13. Cap.66.15.

Iuxta eſt dies domini magnus , iuxta eſt & velox nimis, vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis. Soph.1.14.

Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus,& erunt omnes ſuperbi & omnes faciẽtes impietatem ſtipula, & inflammabit eos dies veniens dicit dominus exercituum quæ non derelinquet eis radicem & germen. Malach.4.1.

Et erit cũ fient hæc,& cõtingent ſigna quæ ante oſtẽdi tibi & tũc reuelabitur filius meus quẽ vidiſti vt virũ aſcẽdẽtẽ. 4.Eſd.13.32.

Dico autẽ vobis,quoniã omne verbũ ocioſum quod locuti fuerint homines,reddent rationem de eo in die iudicij. Matt.12.36.

Mittet filius hominis angelos ſuos,& colligent de regno eius omnia ſcandala,& eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Cap.24.25.31. Cap.13.41.

Secundũ autẽ duritiã tuã & impẽitẽs cor tuũ theſaurizas tibi Rom.2.5.

tibi irã in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius.

Cap. 14.10. Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.

2.Cor.5.10. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; proprio corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue malum.

1. Theſſ.5.2. Ipſi enim diligentes ſitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet.

Apoc.1.7. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.

Hiere.30.7. Væ, quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius: tempuſq; tribulationis eſt Iacob, & ex ipſa ſaluabitur.

Ioel. 2.1. Canite tuba in Syon, vlulate in monte ſancto meo, conturbẽtur oẽs habitatores terræ quia venit dies Dñi, quia prope eſt dies tenebrarũ, & caliginis, dies nubis & turbinis, &c.

Amos 5.18. Væ, deſiderantibus diẽ Domini, ad quid eam vobis? dies Domini iſta tenebræ & non lux.

4.Eſdr.2.27. Noli fatigari, cũ enim venerit dies preſſuræ, & anguſtię alij plorabunt, & triſtes erunt, tu autẽ hilaris & copioſa eris.

## *Dies Domini.*

Eſaia. 13.6. VLulate quia prope eſt dies Domini: quaſi vaſtitas à Domino veniet, propter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis contabeſcet & conteretur.

Ierem.30.7. Væ, quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius: tempuſq; tribulationis eſt Iacob, & ex ipſa ſaluabitur.

Amos. 5.18. Væ deſiderantibus diẽ Domini: ad quid eam vobis? dies Domini iſta tenebræ & non lux.

Ioel. 2.1. Cantate tuba, vlulate in monte ſancto meo, cõturbentur omnes habitatores terrę, quia venit dies Domini, quia ꝓpe eſt dies tenebrarum & calliginis, dies nubis & turbinis, &c. 31. ſol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

Sophon.1.14. Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & velox nimis: vox diei Domini amara tribulabitur ibi fortis.

Malach.4.1. Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatẽ ſtipula: & inflãmabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quę nõ derelinquet eis radicem & germen.

4.Eſdr.2.27 Noli fatigari: cum enim venerit dies preſſurę, & anguſtię alij plorabunt & triſtes erunt, tu autẽ hilaris & copioſa eris.

Con-



Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Ieſu Chriſti. Philip. 1.6.

Verbum vitæ continentes, ad gloriam meam in die Chriſti, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuũ laboraui. Cap.2.16.

Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte ita veniet. 1. Theſſ. 5.2.

In reliquo repoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa Die, iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius. 2. Tim. 4.8.

## *Dies Domini, & hora nulli cognita.*

DE die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, niſi ſolus pater. Idem Marci 13. 22. Matt.24.36.

Sicut fulgur choruſcãs de ſub cœlo, in ea quæ ſub cœlo ſunt fulget, ita erit filius hominis in die ſua. Luc.17.24.

Dixit autem eis, non eſt veſtrum noſce tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Act.1.7.

Adueniet autem dies Domini vt fur in quo cœli, magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. 2.Pet.3.10.

Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur & neſcies quando veniam ad te. 16.15. Apoc. 3.3.

## *Dies pro annis.*

IVxta numerum quadraginta dierum quibus conſideraſtis terram annus pro die imputabitur, & 40. annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionem meam. Num.14.34.

Et cum compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum ſecundo, & aſſumes iniquitatem Domus Iuda 40. diebus, diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Ezech. 4.6.

## *Dilectio Dei erga ſuos.*

QVia dilexit vos Dominus, & cuſtodiuit iuramẽtũ qđ iurauit patribus veſtris eduxitq; vos in manu forti & redemit đ domo ſeruitutis de manu Pharaõis regis Ægypti. Deut. 7. 8.

Dixit Ioſue ad populum, non poteritis ſeruire Domino, Deus enim ſanctus & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris atque peccatis. Ioſue 24.19.

Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me inuenient me. Prou. 8. 17.

In tentatione ambulat cum eo & in primis diliget eum. Eccl.4.18.

In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Hiere.30.21.

Sic

*Ioan.3.16.* Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.

*Cap.15.9.* Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea.

*Cap.16.27.* Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis & credidiſtis, quia à Deo exiui.

*Rom.5.8.* Cõmendat charitatem ſuam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

*Eph.5.1.* Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij Chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.

## *Diligendus eſt Deus ſuper omnia.*

*Vide Charitas.*

*Deut.6.5.* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota aĩa tua & ex tota fortitudine tua. Idẽ Ca.10. 10.11.

*Cap.11.1.* Ama itaq; dominũ Deum tuum, & obſerua præcepta eius & ceremonias, iudicia atq; mãdata omni tempore, &c.

*Eccleſ.7.32.* In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas.

*Matt.10.37.* Qui amat patrẽ aut matrẽ, pluſquã me, nõ eſt me dignus, & qui amat filiũ aut fili pluſquam me, non eſt me dignus.

*Cap.22.36.* Ait illi Ieſus: Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Marc.12.30. Luc.10.27.

*Rom.8.28.* Scimus enim quoniã diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonũ, iis qui ſecundũ propoſitũ vocati ſunt ſancti.

*1.Cor.10.21.* Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum, non poteſtis menſæ domini participes eſſe & mẽſæ Dæmoniorum.

## *Diligendus proximus.*

*Deut.6.* Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

*22.1.* Non videbis ouem fratris tui, aut bouem errantem, & præteribis, ſed reduces fratri tuo.

*Ioan.15.13.* Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

*Philip.2.4.* Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorũ.

*1.Theſ.2.7.* Facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.

*Hebr.13.1.* Charitas fraternitatis maneat in vobis.

Sim



Simplici ex corde inuicem diligite. *1.Pet.1.22.*

Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet. *1.Ioan.2.19.*

Et nos debemus pro fratribus animam ponere. *3.16.*

Primum diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt, & cognoſcit Deum. *4.9.*

Si diligamus nos inuicem, Deus in nobis manet & charitas eius in nobis perfecta eſt. *Ibidem. 12.*

## *Dilectio proximi eſt neceſſaria.*

Omne aĩal diligit ſibi ſimile: ſic & oĩs homo pximũ ſibi *Eccleſ.13.19.*

Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungitur, & omnis homo ſimili ſibi ſociatur. *Ibidem. 20.*

Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo. *17.12.*

De charitate fraternitatis nõ neceſſe habemus vobis ſcribere, ipſi enim vos à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem. *1.Theſſ.4.9.*

Nos ſcimus, quia tranſlati ſumus de morte ad vitã, quoniã diligimus fratres. Qui autem nõ diligit, manet in morte *1.Ioan.3.14.*

Chariſſimi diligamus nos inuicem, Qui non diligit, non nouit Deum. *4.9.*

Chariſſimi ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. *Ibidem 11.*

Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrẽ ſuũ odit, mendax eſt. Qui nõ diligit fratrẽ ſuũ, quẽ videt: Deũ quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. *Ibidem. 20.*

## *Eſt fructuoſa.*

In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quę ſunt probata corã Deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene cõſentientes: (in bonum.) *Eccleſ.25.1.*

Iterũ dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo. *Matt.18.19.*

In duobus his mandatis vniuerſa lex pẽdet & prophetę. *22.40.*

Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicẽ diligatis: Qui enim diligit proximum, legem impleuit. *Rom.13.8.*

Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. *10.*

Omnis enim lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *Gal.5.14.*

## *Ordinata, vt diligatur cum virtute.*

Qui amat Patrem aut matrem pluſquã me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me, nõ eſt me dignus. *Matth.5.5.*

Man-

Ioā.15.13.34. Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem ſicut di
lexi vos,vt & vos diligatis inuicem.In hoc cognoſcent oēs,
quia diſcipuli mei eſtis,ſi dilectionē habueritis ad inuicem.
15.17. Hoc eſt pręceptū meū vt diligatis inuicē,ſicut dilexi vos
Rom. 15. 1. Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum.
Heb.10. 24. Conſideremus inuicem in prouocationem charitatis,&
bonorum operum.
1.Ioan. 2. 10. Qui diligit fratrem ſuum,in lumine manet,& ſcandalum in eo non eſt.

### *Fructuoſè.*

Rom. 12. 9. Dilectio ſine ſimulatione.
Ibidem 15. Gaudete cum gaudentibus,flete cum flentibus.
1.Cor.10.24. Nemo quod ſuum eſt quærat,ſed quod alterius.
1. Theſ. 5.15. Semper quod bonum eſt ſectamini in inuicē &in omnes.
1.Pet.1.22. Animas veſtras caſtificantes in obediētia charitatis,in fraternitatis amore,ſimplici ex corde inuicē diligite attētius.

### *Cum affectu dulci ſupportando.*

Tob.4.16. Quod ab alio oderis fieri tibi,vide ne tu aliquando alteri facias.
Mala.2.20. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum?nunquid nō
Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque
noſtrum fratrem ſuum,violans pactum patrum veſtrorum.
Rom.13. 10. Dilectio proximi malum non operatur.
15.1. Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmiorum ſuſtinere,& non nobis placere.
Galat.6.2. Alter alterius onera portate,&ſic adimplebitis legē Chriſti
Ephe.4.1. Obſecro itaq; vos,ego vinctus in Dño,vt dignè ambule
tis vocatione qua vocati eſtis cum omni humilitate & mā
ſuetudine,cum patientia ſupportātes inuicem in charitate.
Phil.2.3.et 4. Nihil per contētionem.neque per inanem gloriam,ſed
in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes:non quæ
ſua ſunt ſinguli conſiderantes,ſed & ea,quæ aliorum.

### *Vtiliter ſubueniendo*

Eccl.7.39. Non te pigeat viſitare infirmum ex his enim in dilectione firmaberis.
Math.5. 42. Qui petit à te da ei, & volenti mutuare à te ne auertaris.
7.12. Omnia quecūque vultis vt faciant vobis homines:ita &
vos facite illis.Hæc eſt enim lex.
Luc. 10.30. Et quis eſt meus proximus?Quis enim videtur tibi proximus fuiſſe illi,q incidit in latrones?At ille dixit,Qui fecit miſeri-



Qui fecit miſericordiam in illum.Et ait illi Ieſus:Vade & Luc.10.37.
fac ſimiliter.
In qua menſura menſi fueritis,remetietur vobis. Mar.4.24.
Per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. Gala.5.13.
Eſtote ergo imitatores Dei,ſicut filij chariſſimi,&ambu- Epheſ.5.2.
late in dilectione.
Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrū illā admi- 1.Pet.4.10.
niſtrantes,ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię Dei.
In hoc cognouimus charitatē Dei,qm̄ ille pro nobis ani 1.Ioan.3.16.
mā ſuā poſuit,& nos debemus ꝑ fratribus animas ponere.

### *Diſcordia vitanda.*

Proferentem mendacia teſtem falacem, & eum qui ſe- Pro.6.14.
minat inter fratres diſcordias (odit Dominus.)
Odiū ſuſcitat rixas,& vniuerſa delicta operit charitas. Cap.10.12
Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens eſt mitigat ſu- Cap.15.18.
ſcitatas.
Homo peruerſus ſuſcitat lites , & verboſus ſeparat prin- Cap.16. 28.
cipes.
Semper iurgia quærit malus,angelus autem crudelis mit Cap.17.11.
tetur contra eum.
Labia ſtulti miſcent ſe rixis,& os eius iurgia prouocat. Cap.18. 6.
Qui fortiter premit vbera ad eliciendū lac, exprimit bu- Cap.30.33.
tyrum,&.qui vehementer emungit, elicit ſanguinem, & qui
prouocat rixas,producit diſcordias.
Ve mihi:mater mea quare genuit me virum rixæ, virum Ierem.15. 10.
diſcordiæ:in vniuerſa terra non fœnerauit mihi,nec fœnera
uit mihi quiſquam,omnes maledicunt mihi.
Omne regum diuiſum contra ſe deſolabitur, & omnis ci Matt.12. 24.
uitas vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit.
Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis: Omne Luc.11.17.
regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur,& domus ſupra do
mū cadet: Si autem Sathanas in ſeipſum eſt diuiſus,quomo-
do ſtabit regnum,eius?Matth.12.24.
Non eſt enim diſſenſionis Deus ſed pacis,ſicut & in om- 1.Cor.14.33.
nibus eccleſiis ſanctorum doceo.
Stultas &ſine diſciplina quæſtiones deuita,ſciens quia ge 2.Tim.2.24.
nerant lites
Quod ſi inuicem mordetis & comeditis,videte ne ab in Gal.5.15.
uicem conſumamini.

Q disci-

*Diſciplina ferenda humiliter.*

Prou.11.31. SI iuſtus in terra recipit,q̃to magis iniuſtus & peccator.
13.18. Egeſtas & ignominia ei,qui deſerit diſciplinam:qui autem acquieſcit argenti,gloriabitur.
Cap.11.10. Cum enim tentati ſunt, & quidem cũ miſericordia diſciplinam accipientes ſcierunt,quemadmodum cũ ira iudicati impij tormẽta paterentur,Hos quidem tanquam durus rex interrogans condemnaſti.
Ierem.2.30. Fruſtra percuſſi filios veſtros diſciplinam non receperũt,
5.3. Percuſſiſti eos,& non doluerunt:atriuiſti eos,& renuerũt accipere diſciplinam.
7.28. Hæc eſt gens,quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, & non recipit diſciplinam ore.
Soph.3.2. Væ prouocatrix & redempta ciuitas,columba.
Non audiuit vocem & non ſuſcepit diſciplinam.

*Perſeueranter.*

Prou.3.11. DIſciplinam Domini,fili mi,ne abiicias,nec deficias cum ab eo corriperis,Quem enim diligit Dominus,corripit & quaſi in filio complacet ſibi.
4.14. Tene diſciplinam,ne dimittas eam.Cuſtodi illam,quia illa eſt vita tua.
Sap.3.11. Sapientiam.n.& diſciplinã qui abiicit,infelix eſt,& vacua ſpes illorum & labores ſine fructu,& inutilia opera eorum.
Eccleſ.vlt.31. Congregate vos in domo diſciplinæ.
Heb.12.5. Fili mi noli negligere diſciplinam domini , neque fatigeris dũ ab eo argueris.Quem enim diligit Dñs caſtigat:flagellat aũt oẽm filiũ,quem recipit.In diſciplina perſeuerat.Tanquã filiis offert ſe Deus,Quis enim filius , quem non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes,ergo adulteri & non filij eſtis.

*Diſciplina malitiam refrænat.*

Pſal.17.37. EX diſciplina tua correxit me in finem.
Ezech. 6. 8. Et relinquam in vobis eos,qui fugerint gladiũ in gentibus cum diſperſero vos in terris , & recordabuntur mei liberi veſtri in gentibus,ad quas captiui ducti ſunt,quia contriui cor eorum.
Baruc.3.1. Et nunc Domine omnipotens Deus Iſrael, anima in anguſtiis & ſpiritus anxius clamat ad te.
2.Mach.6.13 Etenim multo tempore non ſinere peccatorib.ex ſentẽtia agere:ſed ſtatim vltiões adhibere magni beneficij indiciũ eſt

Cul-



*Culpam purgat.*

VIa vitæ cuſtodienti diſciplinam. Prou.10.17.
Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis,& vindica bor de inimicis meis,& cõuertã manũ meã ad te,& excoquam ad purum ſcoriã tuã,& offeram omne ſtannum tuũ. Eſa.1.24.
Quia ſi abiecit,miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum.Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum. Tren.3.32.
Iram Domini portabo quoniam peccaui ei. Mich.7.9.
Dum iudicamur autem,à Domino corripimur,vt non cũ hoc mundo damnemur. 1.Cor.11.32.

*Gratiam conſeruat.*

QVi diligit diſciplinam,diligit ſcientiam. Prou.12.1.
Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Eccl.11.29.
Ego quos amo arguo & caſtigo. Apoc.3.19.

*Diuini vide Incantatores.*

*Diuites huius mundi quomodo ſe erga pauperes habere debeant,Vide Eleemoſyna.*

SI attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu,& ſuſceperis eum quaſi aduenam & peregrinum & vixerit tecum,ne accipias vſuram ab eo.&c. Leuit.25.35.
Si vnus de fratribus tuis qui moratur intra portas ciuitatis tuæ in terra,q̃ Dñs Deus tuus daturus eſt tibi,ad paupertatẽ deuenerit, non obdurabis cor tuũ nec contrahes manũ tuã,&c.10.ſed dabis ei,nec ages quippiam callidè in eius neceſſitatibus ſubleuandis,& benedicat tibi Dñs Deus tuus in omni tempore,& in cunctis ad quæ manum miſeris. Deut.17.7.
Nolite ſperare in iniquitate et rapinas nolite concupiſcere,diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Pſal.61.11.
Qui calumniatur egentem,exprobrat factori eius,honorat autem eum,qui miſeretur pauperis.Idem cap.17.5. Pro.14.31.
Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis et viciſſitudinem ſuam reddet ei. Cap.19.17.
Qui dat pauperi non indigebit,qui deſpicit deprecantem ſuſtinebit penuriam. Cap.28.27.
Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas,quia poſt tẽpora multa inuenies illum. Eccl.11.2.

 Ro-

*Ecleſ.* 4.4 Rogationem contribulati nec abiicias, & non auertas faciem tuam ab egeno.

*Cap.*7.6. Pauperi porrige manum tuam, & perficiatur propiciatio & benedictio tua.

*Cap.* 29. 12. Propter mandatum aſſume pauperem, & propter inopiã eius ne dimittas eum vacuum.

*Cap.*31.8. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia & theſauris.

*Matt.* 6. 19. Nolito theſaurizare vobis theſauros in terra vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.

*Cap.* 19. 21. Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis theſaurum in cœlis, & veni ſequere me. Idem Luc.18.22.

*Luc.*14.12. Cũ facis prandiũ aut cœnã noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos diuites, ne forte & ipſi te reinuitent, & fiat tibi retributio: Sed cũ facis cõuiuiũ voca pauperes debiles claudos, &c. & beatus eris, q̃a nõ hẽnt retribuere tibi, retribuetur.n. tibi in reſurrectione iuſtorum.

*Cap.*16. ✠. Per parabolam de villico inquitatis hortatur ad faciendas eleemoſinas, docens, quid mereatur fidelis & infidelis mammonæ diſpenſator, quòd nemo ſeruire põt Deo & mãmonæ, ita de diuite epulone & Lazaro mendico.

*Act.*2.45. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant (Apoſtoli) & diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat.

## *Diuitiarum vanitas. & contemptus, & in illis non eſt ſperandum.*

*Pſal.*38.7. VErumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.
51.9. Ecce homo qui non poſuit Deũ adiutorẽ ſuũ ſed ſperauit in multitudine diuitiarũ ſuarũ, & p̃ualuit in vanitate ſua.

*Prou.* 10. 2. Nihil proderunt theſauri impietatis, iuſtitia verò liberabit à morte.

*Cap.* 11. 4. Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iuſtitia autem liberabit à morte. 24. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt non ſua & ſemper in egeſtate ſunt.

*Cap.* 15. 16. Melius eſt parum in timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.

*Cap.* 22.16. Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori & egebit.

*Cap.*23.4 Noli laborare vt diteris, ſed prudentiæ tuæ pone modum.

*Cap.* 30. 7. Duo rogaui te ne deneges mihi antequã moriar, vanitatẽ & verba mẽdacia, longe fac à me mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi tribue tantũ victui meo neceſſaria, ne forte laciatus illiciar ad te negandum & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus, furer & periurem nomen Dei mei,

Auarus nõ implebit̃ pecunia, & q̃ amat diuitias fructũ nõ capiet ex eis & hoc ergo vanitas. 12. Eſt alia infirmitas peſſima, q̃ vidi ſub ſole diuitiæ conſeruatæ in malũ Domini ſui *Eccl.*5.9.

Vir cui Deus dedit diuitias & ſubſtãtiã & honorẽ & nihil deeſt animę ſuæ ex omnibus quę deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud, hoc vanitas & miſeria magna eſt. *Cap.*6.2.

Perdix fouet quæ non peperit, fecit diuitias & non in iudicio, in dimidio dierũ ſuorum derelinquet eas, & in nouiſſimo ſuo erit inſipiens. *Hiere.*17.11.

Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio amicum ſuum opprimet fruſtra & mercedem eius non reddet ei. *Cap.*22. 13.

Argentum eorum foras proiicietur, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini: animam ſuã non ſaturabunt & ventres eorum non implebuntur, quia ſcãdalum iniquitatis eorum factum eſt. Idem Soph.1.18. *Eze.*7.19.

Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. *Sapient.* 5.1.

Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas & ne dixeris: Eſt mihi ſufficiens vita, nihil enim proderit in tẽpore vindictæ & obductionis. *Ecleſ.*5.1.

Nihil eſt iniquius q̃ amare pecuniam: hic enim & animã ſuam venalem habet, quoniã in vita ſua proiecit intima ſua. *Cap.*10.10.

Qui amat aurum non iuſtificabitur, & qui inſequitur conſumptionem replebitur ex ea. *Cap.*31.5.

Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbũ Dei audit, & ſolicitudo ſæculi iſtius & diuitiarũ ſuffocat verbũ, & ſine fructu efficitur Idem Luc.8.14. *Matth.*13.22.

Videte et cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex eis, quæ poſſidet. *Luc.* 12. 15.

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, et laqueũ Diaboli, & deſideria multa et nociua, quæ emergunt hominem in interitum et perditionem. 1. *Tim.* 6. 9.

Exortus eſt enim ſol cum ardore, et areſecit fœnũ et flos eius decidit, et decor vultus eius deperiit: ita et diues in itineribus ſuis marceſſit. *Iaco.*1.11.

### *Contra diuites impios. Vide Auaritia.*

1. Reg. 25. 2. ERat autē vir quiſpiam (Nabal) in ſolitudine Maon, & poſſeſſio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erántque illi oues tria milia, & mille capra & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. 10. Reſponditque Nabal, pueris miſſis à Dauid, quis eſt Dauid: & quis eſt filius Iſai? hodie increuerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos, tollā ergo panes meos & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tōſorib. meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint 13. ait q; Dauid pueris ſuis redeuntib. & nuntiātib. omnia verba quæ dixerat Nabal: accingatur vnuſquiſq; gladio ſuo, & accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis, accinctuſq; eſt Dauid gladio ſuo, & ſecuti ſunt Dauid quaſi quadringenti viri, quib. in occurſum venit Abigail vxor Nabal cū panib. & vino, &c. cui ait Dauid 32. Benedictus Dñs Deus Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meū, &c. 34. alioquin viuit Dñs Deus Iſrael, qui prohibuit ne malum facerem tibi: niſi cito veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal vſque ad lucem matutinā mingens ad parietem, &c. 37. Cumque pertranſiſſent decem dies, percuſſit dominus Nabal & mortuus eſt.

Iob. 27. ✠ Oſtendit quomodo impij ex præſenti vitæ proſperitate in mortem rapiantur à Deo ad ſupplicia.

Prou. 28. 8. Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. 27. Qui dat pauperi non indigebit, qui deſpicit deprecantem ſuſtinebit penuriam.

Eſa. 5. 8. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis vſque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ.

Hiere. 15. 13. Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionē dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

Amos. 6. 1. Væ qui opulenti eſtis in Syon, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompaticè ad domum Iſrael.

Cap. 8. ✠ Propheta ſub parabola vncini pomorū, ꝓphetat finē regni Iſrael imminere, ꝑꝑ pauperum oppreſſiones, acerbitatē verò imminenti calamitatis explicat, ac feſtiuitates eorū in luctū dicit cōuertendas famemq; verbi Dei futurā denūciat.

Luc. 6. 24. Veruntamen væ vobis diuitibus, quia habetis cōſolationem veſtram: væ vobis qui ſaturati eſtis quia eſurietis, &c.

Cap. 16. 12. Homo quidā erat diues & induebatur purpura, & byſſo & epulabatur quotidie ſplēdidè, & erat mēdicus nomine Lazarus. &c. Et ipſe clamans, dixit Pater Abrahā mitte Lazarum vt refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma.

Agite nunc diuites plorate vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt, aurum veſtrum & argentum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis, theſaurizaſtis vobis iram in diebus nouiſſimis. Iaco. 5. 1.



### *Diuitiarum vſus bonus in congregando.*

BEnedictio dñi diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio Prou. 10. 15.
Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate. 16. 8.

Noli laborare vt diteris, ſed prudentiæ tuę pone modum 23. 4.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient ſibi pennas, quaſi aquilæ, & volabunt in cœlū. Ibidem. 5.

Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, Eccleſ. 13. 30.

### *In conſeruando.*

DIuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Pſal. 61. 11.
Iuſtus comedit & replet animam ſuam: venter autem Prou. 13. 25.
impiorum inſatiabilis.

Corona ſapientum diuitiæ eorum: facultas ſtultorum imprudentia. 14. 24.

Hoc itaque viſum eſt mihi bonū, vt comedat quis & bibat & fruatur lætitia ex labore ſuo, quo laborauit ſub ſole. Eccleſ. 5. 17.

Et omni homini dedit Deus diuitias atque ſubſtantiam, poteſtatēque tribuit vt comedat ex eis, vt fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo, hoc eſt donum Dei. Ibidem 1.

Memento paupertatis in tempore abundātię, & neceſſitatem paupertatis in die diuitiarum. A mane vſque ad veſperā immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. Eccleſ. 18. 25.

Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurū non abiit, nec ſperauit in pecunia, & theſauris. 31. 8.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, diues autem in humilitate ſua. Iaco. 1. 10.

### *In exponendo.*

HOnora dominum de tua ſubſtantia & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redūdabūt. Prouer. 3. 9.

Mendicitatē & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum & dicam: quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem 30. 8.

periurem nomen Dei mei.

Nonne melius eſt comedere,& bibere & oſtendere ani-
Eccleſ.2. 24. mæ ſuæ bona de laboribus ſuis. Et hoc de manu Dei eſt.

Omnis enim homo qui comedit & bibit , & videt bonũ
3.13. de labore ſuo,hoc donum Dei eſt.

Fili ſi habes,bene fac tecũ,& Deo dignas oblatiões offer.
Eccleſ.14.11. Cùm facis conuiuium,voca pauperes,debiles,claudos,&
Luc.14.12. cæcos:& beatus eris,quia non habent retribuere tibi.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis,quod ve
16.11. rum eſt,quis credet vobis?

## *Congregans per fraudem.*

Leu.29.35. NOlite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in
pondere,in menſura. Statera iuſta,& ęqua ſint pondera.

Ne ęmuleris viros malos,nec deſideres eſſe cum eis
Prou.24.1. quia rapinas meditatur mens eorum,& fraudes labia eorũ
loquuntur.

Canaam in manu eius ſtatera doloſa,calumniam dilexit.
Oſeæ. 12.7. Audite hoc,qui conteritis pauperẽ,& deficere facitis ege
Amos 8. 4. nos,dicentes: Quãdo tranſibit menſis & venũdabimus mer-
ces:& ſabbatum,& aperiemus frumentũ: vt minuamus mẽ-
ſuram,& augeamus ſiclum,& ſupponamus ſtatuas doloſas:
Vt poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calcea-
mentis,& quiſquillias frumẽti vendamus? iurauit dominus
per excellẽtiam Iacob,ſi oblitus fuero vſque in finem ope
ra eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra, &
lugebit omnis habitator eius?

## *Punietur in anima.*

Prou.10.2. NIhil proderunt theſauri impietatis.
20.10. Pondus & pondus,menſura & menſura, vtrumque
abominabile eſt apud dominum.

Eccleſ.5.1. Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas,& ne dixeris: eſt
mihi ſufficiens tempus. Nihil enim proderit in tempore vin
dictæ & obductionis.

8.3. Multos perdidit aurum & argentum.
10.10. Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam: hic enim & a-
nimam ſuam venalem habet.

## *In ſubſtantia.*

Prou.12. 27. NOn inueniet fraudulentus lucrum.
20.21. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio,in nouiſſi
mo benedictione carebit.

28.8. Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali,in paupe



res congregat eas.

Qui decipit iuſtos in via mala,in interitu ſuo corruet , & *Ibidem.* 10.
ſimplices poſſidebunt bona eius.

Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc, & peccata noſtra *Iere.5.25.*
prohibuerunt bonum à vobis: quia inuenti ſunt in populo
impij inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes,& pedi-
cas ad capiendos viros.

Ignis in domo impij theſauri iniquitatis,& menſura mi- *Mic.6.10.*
nor iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſa-
cellipondera doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt ini
quitate,& habitantes in ea loquebantur mendacium: & lin-
gua eorum fraudulenta in ore eorum.

Et ego cœpi percutere. Tu comedes,& non ſaturaberis. *Ibidem.13.*
Tu ſeminabis,& non metes. *Ibidem 15.*

Væ ei qui multiplicat non ſua: Vſquequo aggrauat contra *Abac.2.6.*
ſe denſum lutum? Nunquid non repente conſurgent,qui mor
deant te: & ſuſcitabuntur lacerantes te,& eris in rapinã eis?

## *Congregans per rapinam.*

ABundant tabernacula prædonum,& audacter prouocãt *Iob.12.6.*
Deum,cùm ipſe dederit omnia in manu eorum.

Venatio leonis onager in eremo, & paſcua diuitum *Eccleſ.13.23.*
ſunt pauperes. (ſanguinarius,

Panis tenuis vita pauperum eſt: qui defraudat eam,eſt vir 34.25.
Qui aufert in ſudore panẽ,quaſi qui occidit proximũ ſuũ. *Ibidem. 26.*

## *Punietur in anima.*

DAmnum quod dant impij,ad ipſos redibit,quia nolue- *Prou.21.*
runt facere,quod æquum erat,& iuſtum eſt.

Quia omnis violenta prædatio cum tumultu,veſtimẽ- *Eſa.9.5.*
tũ miſtum ſanguine,erit in combuſtionem, & cibus ignis.

Vę qui ędificat domũ ſuã in iniuſtitia,& cœnacula ſua nõ in *Ierem.22.15.*
iudicio: amicũ ſuum opprimet fruſtra,& mercedẽ reddet ei.

Rapaces regnum Dei non poſſidebunt. 1.Cor.6.10.

## *In prole.*

HÆc eſt pars hominis impij, apud Deum & hæreditas *Iob.27.13.*
violentorum,quam ab omnipotente ſuſcipient. Si mul
tiplicati fuerint filij eius,in gladio erit, & nepotes ei⁹
non ſaturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo , ſepelien-
tur in interitu,& viduæ illius non plorabunt.

## *In ſubſtantia.*

SI congeſſerit impius argentum vt puluerem,& ſicut lutum *Iob.27.16.*

paret veſtimenta: Parabit quidem: ſed iuſtus veſtietur illis,
ac innocens argentum diuidet.
*Pſalm.61.11.* Nolite ſperare in iniquitate,& rapinas nolite cõcupiſcere.
*Prou. 23.10.* Ne attingas paruulorum terminos,& agrum pupillorum
ne introeas: Propinquus enim illorum foris eſt,& iudicabit
contra te cauſam illorum.
*Eccleſ.40.* Facultates iuſtorum in modum luminis areſcent, & per
tumultum diſſipabuntur, vt ingens tonitru cum pluuia.
*Amos 5.11.* Pro eo quòd diripiebatis pauperem,& prædam electam
tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non
habitabitis in eis, vineas plantaſtis amœniſſimas, at vinum
earum haud quaquam bibetis.
*Mich.2.1.* Væ q̃ cogitatis inutile,& operamini malum in cubilib. ve-
ſtris. In luce matutina faciũt illud, quia cõtra dñm eſt manꝰ
eorum. Et cõcupierunt agros,& violẽter tulerunt, & rapue-
runt domos,& calumniabãtur virum,& domum eius: hære
ditatem eius. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito
ſuper familiã iſtam malum, vnde nõ auferetis colla veſtra,&
non ambulabitis ſuperbi: quoniam tempus peſſimum eſt.
*Ibidem.8.* De ſuper tunicã palliũ ſuſtuliſtis,& eos qui trãſibant ſim-
pliciter cõuertiſtis in bellum. Mulieres populi mei eieciſtis
de domo delitiarũ ſuarũ,& à paruulis earũ tuliſtis laudem
in perpetuũ, Surgite & ite, quia non habebitis hic requiem.
*3.1.* Et dixi audite principes Iacob duces domus Iſrael Nun
quid non veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bo-
num & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum
deſuper eis,& carnem eorum deſuper oſſibus eorum?
*Ibidem.2.* Tunc clamabunt ad dominum,& non exaudiet eos,& ab-
ſcondet faciem ſuam ab eis eo tempore, quemadmodũ &
ipſi malitiæ ſuæ ſtuduerunt. (quiæ populorum.
*Abac. 2.8.* Quoniã tu ſpoliaſti gẽtes multas, ſpoliabũt te quoque reli-

## *Affligetur in conſeruando.*

*Tob. 27.19.* Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet, operiet ocu
los ſuos,& nemo aderit ei. Ingruent in eum terrores,
vt aqua,& nocte furtim opprimet illum tempeſtas.
*Pſal.48.17.* Ne timueris cum diues factus fuerit homo , Quoniam
cum interierit, non ſumet omnia.
*51.9.* Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed
ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.
*Prou.11, 27.* Qui abſcondit frumenta, execratur à populo, benedictio





autem ſuper caput diſtrahentis.
Eſt & alia infirmitas peſſima, quã vidi ſub ſole, diuitię cõ *Eccleſ. 5.12.*
ſeruatæ in exitium domini, pereunt enim in afflictione peſ-
ſima. Generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit.
Miſerabilis prorſus infirmitas, quomodo venit, ſic reuer- *Ibidem. 15.*
tetur. Quid ergo prodeſt ei quod laborauit in ventum?
Cũctis diebꝰ vitę ſuę comedit in tenebris,& in curis multis. *Ibidem. 16.*
Eſt & aliud malũ quod vidi ſub ſole, idq́; principatũ apud *6.1.*
homines obtinuit: Vir cui dedit Deus diuitias,& opes & ho
norem & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat
nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo: ſed ex-
traneus quiſpiam deuorabit illud.
Eſt qui locupletat parce agẽdo,& hæc eſt pars mercedis *Eccleſ.11.18.*
illius in eo, quod dicit: Inueni requiẽ mihi,& nunc mãduca-
bo de bonis meis ſolus,& neſcit ꝙ tempus prętereat illum,
& mors appropinquet,& relinquet omnia aliis,& morietur.
Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtãtia, et homi- *14. 3.*
ni liuido ad quid aurum?
Qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? et non iucunda- *Ibidem 5.*
bitur in bonis ſuis. (malitiæ illius.
Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius, et hæc redditio eſt *Ibidem. 6.*
Qui merces cõgregauit, miſit eas in ſaccum pertuſum. *Aggæi. 1. 6.*
Hominis cuiuſdã diuitiis vberes fructꝰ ager attulit, et co *Luc.12.19.*
gitabat inter ſe dicẽs: Quid faciã, ꝗ nõ habeo quò cõgregẽ
fructꝰ meos? et dixit. Hoc faciã. Deſtruã horrea mea, et ma-
iora faciã, et illuc cõgregabo omnia, q̃ nata ſunt mihi, et bo
na mea, et dicã animę meę: Anima hẽs multa bona poſita in
annos plurimos, requieſce, comede, bibe, gaude. Dixit aũt illi
Deꝰ: Stulte hac nocte aĩam tuã repetũt à te. Quę aũt paraſti,
cui erũt? Sic eſt qui recõdit ſibi, et nec eſt erga Deũ diues.
Agite nunc diuites, plorate, vlulãtes ſuper miſeriis veſtris *Iac.5.1.*
quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt,& veſti
mẽta veſtra tineis obnoxia facta ſunt. Aurum & argentũ ve-
ſtrum ærugine vitiatum eſt,& ærugo eorum in teſtimoniũ
vobis erit,& exedit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis
vobis iram in nouiſſimis diebus.

## *In expendendo.*

NE deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacij. *Prou. 23. 3.*
Vę vobis diuitibus qui habetis hic cõſolationẽ veſtrã. *Luc.6.24.*
Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua. *16.25.*

## *Diuitiarum vtilitas, ſed tranſitoria.*

Prou.14. 20. AMici diuitum,multi.
18. 11. Subſtantia diuitis vrbs roboris eius,& quaſi murus va
lidus circundans eum.
Vtilior eſt ſapientia cũ diuitiis.Sicut enim protegit ſapiẽ.
Eccleſ. 7.12. tia,ſic protegit pecunia.
10. 19. Pecuniæ obediunt omnia.
Eccleſ.13. 25. Diues cõmotus cõfirmabitur ab amicis ſuis humilis autẽ,
cũ ceciderit,expellet & a notis.Diuiti decepto multi recupe
ratores,locutus eſt ſuperbia,& iuſtificauerũt eũ Humilis de
ceptus eſt,inſuper & arguitur. Locut⁹ eſt ſenſatè & nõ datus
eſt ei locus.Diues locutus eſt,& omnes tacuerunt,& verbũ
illius vſq; ad nubes perducẽt.Pauper locutus eſt , & dicunt:
Quis eſt hic? quod ſi offenderit,ſubuertunt illum.
Eccleſ.31. 3. Laborauit diues in cõgregatione ſubſtantiæ,& in requie
ſua replebitur bonis ſuis.
40.25. Aurum & argentum conſtituet pedem.
Ibidem. 26. Erigunt quidem animum opes & potentia, ſed vtroque
præſtat timor Domini.

## *Diuitiæ quæ mala faciant.*

Exod. 15. 12. DEuorabit eos terra (.i.terrenus amor.)
Prou.1. 22. Vſquequo ſtulti ea,quæ ſibi ſunt noxia cupient?
11. 28. Qui confidit in diuitiis ſuis,corruet.
Eccleſ. 4. 7. Cõſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole.Vnus eſt,&
nõ habet ſecundũ,nõ filium,nõ fratrẽ,& tamẽ laborare nõ
ceſſat, nec ſatiatur oculus eius diuitiis nec cogitat dicens:
Cui laboro,& defraudo genium meum bonis?
5.11. Dulcis eſt ſomnus operanti,ſiue parum,ſiue multũ come
dat:Saturitas autem diuitiis non ſinit eum dormire.
Ibidem.9. Qui amat diuitias , fructum non capiet ex eis.
Eccleſ. 8. 3. Multos perdidit aurũ & argẽtum, cordaq; regũ peruertit.
14.3. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis:nõ ſatiabit
donec cõſumat areſaciẽs animã ſuã.Oculus malus ad mala:
& nõ ſatiabitur pane indigẽs,& triſtitia erit ſup menſã ſuã.
27.1. Qui quærit locupletari,peruertit oculum ſuum.
30. 14. Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus , quàm diues
imbecillis,& flagellatus malitia.
31. 5. Qui aurum diligit,non iuſtificabitur.
Ibidem. 6. Multi dati ſunt in auri caſus,& facta eſt in ſpecie illi⁹ pditio
illorũ. Vę illis q ſectãtur illud,& omnis inſipiẽs eo capietur.
O mors



O mors quàm amara eſt memoria tua homini pacem ha 41. 1.
benti in ſubſtantiis ſuis.
De terra loqueris,& de humo audietur eloquium tuum Eſa. 29. 4.
(propter amorem quem habes.)
Propter iniquitatẽ auaritię eius,iratus ſum, & percuſſi eũ. 57. 17.
Abſcõdi à te faciem meam & indignatus ſum.
Magnificati ſunt & ditati.Incraſſati ſunt & impinguati:& Iere. 5. 27.
præterierunt ſermones meos peſſimè.
Diuitias tuas,& theſauros tuos in direptionem dabo. 15. 13.
Locutus ſum ad te,in abundãtia tua dixiſti : Non audiã. 22. 21.
Vbi ſunt qui argentũ theſaurizant, & aurũ in quo confi- Bar.3.17.
dunt homines?Exterminati ſunt,& ad inferos deſcenderũt,
& alij loco eorum exſurrexerunt.
Intumuerũt aquę profundi torrẽtis,qui nõ põt trãſuadari Ezec.47.5.
In copia rerum omnium occident plurimos. Danie.8.25.
Ipſi diligunt vinacia vuarum. (poſt ſordes. Oſee.3.1.
Calũniã patiens eſt Ephraim fractus, quoniã cœpit abire 5. 11.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire,aut vnum odio ha- Matth.6.
bebit,& alterũ diliget,aut vnũ ſuſtinebit, & alterũ cõtẽnet.
Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.
Vbi eſt theſaurus tuus,ibi & cor tuum erit. Ibidem. 21.
Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis,hic eſt qui verbũ Dei 13. 22.
audit,& ſollicitudo ſeculi iſtius,& fallacia diuitiarum ſuffo
cat verbum & ſine fructu efficitur. (lorum. 19. 23.
Amen dico vobis,q̃a diues difficile intrabit in regnũ cœ Philip. 3. 16.
Dico inimicos crucis Chriſti,qui terrena ſapiunt. Iaco. 4.1.
Vnde bella & lites in vobis? nõne ex cõcupiſcẽtiis veſtris? 2. Pet. 2. 14.
Cor exercitatũ in auarita habentes , maledictionis filij,
derelinquentes rectam viam errauerunt. Apoc.3. 17.
Tu dicis q̃a diues ſũ,& locupletat⁹,& nulli⁹ egeo, & ne-
ſcis q̃a miſer es,& miſerabilis,& pauper & cęcus , & nudus.

## *Crimina nutriunt.*

MVltos enim perdidit aurum & argentum : & vſque ad Eccleſ. 8.3.
cor Regum extendit,& conuertit.
Si diues fueris,non eris immunis à delicto. 11. 10.
Domus,quæ nimis locuples eſt,annullabitur ſuperbia. 21.5.
Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem & in la 1.Tim. 6. 9.
queum Diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ
mergunt homines in interitum & perditionẽ. Radix enim
omnium malorum eſt cupiditas.

Diui-

## *Doctrina Apoſtolorum ſcripta & non ſcripta, firmiter tenenda.*

*Rom.* 16.17. ROgo autem vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſentiones & offendicula præter doctrinam quã didiciſtis faciunt, & declinate ab illis.

*Gala.* 1.8. Sed licet nos aut Angelus de cœlo, euãgelizet vobis preterquã quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit. 11. Notũ enim vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem. &c.

2.*Theſſ.*2.15. Itaq; fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

1.*Cor.* 11.34. Si quis eſurit, domi manducet, vt non in iudicium conueniatis, cætera cum venero, diſponam.

## *Doctrina Apoſtolorum eſt Chriſti doctrina.*

*Luc.* 10. 16. QVi vos audit me audit, & q vos ſpernit, me ſpernit. Qui aũt me ſpernit, ſpernit eũ qui miſit me. 1.Cor.14.36.

2.*Cor.* 2. 14. Deo autem gratias qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorẽ notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco quia Chriſti bonus odor ſumus in Deo, in his qui ſalui fiũt, & in his qui pereunt, &c. 17. Non enim ſumus ſicut plurimi adulterãtes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur.

1.*Theſſ.*2.13. Gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cum accepiſſet is à nobis verbũ auditus Dei, accepiſtis illud nõ vt verbum hominum, ſed ſicut verè eſt, verbum Dei, qui operatur in vobis qui crediditis.

*Gal.* 1. 11. Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euãgelizatum eſt à me quia non eſt ſecundum hominem.

## *Doctrinæ vtilitas quo ad docentem.*

1.*Eſdr.* 7.25. IMperitos docere liberè.

*Prou.*18.4. Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons ſapientiæ. (prætergredi.

19.11. Doctrina viri per patiẽtiã noſcitur, & gloria ei᷒ eſt iniqua

23.9. In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquij tui.

*Eccleſ.* 9.17. Verba ſapientium audiuntur in ſilẽtio, plus, quàm clamor principis inter ſtultos.

*Eccleſ.*12.11. Verba ſapientiũ ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altũ defixi, quæ per magiſtrorum cõſilium data ſunt à paſtore vno.

Beatus



Beatus qui enarrat iuſtitiam auri audienti. 25.12.

Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera, quam ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. *Eccleſ.*37.18.

## *Quò ad audientem.*

DOcete me, & ego tacebo, & ſi quid fortè ignoraui, inſtruite me. *Iob.*6.24.

Doctrinam magis, quàm aurum eligite. *Prou.* 8. 10.

Doce iuſtum, & feſtinabit accipere. 9.9.

Cor ſapiẽtis quærit doctrinã, & os ſtultorũ paſcit᷒ imperitia. 15. 14.

Nõ ceſſes, audire, fili, doctrinã, nec ignores ſermones ſciẽtiæ. 19.27.

Fili mi, inclina aurẽ tuam, & audi verba ſapiẽtium. Appone autẽ cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum ſeruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis, vt ſit in Domino fiducia tua. 22.17.

Ecce deſcripſi eã tibi tripliciter in cogitationibus & ſciẽtia, vt oſtẽderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis, reſpõdere ex his illis qui miſerunt te. (ſcientiæ. *Ibidem.* 20.

Ingrediatur ad doctrinam cor tuũ, & aures tuæ ad verba 23.12.

Auris bona audiet cũ omni concupiſcentia ſapientiam. *Eccleſ.*3.31.

Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas, & cum ſapientia proferes reſponſum. 5.16.

Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, adipiſceris ſcientiam. *Eccle.* 6. 34.

In multitudine preſbyterorũ prudẽtiũ cõſiſte, & ſapiẽtiæ illorũ ex corde cõiũgere, vt omnẽ narrationẽ Dei poſſis audire: & prouerbia laudis nõ effugiãt à te. Et ſi videris ſenſatũ euigila ad eum, & limina foriũ eiuſdem atterat pes tuus

Cogitatum tuum habe in præceptis Dni, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, & cõcupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi didiſcerunt à patribus ſuis. Quoniã ab ipſis diſces intellectũ, & in tempore neceſſitatis dabis reſponſum. *Cap.* 8.11.

Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt. *Rom.*15.4.

## *Fructus docentis.*

LAbia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur. *Prou.* 1. 21.

Doctrina ſua noſcitur vir, qui autem vanus & excors eſt patebit contemptui. 12.8.

In lingua ſapiẽtis dignoſcit᷒, & ſẽſus & ſciẽtia & doctrina in *Eccleſ.* 4.19.

verbo

verbo ſenſati,& firmamentum in operibus iuſtitiæ.
33. 22. Vir peritus multos erudit,& animæ ſuæ ſuauis eſt.

*Fructus audientis.*

Prou. 1. 5. AVdiens ſapiens ſapientior erit , & intelligens guberna-
cula poſſidebit. (erudiet,
14. 33. In corde prudẽtis requieſcit ſapiẽtia, & indoctos quoſq;
16. 22. Fons vitæ eruditio poſſidẽtis:ſtultorũ diſciplina ſtultitia
eſt. Cor ſapiẽtis erudiet os eius, & labiis ei⁹ addet gratiã.Fa
uus mellis eſt amẽn⁹ ſermo,dulcedo animę,& oſſiũ medela.
18. 15. Cor prudentis poſſidebit ſcientiam, & auris ſapientium
quæret doctrinam.
24. 13. Comede fili mi mel,quia bonũ eſt & fauum dulciſſimum
gutturi tuo:Sic & doctrina ſapiẽtiæ animæ tuæ , quã cũ in-
ueneris habebis in nouiſſimis ſpem,& ſpes tua non peribit
27. 11. Stude ſapientiæ fili mi,& lætifica cor meum,vt poſſis ex-
probranti reſpondere ſermonem.
*Eccleſ.* 6. 18. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam,& vſque ad canos
inuenies ſapientiam. Quaſi is,qui arat,& qui ſeminat, acce-
de ad eam,& bonos fructus ab ea exſpecta.

*Contemptus doctrinæ.*

Prouer. 1. 7. SApientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt.
9. 7. Qui erudit deriſorem,ipſe iniuriam ſibi facit : & qui
arguit impium,ſibi maculam generat.
14. 6. Quærit deriſor ſapientiam,& non inueniet:doctrina pru
dentium facilis.
17. 16. Qui euitat diſcere,incidet in mala.
18. 2. Non recipit ſtultus verba prudentiæ,niſi ea dixeris,quæ
verſantur in corde ſuo.
25. 20. Acetum in nitro.& qui cantat carmina cordi peſſimo.
*Eccleſ.* 6. 21. Quam aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus,
& non permanebit in illis excors.
*Ibid.* 22. Sapiẽtia enim doctrinæ ſecundũ nomen eſt eius,& nõ eſt
multis manifeſta. Quibus autem cognita eſt , permanet vſ-
que ad conſpectum Dei.
21. 14. Nõ erudietur,qui non eſt ſapiens in bono. Eſt aũt inſipiẽ
tia,quæ abundat in malo,& nõ eſt ſenſus vbi eſt amaritudo.
*Ibidem.* 17. Cor fatui quaſi vas confractũ, & oẽm ſapientiam non te
nebit. Verbum ſapiens quodcunque audierit, ſcius laudabit,
& ad ſe adiiciet. Audiuit luxurioſus,& diſplicebit illi,& pro-
iiciet illud poſt dorſum ſuum,

Qui



Qui docet fatuum,quaſi qui conglutinat teſtam. Qui nar 22. 7.
rat verbũ non audiẽti,quaſi qui excitat dormientẽ de graui
ſomno. Cum dormiente loquitur qui enarrat ſtulto ſapiẽtiã.
Homo aſſuetus in verbis improperij, in omnibus diebus 23. 19.
ſuis non erudietur.
Nolite dare ſanctum canibus , neque mittatis margaritas *Matth.* 7. 6.
ante porcos.

*Doctrinæ prauæ affectus quò ad docentem.*

PRimus vos oſtendens fabricatores mendacij , & culto- *Iob.* 13. 4.
tores peruerſorum dogmatum.
Os fatuorum ebullit ſtultitiam. *Prou.* 15. 2.
Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam cor ſtultorum *Ibid.* 7.
diſſimile erit.
Doctrina mala deſerentium viam vitæ:qui increpationes *Ibid.* 10.
odit morietur.
Doctrina ſtultorum fatuitas. 16. 22.
Superbus & arrogans vocatur indoctus,qui in ira opera 21. 24.
tur ſuperciam.
Narratio fatui quaſi ſarſina in via. *Eccleſ.* 21. 19.

*Quo ad audientem.*

VIr qui errauerit à via doctrinæ in cœtu gigantium *Prou.* 21. 16.
commorabitur.
Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne am- *Luc.* 6. 39.
bo in foueam cadunt.

*Doctrinæ curioſæ malum.*

QVi ſcutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria. *Pro.* 25. 27.
Et agnoui quod in his quoque eſſet labor,& afflictio *Eccleſ.* 1. 17.
ſpiritus,eo ꝙ in multa ſapientia multa ſit indignatio:& qui
addit ſcientiam,addit & laborem.
Altiora te ne quęſieris,& fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris,ſed 3. 22.
quæ præcepit tibi *Deus* cogita ſemper,& in pluribus operi
bus eius ne fueris curioſus.

*Dominus imitandus,*

FAc ſecundum exemplar quod tibi in monte(à Chriſto) *Exod.* 35. 40.
monſtratum eſt.
Dominum Deum veſtrum ſequimini,& ipſum timete, *Deut.* 12. 4.
mandata eius cuſtodite.
Filij eſtote Domini Dei veſtri. 14. 1.
Vſquequo claudicatis in duas partes?ſi Dominus Deus eſt 3. *Reg.* 18. 21.

R ſequi-

ſequimini eum,ſi autem Baal,ſequimini illum.

4.Reg.6.19. Sequimini me,& oſtendam vobis virum quem quæritis, (Chriſtum) Eliſæus,(Deus meus ſaluator.)

Iob.23.11. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus.

Iere.17.16. Et ego non ſum turbatus,te paſtorem ſequens.

Cant.1.4. Trahe me poſt te,curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ.

Mich.2.13. Aſcendet pandens iter ante vos.

*& infrà.* 13. Tranſibit Rex eorũ corã eis,& Dominus in capite eorũ.

1.Mac.2.27. Omnis qui zelũ habet legis, ſtatuẽs teſtamẽtũ exeat poſt me.

Matt. 4.20. Continuo relictis retibus,ſecuti ſunt eum.

Luc.7.57. Magiſter ſequar te quocumque ieris.

Ibid.59. Sequere me,& dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

Matth.8.23. Aſcẽdẽte Ieſu in nauiculã(crucis) ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius.

9.9. Ait Leui,Sequere me,& ſurgẽs ſecutus eſt eum.

10.38. Qui non accipit crucẽ ſuã,& ſequit̃ me,non eſt me dignus.

16.24. Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam & ſequatur me.

19.21. Vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus, & veni ſæquere me.

Ibid.28. Vos qui ſecuti eſtis me,& reliquis omnia,in regeneratiõe cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſup ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.

20.34. Tetigit oculos eorũ,& ſtatim viderunt, & ſecuti ſunt eũ.

Ioan. 8.12. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris.Oues meæ vocem meam audiunt,& ſequuntur me.

12.26. Si quis mihi miniſtrat,ſequatur me.

Epheſ.5.1. Eſtote imitatores Chriſti,ſicut filij chariſſimi.

Philip. 3.12. Sequor autem ſi quomodo comprehendam.

1.Pet.2.21. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ vt ſequamini veſtigia eius.

1.Ioan.2.6. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare.

Apoc.14.4. Hi ſunt,qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt,hi ſequuntur agnum quocumque ierit.

### *Dominus quærendus.*

Deut.4.29. Cum quæſieris Dominum Deum tuum inuenies eum,ſi tñ toto corde quæſieris tota tribulatione animæ tuæ.

2.Paral.15.2 Si quæſieritis Dominum,inuenietis,ſi autem dereliqueritis eum,derelinquet vos.

1.Par.22.19. Præbete corda veſtra & animas veſtras, & q̃ratis Dñum.

Si quis



Si quis non quæſierit Dominum Deũ Iſrael , moriatur à minimo vſque ad maximum,à viro vſque ad mulierem. 2.Para.15.13

Manus Dei noſtri eſt ſup oẽs q quærunt eũ in bonitate. 1.Eſdr.8.22.

Quærite Deum,& viuet anima veſtra. Pſal. 88. 33.

Cum occideret eos,quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. 77.34.

Lętetur cor quærentium Dominum. 104.3.

Quærite Dñm & cõfirmamini:quærite faciẽ eius ſemp. Ibid.4.

Surgam & circuibo ciuitatem,per vicos & plateas quærã, quem diligit anima mea,quæſiui & non inueni. Cantic.3. 2.

In ſimplicitate cordis quærite illũ,qm̃ inuenitur ab his qui non tentant illũ apparet aũt eis,qui fidem habent in illum. Sap.1.1.

Inuenitur ab his qui quærunt illum, præoccupat qui ſe concupiſcunt,vt ſe illis oſtendat. 6.13.

Venit mane & nox ſi quæritis quærite. Eſa.21.12.

Quærite Dominum dum inueniri poteſt. 55.6.

Quæſierunt me,qui ante non interrogabant,inuenerunt qui non quæſierunt me. 65.1.

Quæritis me & inuenietis: cũ quæſieritis me in toto corde veſtro,inueniar à vobis,ait Dominus. Iere. 29. 13.

Sicut fuit ſenſus veſter vt erraretis à Deo , decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Baruc.4. 28.

Tẽpus requirẽdi Dñum cũ venerit q docebit vos iuſtitiã. Oſeæ.10.12.

Quærite me & viuetis,& nolite quærere Bethel. Amos.5.4.

Quærite Dñum & viuite,ne fortè cõburatur vt ignis domus Ioſeph,& deuorabit & non erit qui extinguat Bethel. Ibid.6.

Quærite bonum & non malum,vt viuatis,& erit Dominus vobiſcum ſicut dixiſtis. Ibid.14.

Quærite Dominũ oẽs manſueti terræ , qui iudiciũ eius eſtis operati,quærite iuſtum,quærite manſuetum: ſi quomodo abſcondamini in die furoris domini. Soph.2.3.

Eamus & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum,vadam etiam ego. Zach.8.21.

Quærite primum regnum Dei. Matth.6.33.

Quærite,& inuenietis,pulſate,& aperietur vobis. 7.7.

Quæritis me,non quia vidiſtis ſigna,ſed quia de panibus meis manducaſtis,& ſaturati eſtis.(ſic multi.) Ioan.6.26.

Qui venit ad me,non eſuriet. Ibid.25.

Dñe ad quem ibimus?verba vitæ æternæ habes. (venire. Ibid.68.

Quæritis me & nõ inuenietis, & vbi ego ſũ vos nõ põtis 7.34.

Ecce vado,& quęretis me,& in peccato veſtro moriemini. 8.21.

Quæ ſurſum ſunt ſapite. Col.3.2.

*Doeg.ſeruus Saulis,prodit ſacerdotem Abimelech.1.Reg.22. 9.18.cædit ſacerdotes Domini.Cap.22.18.*

## *Domus æternalis.*

Ioan.14.2. IN domo patris mei manſiones multæ ſunt.

2.Cor.5.1. Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur,ꝙ ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam,ſed æternam in cælis.

## *Domus ſpiritualis virtuoſè ædificatur.*

1.Pet.2.4. AD quem accedẽtes lapidẽ viuum ab hominibus quidẽ reprobatum,à Deo aũt electũ,& honorificatum, & ipſi tanq̃ lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales,ſacerdotiũ ſanctũ,offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo,per Chriſtum Dominum noſtrum. 1.Timot.3. Hæc tibi ſcribo.Eccleſ.2.

## *Gratioſè inhabitatur.*

Heb.3.2. ET moyſes quidẽ fidelis erat in tota domo eius, tãq̃ famulus in teſtimoniũ eorũ,q̃ dicenda erant. Chriſtus vero,tanq̃ filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos ſi fiduciam & glorrã ſpei vſque ad finẽ firmam retineamus.

## *Domus corporis noſtri.*

2.Cor.5.1. SCimus.n.quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur , quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam æternam in cælis.

2.Pet.1.13. Iuſtum autẽ arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo ſuſcitare vos in commonitione,certus quod velox eſt diſpoſitio tabernaculi mei ſecundum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.

## *Bene conſtruitur.*

Pſal.126. 1. NIſi Dominus ædificauerit domum in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Prou. 24.27. Præpara foris opus tuum: & diligenter exerce agrũ tuum,& poſtea ædifica domum tuam.

Eccleſ.21. 9. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis , quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme.

Iere.22.13. Væ qui ædificat domũ ſuã in iniuſtitia, & cœnacula ſuã, & non in iudicio: amicũ ſuum opprimet fruſtra, & mercedẽ non reddet ei,Qui dicit ędificabo mihi domum latam.

Malè



## *Malè deſtruitur.*

QVi conturbat domum ſuam poſſidebit ventos, & qui ſtultus eſt,ſeruiet ſapienti. Pro.11.29.

Domus impiorum delebitur,tabernacula verò iuſtorum germinabunt. 14.11.

Domum ſuperborum demolietur Dominus. 15.25.

Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam. Ibid.27.

Melior eſt buccella ſicca cum gaudio quàm domus plena victimis cum iurgio. 17.1.

In pigritiis humiliabitur contignatio,&in infirmitate manuum perſtillabit domus. Eccleſ.10.18.

Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtantiam,& domus quæ nimis locuples eſt,annullabitur ſuperbia, & ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur. Eccleſ. 21.5

## *Debitè gubernatur.*

NOuit iuſtus iumentorum ſuorum animas. Prou. 12. 10.

Domus iuſti plurima fortitudo,& in fructibus impij conturbatio. 15.8.

Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertẽs domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi. Eccleſ. 4. 35.

Et à filiis tuis caue,& à domeſticis tuis attende, 32.26.

Filio & mulieri,fratri & amico non des poteſt item ſuper te iñ vita tua:& ne dederis alij poſſeſſionem tuam, ne fortè te pœniteat,& depreceris pro illis 33.20.

Dum adhuc ſuperes & aſpiras,non immutabit te omnis caro.Melius eſt enim vt filij tui te rogent,quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum. Ibid.21.

## *Plenè firmatur.*

SIcut auis trãſmigrans de nido ſuo,ſic vir qui derelinquit locum ſuum. Prou. 27. 8.

Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimentum,& domus protegens turpitudinem. Eccle.29. 28.

Melior eſt vict⁹ pauperis ſub tegmine aſſerũ,q̃ epulæ ſplẽdidę peregrè ſine domicilio.Minimũ ꝓ magno placeat tibi & iproperiũ ꝑegrinatiõis nõ audies. Vita neq̃ hoſpitãdi de domo in domũ,& ibi hoſpitabit̃ nõ fiducialiter aget, nec aperiet os(ſuũ.)Hoſpitabit̃ & paſcet,& portabit ingratos,& ad huc amara audiet. Tranſi hoſpes, & orna mẽſa, & q̃ in manu hẽs,& ciba cæteros.Exi à facie honoris inimicorũ meorum: neceſſitudine dom⁹ meę hoſpitio mihi fact⁹ eſt frater. Ibid.29.

uia hæc homini habenti ſenſum. Correptio domus, & in properium fœnerantis.

### *Dolus.*

Hiere.9.6 HAbitatio tua in medio doli, in dolo renuerũt ſcire me, dicit Dominus.

Pſalm.34.20 Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.

Act.5.1. Vir autẽ quidam erat nomine Ananias, cum Saphyra vxore ſua vendidit agrum & fraudauit de precio agri, &c.

### *Doloſus Deum offendit.*

Iob.12.3. SImulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cùm vincti fuerint. Morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos.

Pſal.5.7. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus.

11.4. Diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa.

Prou.13.13. Abominatio domini eſt omnis illuſor.

### *Proximumfallit.*

Pſalm.3.32. SEpulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant venenum aſpidum ſub labiis eorum.

54.22. Moliti ſunt ſermones ei⁹ ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula.

139.4. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labiis eorum.

Eccleſ.11.31. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. Sicut enim eructant prꝯcordia fœtentiũ, & ſicut perdix inducitur in caueã, & capra in laqueũ ſic & cor ſuperborũ: & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui. Bona enim in mala cõuertẽs inſidiatur, & in electis ponet maculã. A ſcintilla.n. vna augetur ignis, &ab vno doloſo augetur ſanguis: homo vero peccator ſanguini inſidiat.

Ibidem.35. Attende tibi à peſtifero: fabricat enim mala, ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum.

Ibidem.36. Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis.

Eſa.32.6. Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatẽ, vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferat. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: Ipſe enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium.

Ierem.6.13. A propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum,





### *Seipſum perdit.*

Ecce, parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit Pſalm.7.15.
iniquitatem, Lacum aperuit & effodit eũ, &incidit in fo
ueam quam fecit. Cõuertetur dolor eius in caput eius,
& in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.
Infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt, in laqueo 9.16.
iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.
Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. 54.24.
Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam. Prou.3.34.
Non inueniet fraudulentus lucrum. 12.27.
Vir verſutus odioſus erit. 14.17.
Qui decipit iuſtos in via mala, in interitu ſuo corruet, & 28.10.
ſimplices poſſidebunt bona eius.
Qui in altũ mittit lapidem ſuper caput eius cadet, & pla Eccleſ.27.28.
ga doloſa doloſi diuidet vulnera, & qui foueam fodit inci-
det in eam, & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendet in
eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.
Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta eſt in ore Ierem.9.8.
ſuo: pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit eis in-
ſidias. Nunquid ſuper his non viſitabo dicit Dominus, & in
gente huiuſmodi non vlciſcetur anima mea?
Maledictus doloſus. Malach.1.14.

### *Domus ædificata ſuper petram firma manebit.*

OMnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, Luc.6.48. idem. Matth.7.24

Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, et portę inferi non pręualebunt aduerſus eam. Cap.16.18.

Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio? an gladius? ſicut ſcriptum eſt? Rom.8.35.

Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Pſal.43.23.

### *Domini ac Dominæ erga totam familiam officia.*

SI emeris ſeruum Hebræum ſex annis ſeruiet tibi in ſeptimo egredietur liber gratis. 20. Qui percuſſerit ſeruũ ſuum vel ancillam virga, et mortui fuerint in manib. ei⁹ criminis reus erit. 26. Si percuſſerit quiſpiã oculũ ſerui ſui, aut ancillę ſuę, et luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos. Exod.21.2. Idem. Deut. 15.12.

*Leuit.*19.13 Non facies calumniam proximo tuo,nec vi opprimes eũ, non morabitur opus mercenarij apud te vſque ad mane.

*Deut.*5.14. Septimus dies ſabbati eſt,id eſt,requies Domini Dei tui, nõ facies in eo quicquã operis,tu & filius tuus,& filia,ſeru⁹, & ancilla tua,& bos & aſinus & omne iumentum tuum,& peregrinus,qui eſt intra portas tuas , & requieſcet ſeruus tuus,& ancilla tua,ſicut & tu Idem Deut.24.15.

*Prou.*29.19. Seruus verbis non poteſt erudiri,quia quod dicis intelligit,& reſpondere contemnit.

*Eccleſ.*7.22. Non lædas ſeruum in veritate operãtem,neque mercennarium dantem animam ſuam.

*Cap.*33. 27. Iugum & lorum curuant collum durum & ſeruum inclinant operationes aſſiduæ:Seruo maleuolo tortura & compedes,mitte illum in operationem,ne vacet,multam enim malitiã docuit curioſitas.In opera cõſtitue eum , ſic enim decet illum &c. Verum ſine iudicio nihil facias graue,ſi eſt tibi ſeruus,ſit tibi quaſi anima tua,quaſi fratrẽ ſic eum tracta,quoniam in ſanguine animæ tuæ comparaſti illum.

*Epheſ.*6. 9. Et vos Domini eadem facite illis(ſcilicet ſeruis) remittentes minas,ſcientes quia & illorum,& veſter dominus eſt in cœlis,& perſonarum acceptio non eſt apud Deum.

*Colloſſ.*4.1. Domini quod iuſtum eſt & æquum,ſeruis præſtare,ſciẽtes quod & vos Dominum habetis in cœlo.

## *Donaria accipere an probibitum.*

*Exod.*23.8. NOn accipias munera quæ etiam excæcant prudentes & ſubuertunt verba iuſtorum.

*Num.* 22.18. Si dederit mihi Bilac,plenam domum ſuam argenti & auri,non potero immutare verbum Domini Dei mei,vt vel plus vel minus loquar.2.Paral.19.7.

*Deut.*10. 17. Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & dominus dominantium **Deus** magnus & potens,qui perſonam non accipit nec munera.

*Cap.* 27.25. Maledictus qui accipit munera,vt percutiat animam ſanguinis innocentis,& dicit omnis populus Amen.

1.Reg.8.3. Et nõ ambulauerũt filij eius in viis eius,ſed declinauerũt poſt auaritiã,acceperuntq́; munera & peruerterũt iudiciũ.

*Cap.*12.13. Samuel ait.Ecce præſto ſum , loquimini de me coram domino & coram Chriſto eius : vtrum bouem cuiuſquam tulerim,aut aſinum,ſi quẽpiam calumniatus ſum,ſi oppreſſi aliquem,ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie,reſtituàmque vobis.

Locutus



Locutus eſt aũt rex(Hyeroboam)ad virum Dei veni me cum domum,vt prãdeas,& dabo tibi munera,reſpõdit vir Dei ad regem:Si dederis mihi mediã partẽ domus tuæ nõ veniã tecũ,neq; comedã,neq; bibam aquam in loco iſto. 3.*Reg.*13.7.

Congregatio hypocritæ ſterilis,& ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. *Iob.*15.34.

Qui pecuniam ſuam non dederit ad viuram, & munera ſuper innocentem non accepit,qui facit hæc non commouebitur in æternum. *Pſal.*14. 5.

In quorum manibus iniquitates ſunt,& dextera eorum repleta eſt muneribus. 25.10.

Munera de ſinu impius accipit , vt peruertat ſemitas iudicij. *Prou.*17.23.

Principes tui infideles,ſocij furum,omnes diligunt munera,ſequuntur retributiones ( ſc.prophetat ſuper Iudam & Hyeruſalem.) *Eſa.*1.23.

Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum,& viri fortes ad miſcendam ebrietatem, qui iuſtificatis impium pro muneribus,& iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. *Cap.*5.22.

Qui ambulat in iuſtitiis & loquitur veritatem,qui proiicit auaritiã ex calũnia,& excutit manus ſuas ab omni munere,qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum,iſte in excelſis habitat. *Cap.*33.15.

Munera acceperunt (Hieroſolymitæ)apud te ad effundendum ſanguinem,vſuram,& ſuprabundanciam accepiſti & auarè proximos tuos calumniaris meique oblita es , ait Dominus Deus. *Ezec.*22. 12.

Principes tui(Hieruſalem)in muneribus iudicabant , et ſacerdotes eius in mercede docebant , et prophetæ eius in pecunia diuinabunt, et ſuper dominum requieſcebant dicentes,nunquid Dominus in medio noſtrum. Mich.3.11.

Multos enim perdidit aurum et argentum , et vſque ad corregum extendit et conuertit. *Ecclef.*8.3.

Xenia et dona excæcant oculos iudicum,et quaſi mutus in ore auertit correptiones eorum. *Cap.*20.31.

## *Dona diuina liberaliter à Deo dantur.*

ET quis ante dedit mihi,vt reddam ei? *Iob.*41.2.

Bona et mala,vita et mors paupertas et honeſtas à Deo ſunt. *Ecclef.*11.14.

Quoniam ex ipſo,et per ipſum,et in ipſo ſunt omnia:ipſi honor et gloria in ſecula ſeculorum.Amen. *Rom.* 11. 36.

R 5 Quid

1.Cor.4.7. Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid glorjaris, quaſi non acceperis.

Epheſ.4.7. Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, Propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Iacob.1. 16. Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum.

### *Multipliciter ordinantur.*

Matt.25.14. SIcut enim homo peregrè proficiſcens: vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua, & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem.

1.Cor.7.7. Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius verò ſic.

Cap.12.7. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ

Epheſ.4.11. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos.

1.Pet.4.10. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiã in alterutrũ illã adminiſtrãtes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.

### *Vtiliter operantur.*

Pſal.110.10. INtellectus bonus omnibus facientibus eum.

Eccleſ.11.17. Datio Dei permanet iuſtis, & profectus illius ſucceſſus habebit in æternum.

Matt.25.16. Abiit autẽ qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam intra in gaudium Domini tui.

Luc.12.48. Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum plus petent ab eo

19.12. Homo quidam, &c. Negociatio.3.

*Druſilla vxor Felicis Præfecti audit doctrinam euangelicam à Paulo act.24.24.*

### *Ebrietas & Gula, & Vide Ieiunium.*

Gen.9.21. BIbensque vinum (Noe) inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo.

Cap.19.32. Veni (ait filia Loth) inebriemus eũ vino, dormiamuſque cũ illo vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemẽ &c.35.

Leuit.10.9. Dixit Dominus ad Aaron, vinum & omne quod inebriare poteſt, nõ bibetis tu & filij tui qñ intrabitis in tabernaculũ teſtimonij ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras.



2.Reg.11.13. Manſit Vrias in Hyeruſalem in die illa, & altera vt vocauit eum Dauid, vt comederet coram ſe & biberet & inebriauit eum.

Cap. 13. 28. Præceperat autem Abſalon pueris ſuis dicens. Obſeruate cum temulentus fuerit Ammon vino, & dixero vobis: percutite eũ & interficite, nolite timere, ego enim ſum qui præcipio vobis: confortamini & eſtote viri fortes.

Prouer. 20.1. Luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas, quicunque his delectatur non erit ſapiens.

Cap. 21. 17. Qui diligit epulas in egeſtate erit, qui amat vinũ & pinguia non ditabitur.

Cap. 31. 34. Vinũ in iucũditatẽ creatũ eſt & nõ in ebrietatẽ ab initio.

Prou. 31. 4. Noli regibus o Lamuel noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas.

Eccſ.19. 2. Vinũ & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes & arguunt ſenſatos.

Eſa. 5. 11. Væ qui cõſurgitis mane ad ebrietatẽ ſectandã, & potandum vſq; ad veſperũ, vt vino æſtuetis.22. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum & fortes ad miſcẽdam ebrietatẽ.

Cap.56. 12. Venite ſumamus vinum & impleamur ebrietate & erit ſicut hodie ſic & cras & multo amplius.cap. 207.

Ezec.16. 49. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas, panis, & abundantia & ocium ipſius, filiarum eius & manum egeno & pauperi non porrigebant.

Oſee 4. 11. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor.

Ioel.1.5. Expergiſcimini ebrij & flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore veſtro.

Iudith.13.5. Holophernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus.8. acceſſitq; Iudith ad columnã, quæ erat ad caput lectuli eius: & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit. 10. & abſcidit caput eius.

1.Mac.16.16. Cũm inebriatus eſſet Symon (ſenex) & filij eius, ſurrexit Ptolomeus cum ſuis & ſumpſerunt arma ſua, & intrauerunt in conuiuium & occiderunt eum, & duos filios eius & quoſdam pueros eius.

Luc. 21. 34. Attendite autem vobis ne corda veſtra grauentur crapula, & ebrietate & curis huius vitæ & ſuperueniet in vos repentina dies illa.

Rom.13.13. Sicut in die honeſtè ambulem⁹ nõ in cõmeſſationibus & ebrie-

ebrietatibus non in cubilibus & impudicitiis, non in contē-
tione & æmulatione.

*1. Cor. 6.10.* Neque fures neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt, idem, Gal. 5.21.

*Epheſ. 5. 18.* Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria ſed implemini ſpiritu ſancto, lequētes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cātantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino.

## *Ebrietas iram Dei prouocat.*

*Eſa. 5.11.* Æ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam & potandum vſque ad veſperum, vt vino æſtuetis, 22. Vę qui potentes eſtis ad bibendum vinum & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Daniel. 5.2.

*Cap. 28. 1.* Væ coronæ ſuperbię, ebriis Ephraim & flori decidenti, gloriæ exaltationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiſ-

*Ioel. 1. 5.* ſimæ errantes à vino.

Expergiſcemini ebrij & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore veſtro.

*1. Cor. 6.16.* Neque fures neque auari, neque ebrioſi. &c. regnum Dei poſſidebunt.

## *Mentem alienat.*

*Prou. 23. 31.* NE intuearis vinum quando flaueſcet, cum ſplēduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber & ſicut regulus venena diffundet.

*Eccleſ. 19.2.* Vinū & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes & arguent ſenſatos.

*Eſai. 28. 7.* Verum hi quoque præ vino neſcierunt & præ ebrietate errauerunt, ſacerdos & propheta neſcientes præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, ignorauerunt iudicium.

*Oſeæ. 4. 11.* Fornicatio & vinum ebrietas auferunt cor.

## *Ad libidem incendit.*

*Prou. 20. 1.* LVxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas, quicunq; his delectatur non erit ſapiens.

*Epheſ. 5. 18.* Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto, &c.

## *Facultates diſſipat.*

*Eccleſ. 19. 1.* OPerarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica paulatim decidet, Prou. 25.20.

Secre-



## *Secretum detegit.*

NOli regibus ô Lamuel noli regibus dare vinum: quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas. *Prou. 31.4.*

Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians vt aſpiciat nuditatem ſuam. *Abacuc. 2. 15.*

## *Ad furorem & rixas excitat.*

LVxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas quicūque his delectatur non erit ſapiens. *Prou. 20. 1.*

Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio occulorum? nónne his qui commorantur in vino & ſtudent calicibus epotandis? *Prou. 23. 29.*

Vinum multum potatum, irrationem & iram & ruinas multas facit. 40. Ebrietatis, animoſitas, in prudētis offenſio, minorans virtutem & faciens vulnera. *Ecclеſ. 31. 38.*

Dies regis noſtri cœperant principes furere à vino, extēdit manum ſuam cum illuſoribus. *Oſee. 7.5.*

## *Eccleſia accipitur pro templo materiali.*

NOn intrabit eunuchus attritus vel amputatis teſticulis & abſciſſo veretro eccleſiam Domini. *Deut. 23.1.*

Omnes anguli populorū & cūcta tribus Iſrael, in eccleſiā populi Dei conuenerunt quadraginta milia pugnatorū. *Iudic. 20. 2.*

Poſtea verò cōuocatus eſt omnis populus, & per totā noctem intra eccleſiā orauerūt petentes auxiliū à Deo Iſrael. *Iudith. 6.21*

In eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael. *Pſal. 67. 27.*

Primum quidem conuenientibus vobis in eccleſiā, audio ſciſſuras eſſe inter vos & ex parte credo. *1. Cor. 11. 18.*

Mulieres in eccleſiis taceant, non permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe ſicut & lex dicit. *Cap. 14. 34.*

## *Accipitur pro fidelium cœtu tam bonorum quam malorum.*

SIquis hoc ritu fuerit expiatus peribit anima illius de medio eccleſiæ quia ſanctuarium Domini polluit & nō eſt aqua luſtrationis aſperſus, &c. *Num. 19.20.*

Cur eduxiſti eccleſiā domini in ſolitudine, dixerūt vtinā periiſſemus inter fratres noſtros coram domino. *Cap. 20. 4.*

Et nouerit vniuerſa eccleſia hæc quia non in gladio, nec in haſta ſaluat dominus: ipſius eſt enim bellum vt tradet vos in manus noſtras. *1. Reg. 17.47.*

Con-

3.Reg.8.14. Conuertit rex faciem ſuã,& benedixit omni eccleſiæ Iſ-
raeł:omnis enim eccleſia Iſrael ſtabat,&c.55.ſtetit ergo Salo
mon & benedixit omni eccleſiæ Iſrael voce magna.

1.Para.29.1. Locutus eſt Dauid rex,ad omnẽ eccleſiã, Salomonẽ filiũ
meum vnum elegit Dominus adhuc puerum & tenellum.

2.Par.1.5. Altare æneum quod fabricatus fuerat Beſeleel, filius Vri
filij Hur ibi erat corã tabernaculo Domini quod & requi-
ſiuit Salomon & omnis eccleſia.

Pſal.21.26. Apud te laus mea in eccleſia magna,vota mea reddam in
conſpectu timentium eum.

34.18. Confitebor tibi in eccleſia magna,in populo graui lauda-
bo te.1.Mach.5.16.& 14.19.

Pſal.106.32. Exaltent eum in eccleſia plebis & in cathedra ſeniorum
laudent eum.

149.1. Cãtate dño cãticum nouũ,laus eius in eccleſia ſanctorũ,

Matt.16.18. Ego dico tibi q̃a tu es Petrus,& ſup hãc petrã ædificabo
eccleſiã meã,& portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam,

Act.5.11. Et factus eſt timor magnus in vniuerſa eccleſia,& in om
nes qui audierunt hæc, cap.8.1.

Rom.16.16. Salutant vos eccleſiæ Chriſti , 23. Salutat vos Caius hoſ-
pes meus & vniuerſa eccleſia.

Cap.12.28. Et quoſdam quidẽ poſuit Deus in eccleſia primũ apoſto-
los ſecundo prophetas,tertio doctores,deinde virtutes,ex-
inde gratias curationũ,opitulationes,gubernationes,gene-
ra linguarum,2.Cor.8.18.23.24 cap.11.8. Epheſ.5.23.

1.Tim.3.5. Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit,quomodo eccle-
ſię Dei diligentiam habebit?Apoc.1.11.& 22.16.

Iaco.5.14. Infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros eccleſiæ &
orẽt ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini,&c.

## *Eccleſia accipitur pro cœtu vnius prouinciæ.*

3.Reg.8.14. COnuertit rex faciem ſuam , & benedixit omni eccleſię
Iſrael,omnis eccleſia Iſrael ſtabat.

Act.9.31. Eccleſia quidem quæ per totam Iudæam & Galileam &
Samariam habebat pacem,ædificabatur ambulans in timo-
re Domini,& conſolatricem ſancti Spiritus replebatur.

Cap.11.2. Cùm autem aſcendiſſet Petrus Hyeroſolymã,diſceptabãt
aduerſus illum qui erant ex circunciſione, &c.

Cap.13.1. Erãt autẽ in eccleſia quæ erat Antiochię prophetæ & do
ctores in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur niger.

Cap.19.32. Alia autem aliud clamabant , erat enim eccleſia confuſa
& plures neſciebant qua ex cauſa conueniſſent.

A Mi-



A Mileto autẽ mittẽs Epheſum vocauit maiores natu ec Cap.20.17.
cleſiæ,&c.2.Theſſ.1.eccleſiis ſcilicet Theſſalonicenſium.

Cõmendo autem vobis Phœben ſororẽ noſtram quæ eſt Rom.16.1.
in miniſterio eccleſiæ quæ eſt in Canchris vt eam ſuſcipiatis
in Domino digne ſanctis, &c.1.Cor.1.2.eccleſiæ Corinthi.

De collectis autẽ quæ fiunt in ſanctos ſicut ordinaui ec- 1.Cor.16.1.
cleſiis Galatiæ ita & vos facite &c.

Notam autem vobis facimus fratres gratiam Dei quæ 2.Cor.8.1.
data eſt in eccleſiis macedoniæ.Gal.1.2.Eccleſiis Galatię.

Salutat vos eccleſia quę eſt in Babylone,&c. 1.Pet.5.13.

Et angelo Epheſi Eccleſię ſcribe,&c.cap.3.1. & angelo ec- Apoc.2.1.
cleſię Sardis ſcribe.&c.

## *Eccleſia pro Prælatis & Præpoſitis accipitur.*

QVod ſi non audierit eos,dic eccleſię ſi autem eccleſiã Matt.18.17.
non audierit,ſit tibi ſicut Æthnicus & Publicanus.

## *Eccleſia eſt vna & viſibilis præfigurata per vnam,et viſibilem Arcam Noe.*

FAC tibi arcam de lignis leuigatis,manſiunculas in arca Gen.6.14.
facies & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus.

Qui increduli fuerant aliquando , quando expectabant 1.Pet.3.20
Dei patientiã in diebus Noe, cum fabricaretur arca in qua
paucę,ſ.octo animę ſalue factę ſunt per aquam.

### *Per ciuitatem ſanctam Hieruſalem.*

ET ego Ioannes vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem no Apoc.21.2.
uam,deſcendentem de cœlo,à Deo paratam,ſicut ſpõ-
ſam ornatam viro ſuo.

### *Per ortum concluſum & fontem ſignatum.* Cant.4.12.

HOrtus concluſus ſoror mea, ſponſa hortus concluſus,
fons ſignatus.

### *Per vnam columbam.*

VNa eſt columba mea , perfecta mea vna eſt matri ſuę, Cap.6.8.
electa genetrici ſuę,&c.

### *Per vineam.*

VIneam de Ægypto tranſtuliſti eieciſti gentes & plan- Pſal.79.9.
taſti eam.

Capite

Cant. 2. 15. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, nam vinea noſtra floruit.

Hier. 2. 21. Ego plantaui te vineam electã omne ſemen verum, quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena.

Cap. 12. 10. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, cõculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis.

Matt. 20. 1. Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

Mar. 12. 1. Et cœpit illis in parabolis loqui, vineã paſcinauit homo & circũdedit ſepẽ & fodit locũ & ędificauit turrim & locauit eã agricolis & peregre profectus eſt. Idem Luc. 20. 9.

*Per nauem.*

Luc. 5. 3. AScendens autem in vnam nauim quæ erat Symonis, rogauit eum à terra reducere puſillum, & ſedens docebat de nauicula turbas.

*Per ſagenam comprehendentem bonos & malos piſces.*

Matt. 13. 47 ITerum ſimile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare & ex omni genere piſcium congreganti.

*Per agrum.*

Cap. 13. 24. SImile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

*Per regnum cælorum. Matth. 13. 25.*

*Eccleſia firmamentum veritatis errare non poteſt.*

Matt. 16. 18. ET ego dico tibi quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

Cap. 28. 20. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.

Luc. 22. 32. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

Ioan. 14. 16. Et ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.

Cap. 16. 13. Cum venerit Spiritus ſanctus docebit vos omnẽ veritatẽ.

1. Tim. 3. 15. Si aũt tardauero, vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui colũna & firmamentum



mentum veritatis. 1. Ioan. 2. 27.

*Eccleſia eſt corpus Chriſti.*

OMnia ſubiecit ſub pedibus eius & ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiã quæ eſt corpus ipſius &c. Cap. 4. 4. Ephe. 1. 22.

quomodo vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus caput eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Cap. 5. 23.

Vos autem eſtis corpus Chriſti & membra de membris. 1. Cor. 12. 27

*Eccleſia fidelium naſcitur & propagatur per ſanam doctrinam.*

FIlioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Gal. 4. 19.

Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres, nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. 1. Pet. 1. 23. 1. Ioan. 3. 9. 5. 18. Iaco. 1. 18. 1. Cor. 4. 15.

*Eccleſia ſeu fidelium cœtus tenetur ſacerdotibus. paſtoribus ſuis neceſſaria miniſtrare.*

CAue ne derelinquas leuitem in omni tempore quo verſaris in terra. Idem 14. 27. Deut. 12. 19.

Non ligabis os boui trituranti in area fruges tuas. Cap. 25. 4.

Dignus eſt operarius mercede ſua. Idem Luc. 10. Matt. 10. 10

Si ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles debent & in carnalibus miniſtrare illis. Rom. 15. 27.

quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineã & de fructu eius non edit quis paſcit gregem & de lacte gregis nõ manducat? Nunquid ſecundum hominem hæc dico? an & lex hæc nõ dicit? Scriptum eſt. n. in lege Moyſi non alligabis os bouis triturantis. &c. 11. Si vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus. 1. Cor. 9. 7.

Rogamus vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos & præſunt vobis in Domino, & monent vos vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. Pacem habete cum illis. 1. Theſſ. 5. 12.

*Tenetur etiam pro ſuis præfectis orare.*

ET Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio autẽ fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deũ pro eo. Act. 12. 5.

Obſecro vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & per charitatem ſancti ſpiritus vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum. Rom. 15. 30.

Colloſſ.4.2. Orationi inſtate vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis adloquendum myſterium Chriſti &c.

2.Theſſ.3.1. De cætero fratres orate pro nobis vt ſermo Dei currat & clarificetur ſicut & apud vos &c.Heb.13.18.

### *Eccleſia eſt ſponſa Chriſti.*

2.Cor.11.2. Æmulor enim vos Dei æmulatione, deſpondi enim vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto. Pſal. 44.11.Ezech.16.9.Ephe.5.26.Apo.19.8.21.10.

### *Eccleſiæ caput eſt Chriſtus.*

1.Cor.12.27 Vos autẽ eſtis corpus Chriſti,& membra de membro.

Ephe.1.22. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius,& ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam quæ eſt corpus ipſius.

Cap.4.15. Veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia quæ eſt caput Chriſtus.

Cap.5.23. Quoniã vir eſt caput mulieris,ſic Chriſtus caput eccleſiæ

Coll.1.18. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ qui eſt principium primogenitus ex mortuis,vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens cap.2.10.

### *Eccleſiæ membra ſunt veri fideles eidem capiti Chriſto eiuſque vicario ſubiecti,cuiuſcunque nationis fuerint ſiue Iudæi ſiue gentiles.*

Ioan. 10.16. Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili & illas oportet ad me adducere,& vocem meam audient & fiet vnum ouile & vnus paſtor.

1.Cor. 12.12. Sicut enim corpus vnũ eſt & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſunt multa, vnum tamen corpus ſunt,ita & Chriſtus &c.

Epheſ.3.6. Gentes eſſe cohæredes & corporales & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu per euangelium cuius factus ſum miniſter.&c.

### *Eccleſiæ claues & poteſtas promittuntur.*

Matt.16.19. ET tibi dabo claues regni cœlorũ & quodcũque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlo,& quodcũque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis.

*Claues*



### *Claues traduntur.*

Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata,remittetur eis,& quorum retinueritis retenta ſunt, Ioan.20.23.

### *Claues exercentur. Vide excommunicatio. Confeſſio.*

Quod ſi non audierit eos dic eccleſiæ.Si autem eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus Matt. 18.17

### *Eccleſiam ſibi Chriſtus comparauit ſuo ſanguine.*

Attendite vobis & vniuerſo gregi in quo Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos,regere eccleſiã Dei q̃ acquiſiuit ſanguine ſuo. Act.20.28

Empti eſtis precio magno.Epheſ.2.13. 1.Cor. 6.20

Precio empti eſtis nolite fieri ſerui hominum. Cap.7.23.

Precioſi ſanguine agni immaculati Chriſti & incontaminati empti eſtis &c.1.Ioan.1.7.Apoc.1.5. 1.Pet.1.19.

Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta &c. Heb.9.12.

Dignus es Domine accipere librum & aperire ſignacula eius quoniam occiſus es & redemiſti nos in ſanguine tuo ex omni tribu,& lingua,& populo & natione. Apoc.5.9.

### *Eccleſiam ſuam ſanctam Deus protegit & cuſtodit.*

Dominus autẽ præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis & per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore. Exo.13.21.

Habitaboque in medio filiorum,eroque illis Deus.Idem 3.Reg.6.13. Cap.29.45.

Ambulabo inter vos & ero Deus veſter,voſque eritis populus meus. Leuit.26.12

Dominus Deus tuus ambulat in medio caſtrorũ, vt eruat te & tradat tibi inimicos tuos vt ſint caſtra tua ſancta & nihil in eis appareat fœditatis ne derelinquat te &c. Deut. 23.14.

Dominus Deus tuus tranſibit ante te, ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo & poſſidebis eas:& Ioſue iſte tranſibit ante te ſicut locutus eſt Dominus. Cap.31.3.

Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem. Pſal.90.1.

Cum tranſieris per aquas tecum ero,& flumina non operient te,cum ambulaueris in igni non combureris,& flamma non ardebit te. Eſa.43.2.

Et tu noli timere ſeruus meus Iacob,ait Dñs,q̃a tecũ ego ſum,quia ego conſumam cunctas gentes ad quas eieci te,te vero non conſumam,ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi Hyer.46.28

S 2 innocentẽ

innocenti paream tibi.
*Matt.*28.20. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad con-
ſummationem ſeculi.Ioan.14.23.2.Cor.6.16.

*Eccleſiæ officium.*

4.Reg.3.15. CVmqne cerneret Pſaltes, facta eſt ſuper eũ manus Do
*Eſth.*14.9. Volunt claudere ora te laudantium. (mini.
*Pſal.*25.12. In eccleſiis benedicam te Domine.
32.3. Bene pſalite ei in vociferatione.
49.14. Immola Deo ſacrificiũ laudis:& redde altiſſimo vota tua.
*Ibid.*23. Sacriſicium laudis honorificabit me.
70.8. Repleatur os meum laude.
70.23. Exultabunt labia mea,cum cantauero tibi.
118.164. Septies in die laudem dixi tibi.
*Eccleſ.*7.15. Ne iteres verbum in tua oratione,
15.9. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.
39.41. In omni corde & ore collaudate & benedicite nomẽ Dñi.
*Eſaiæ*29.13. Appropinquat populus iſte ore ſuo , & labiis ſuis glorifi
cat me, cor aũt eius longè eſt à me,& timuerunt me manda
to hominum & doctrinis.
*Ierem.*12.2. Propè es tu Domine ori eorum & longè à renibus eorũ.
*Thren.*3.2. Leuemus corda noſtra cũ manibus ad Deum. (bus ſuis.
*Oſee.*7.41. Nõ clamauerũt ad me in corde ſuo,ſed vlulabãt in cubili-
*Amos.*5.21. Odi & proieci feſtiuitates veſtras.& non capiam odorem
cœtuum veſtrorum.
*Ibid.*23. Aufer à me tumultum carminum tuorum,& cantica lyræ
tuæ non audiam.
8.10. Conuertam feſtiuitates veſtras in luctum,& cãtica veſtra
in planctum.
*Lucæ.*24.53. Erant ſemper in templo laudantes , & benedicentes Deũ.
*Ioan.*4.23. Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.
1.*Cor.*14.15. Pſallam ſpiritu,pſallam & mente.
*Epheſ.*5.19. Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino.
*Colloſſ.*3.16. Commonentes voſmetipſos in pſalmis.
*Epheſ.*5. Offeramus hoſtiam laudis ſemper Domino.
*Iacob.*5.13. Triſtatur aliquis veſtrum,oret æquo animo & pſallat.

*Edõ frater Iacob Filius Iſaac appellatur Eſau.*Gen.25.25.

*Edumæi negant Iſraelitis tranſitũ per ſuã regionẽ, Num.* 20.14.*caduntur,& fiunt ſerui domus Iſrael,*2.*Reg.*8.14 *deficiũt ab Iſrael,& creant ſibi regem,*4.Reg.8.20.*ſuperantur à Iuda,* 14.7.2.*Paralip.*25.12.

*Cõtra Edumæos prophetia:Nu.*24.18 *Pſa.*136.7.*Eſaiæ.*21.11.
✠34.



✠34.5.*Iere.*49.7.*Threno.*4.22.*Ezech.*25.13.14.✠32.29.✠35.
✠36.5.*Amos.*1.11.*Abdiæ.*1.*vide Eſau.*

*Eleazar filius Aaron.Exo.*6.23.1.28.4.*partitur cũ Ioſue ter rã Chanaan.Ioſ.*14.1.*iuxta præceptum Domini.Num.*34.17. *cõſecratur Sacerdos Leuit.*8.24.*fit poſt mortem patris ſummus Sacerdos.Num.*20.26.*Deut.*10.6.*moritur & ſepelitur. Ioſue.*24 33.*filium habet cui Phinees nomen erat.Exo.*6.2?.*quem in demortui patris locum ſuſſicium.Num.*25 7.12.

*Eleazar filius Sauræ occidit Elephantem , quo in vulnere procumbente,ipſe oppreſſus ſuffocatur* 1 *Machab.*6.43.

*Eleazar ſenis martyrium.*2.*Machab.*6.18 24.

*Eleemoſina pauperibus eroganda.Vide miſericordia.*

SI pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi qui habi *Exo.*22.25
tat tecũ,nõ vrgebis eũ quaſi exactor nec vſuris opprimes
Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congre- *Leuit.*19.10
gabis,ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes.
Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non *Ca.*23.22.
ſequabitis eam vſque ad ſolum nec remanentes ſpicas colli-
getis,ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas.
Si vnus de fratribus tuis q. moratur intra portas ciuitatis *Deut.*15.7
tuę in terra q̃ Dñs Deus tuus daturus eſt tibi, ad pauperta-
tẽ deuenerit:non obdurabis cor tuũ nec contrahes manum
ſed aperies eã pauperi & dabis mutuũ quo eum indigere ꝑ
ſpexeris &c.10.Sed dabis ei nec ages quippiã callide in eius
neceſſitatibus ſubleuandis, vt benedicat tibi Dominus Deus
tuus in omni tempore & in cunctis ad quę manum miſeris.
Quando meſſueris ſegetẽ in agro tuo & oblitus manipu- *Cap.*24.19.
lum reliqueris,non reuerteris vt tollas illum, ſed aduenã &
viduam,& pupillum offerre patiaris,vt benedicat tibi Domi
nus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.
Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ in die *Pſal.*40.1.
mala liberabit eum Dominus.
Eripite pauperem & egenũ de manu peccatoris liberate. 81.4.
Diſperſit dedit pauperibus,iuſtitia eius manet in ſæculũ 111.9.
ſeculi,cornu eius exaltabitur in gloria.
Ne dicas amico tuo vade & reuertere & cras dabo tibi, *Prou.*3.28.
cum ſtatim poſſis dare.
Qui deſpicit proximũ ſuũ peccat,q aũt miſeret pauperis, *Cap.*14.21.
beatus erit.31.honorat factorẽ eius qui miſeretur pauperis.
Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis & viciſſitudi *Cap.*19.17.
nem ſuam reddet ei.

*Cap.* 21.13. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis & ipſe clamabit & non exaudietur. 21. Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam inueniet vitam, iuſtitiam, & gloriam.

*Cap.* 22.9. Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur, de panib. enim ſuis dedit pauperi.

*Cap.* 28.27. Qui dat pauperi non indigebit, qui deſpicit deprecantem ſuſtinebit penuriam & cap. 31.20.

*Eccleſ.* 11.1. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt tempora multa inuenies illum.

*Eſa.* 58.7. Frange eſurienti panem tuum & egenos vagóſque induc in domum tuam, cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris.

*Ezec.* 16.49. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia & ocium ipſius & filiarum eius & manum egeno & pauperi non porrigebant ca. 18.7.

*Dan.* 4.24. Quamobrem rex conſilium meum placeat tibi & peccata tua eleemoſinis redime & iniquitates tuas miſericordiis pauperum, forſitan ignoſcet delictis tuis.

*Eccleſ.* 4.2. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua, cor inopis ne afflixeris & non protrahas datum anguſtianti.

*Cap.* 7.36. Pauperi porrige manum tuam vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.

*Cap.* 12.3. Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis & eleemoſinas non danti quoniam & altiſſimus odio habet peccatores & miſertus eſt pœnitentibus.

*Cap.* 29.12. Propter mandatum aſſume pauperem & propter inopiã eius ne dimittas eum vacuum, perde pecuniam propter fratrem tuum & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. 15. conclude eleemoſynam in corde pauperis & hæc pro te exorabit ab omni malo &c.

*Cap.* 35.4. Retribuet gratiam qui offert ſimilaginem, & qui facit miſericordiam, offert ſacrificium,

*Tob.* 4.7. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam nec auertas faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. 17. Panem tuum cum eſuriẽtibus & egenis comede & de veſtimentis tuis nudos tege &c.

*Cap.* 12.9. Quoniã eleemoſina à morte liberat & ipſa eſt quæ purgat peccata et facit inuenire miſericordiam et vitam æternam.

*Matth.* 6.3. Te autem faciente miſericordiam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.

Et quicunque



Et quicunq; potũ dederit vni ex minimis iſtis calicẽ aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. *Cap.* 10.42.

Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurũ magnum in cœlo & veni ſequere me. *Cap.* 19.21.

Eſuriui & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi potum &c. & 42. contra dicitur. *Cap.* 25.35.

Ieſus dicebat illis, qui habet duas tunicas det vnã nõ habenti, & qui habet eſcas ſimiliter faciat. cap. 6.35. *Luc.* 3.11.

Date eleemoſinam & omnia & munda ſunt vobis. *Cap.* 11.41.

Vendite quæ poſſidetis & date eleemoſinam. *Cap.* 12.33.

Cùm facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, cæcos & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur autem tibi in reſurrectione iuſtorum. *Cap.* 14.13.

Hortatur ad faciendas eleemoſynas, dicens: quid mereatur fidelis aut infidelis mammonæ diſpenſator, quodque nemo poteſt ſeruire Deo & mammonæ. *Cap.* 16. ✠

Stans autem Zacheus dixit ad Dominum: ecce dimidiũ bonorum meorũ Domine do pauperibus & ſi quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. *Cap.* 19.8.

Vir autem quidam erat in Cæſarea nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſinas multas plebi. Cap. 2.35. Beatius eſt dare quàm accipere. *Act.* 10.1.

De collectis autem quæ fiunt in ſanctos ſicut ordinaui eccleſiis Galatiæ ita & vos facite. 1. *Cor.* 16.1.

Proſequitur hortando ad eleemoſinam promtè & abundanter faciendam &c, Epheſ. 4.28. 2. *Cor.* 9. ✠

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus. *Heb.* 13.16.

Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi & viderit fratrẽ ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Idem Iaco. 2.15. 1. *Ioan.* 3.17.

Miſericordiam volo & nõ ſacrificium, Idẽ Matth 9.13. *Oſeæ.* 6.6.

Ne contemnas dare eleemoſinam. *Eccleſ.* 7.10.

Pereat memoria eorum de terra pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam. 11 &. 5. *Pſal.* 108.15.

Si multum tibi fuerit, abundanter tribue ſi exiguum tibi fueririt, etiam exiguum libenter impartire, præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. *Tob.* 4.9.

 Alij

Prou.11.24. Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt nō ſua & ſemper in egeſtate ſunt.

Eccleſ.3.33. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.

Prou.3.9. Honora Dominum Deum tuum de tua ſubſtantia & de primitiis frugum tuarum da pauperibus, & implebūtur horrea tua vbertate, atque torcularia tua abundabunt vino.

Cap.21.3. Facere miſericordiam magis placet Deo quàm victimæ.

Eccleſ.4.1. Fili eleemoſynam pauperis ne defraudes, vt oculos tuos transuertas à paupere.

*Eli ſacerdos in ſilo 1.Reg.1.3. filij eius reprehenduntur, 2.12. 22. è ſolio lapſus, fractis ceruicibus moritur. 4.18.*

*Elias vide Helias.*

*Eliſeus inungitur propheta, 3.Reg.19 19. iuxta præſcriptum Domini, 19.17. tranſit Iordanem, 4.Regum 2.14. ſanat aquam 2.20. reuocat puerum ad vitam 4.32. mundat Naaman à lepra, 5.14. percutit Syrios cæcitate, 6.18. prædicit rerum abundantiā, 7.1. ægrotat & moritur 13.14.20. mortuum eius corpus excitat mortuum, 13.21. commendatur, Eccle.48.13.*

*Elymas magus fit cecus Act.13.8.*

## *Emere & vendere quomodo oporteat.*

Leuit.25.14. ANno Iubilæi redient omnes ad poſſeſſiones ſuas, quando vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo ne cōtriſtes fratrē tuum, ſed iuxta numerum annorum iubilæi emes ab eo, & iuxta ſupputationem frugum vēdet tibi.

Deut.25.13. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor, pondus habebis iuſtum & verum, & modius æqualis & verus tibi erit.

Prou.11.1. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pōdus æquum voluntatis eius 26. Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis benedictio autem ſuper caput vendentiū.

Cap.16.11. Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt, & opera eius omnes lapides ſæculi.

Cap.20.10. Pondus & pondus menſura & menſura vtrunque abominabile eſt apud Deum.

Mich.6.10. Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis & menſura minor iræ plena, nunquid iuſtificabo ſtateram impiam & ſaccelli pondera doloſa?

Matth.7.2. In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini, & in qua mēſura menſi fueritis, remetietur vobis.





## *Emundatio.*

AFferam pauxillum aquæ vt lauentur pedes veſtri. (veſtra Gen.18.4.
Abiicite Deos alienos, & mūdamini, & mutate veſtimēta 35.2.
Facient mihi ſanctuarium (de cordibus ſuis) & habitabo Exod.25.8.
in medio eorum.
Vetera nouis ſuperuenientib. proiicietis. Ponā tabernacu Leuit.26.10.
lum meum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea
Emundabitur poſſeſſio veſtra, me commorante vobiſcū: Num.35.34.
ego enim ſum Dominus, qui habito inter filios Iſrael.
Auferte deos alienos de medio veſtrum, Baalim & Aſtha 1.Reg.7.3.
roth, & præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, &
eruet vos de manu Philiſthiim.
Vade & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem ca 4.Reg.5.10.
ro tua atque mundaberis. (ſed Deo.
Opus grāde eſt, neq; enim homini præparatur habitatio. 2.Para.29.1.
Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuū, quid Eccleſ.54.30.
proficiet lauatio illius.
Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum Eſai.1.16.
veſtrarum ab oculis meis.
Si abluerit Dominus ſordes filiarū Sion, & ſanguinē Ieru 64.4.
ſalē lauerit de medio ei⁹ in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris.
Mundate Domum Domini Dei patrum veſtrorum, auferre 2.Para.29.5.
omnem immunditiam de ſanctuario. (noſtri.
Parate viā Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei Eſai.40.3.
Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium Ierem.4.4.
veſtrorum viri Iuda.
Emundabo illos ab omni iniquitate ſua: & propitius ero 33.8.
cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi.
Laui te aqua & emūdaui ſanguinē tuū ex te, & vnxi te oleo Ezech.16.9.
Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini 36.25.
ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos.
Vſquequo non poterunt emundari? Oſeæ.8.5
Præparate in occurſum Dei tui Iſrael. Amos.4.12.
Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce Zach.3.4.
abſtuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis.
Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mun- 1.Mach.4.36.
dare ſancta, & renouare.
Elegit ſacerdotes ſine macula, volūtatem habentes in le- Ibidem.42.
ge Dei, & mundauerunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.

*Ibidem.* 48. Aedẽ & atria ſanctificauerunt,& fecerunt vaſa ſancta noua.
2.*Mac.*14.36 Sancte ſanctorum Domine conſerua in æternum impol
lutam domum iſtam,quæ nuper mundata eſt.
Matt.8.2. Domine ſi vis potes me mundare.
23.25. Væ vobis Scribæ & Phariſæi,hypocritæ,qui mundatis,quod
deforis eſt calicis,& paropſidis:intus autẽ eſtis pleni rapina
& omni immũditia.Phariſæe cæce,munda prius,quod intus eſt
calicis & paropſidis,vt fiat & id,quod deforis eſt,mundum.
Ioan.9.7. Vade & lauare in natatoria Siloe,abiit ergo & lauit,& venit
13.8. Si non lauero te,non habebis partem mecum. (videns.
1.*Cor.*6.11. Et hæc aliquando,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,&
iuſtificati eſtis,in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,& in
Spiritu Dei noſtri.
2.Cor.7.1. Habentes promiſſiones chariſſimi,mũdemus nos ab om
ni inquinamento carnis & ſpiritus,perficientes ſanctificatio
nem in timore Dei.
1.Theſſ. 4. 3. Hæc eſt;voluntas Dei,ſanctificatio veſtra. (catione.
*Ibidem.*7. Non enim vocauit nos Deus in immũditiã,ſed in ſanctifi
5.23. Ipſe aũt Deus pacis ſanctificet vos per oĩa,vt anima & cor
pus ſine querela in aduentu Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruet.
2.*Tim.* 2. 21. Si quis emundauerit ſe ab iſtis;erit vas in honorẽ ſancti-
ficatum & vtile Domino,ad omne opus bonum paratum.
Heb.1.3. Purgationem peccatorum faciens,ſedet ad dexteram ma
ieſtatis in excelſis.
10.22. Aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua
munda teneamus ſpei noſtræ cõfeſſionem indeclinabilem.
*Iac.*1.21. Abiicientes omnem immunditiam & abundantiam mali
tiæ,in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum,quod poteſt
ſaluare animas veſtras. (animo.
48. Emundate manus peccatores,& purificate corda duplices
1.*Pet.*2.1. Deponẽtes omnẽ malitiã,& omnẽ dolũ, & ſimulationes,
& inuidias,& omnes detractiones,ſicut modò geniti rationa-
biles,& ſine dolo lac cõcupiſcite,vt in eo creſcatis ĩ ſalutẽ.
1.*Ioan.*1. 7. Sanguis Ieſu filij Dei emundat nos ab omni peccato.
3.3. Omnis qui habet ſpẽ in eo,ſanctificat ſe,ſicut ille ſãctus eſt.
*Apoc.*1.5. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
7.14. Lauerũt ſtolas ſuas,& dealbauerũt eas in ſanguine agni.
22.14. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni.

## *Errare.*

Iob.12.25. ERrare eos faciet quaſi ebrios.

Et



Et dixi ſemper hi errant corde. *Pſal.*94. 10.
Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo. 106.4.
Errare fecit eos in inuio,& non in via. *Ibidem.* 40.
Erraui ſicut ouis quæ periit. 118.176.
Animæ doloſæ errant in peccatis. *Prou.*13. 13.
Errant qui operantur malum. 14.22.
Deus in iudicium aducet omne opus,cum omni occulta *Eccleſ.*12.14.
re,ſiue quid bonum,ſiue malum fuerit.
Nos omnes tanquã ouis errauimus, quiſque viam ſuam *Eſa.*53. 6.
ſectatus.
Propheta cum errauerit,& locutus fuerit verbũ,Ego Dñs *Ezech.* 14.9.
decepi prophetã illum:& extendam manum meam ſuper il-
lum,& delebo eum (dicit Dñs) de medio populi mei Iſrael.
Erratis neſcientes ſcripturas. *Matt.*22.29.

## *Electio boni & mali.*

HAbetis ſcientiã diſcernendi inter ſanctũ & prophanũ, *Leu.* 10. 10.
inter pollutum & mundum.
Propono in conſpectu veſtro benedictionem & male- *Deut.*11. 26.
dictionẽ:benedictionẽ ſi obedieritis mãdatis Dñi Dei veſtri
quæ ego præcipio vobis:maledictionẽ,ſi nõ obedieritis mã-
datis Dñi Dei veſtri,ſed receſſeritis de via,quam ego nunc oſtẽ
do vobis,& ambulaueritis poſt deos alienos,quos ignoratis
Propoſui in cõſpectu tuo vitam & bonum,& econtrario 30. 15.
mortem & malum.
Propoſui vobis vitam & bonum.benedictionem & male *Ibidem.* 19.
dictionem: elige ergo vitam vt & tu viuas & ſemen tuum.
Dabis ſeruo tuo cor docile , vt populum tuum iudicare 3. Reg. 3. 9.
poſſit & diſcernere inter bonum & malum.
Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei,magis quam habita *Pſalm.* 83.11.
re in tabernaculis peccatorum.
Appoſuit tibi aquam & ignem:ad quod volueris porrige *Eccleſ.*15.17.
manum tuam.
Ante hominem vita & mors,bonum & malum:quod pla *Ibidem.* 18.
cuerit ei dabitur illi.
Væ qui dicitis bonũ malũ,& malũ bonũ,ponẽtes tenebras *Eſa.* 5.20.
lucem,& lucẽ tenebras,amarum in dulce & dulcem amarũ.
Si ſeparaueris pretioſum à vili,quaſi os meum eris. *Hier.* 15. 19.
Ecce ego do coram vobis viam vitæ,& viam mortis. 21.8.
Inter ſanctum & prophanum non habent diſtantiam:in- *Ezec.* 22. 26.
ter pollutum & mundum non intellexerunt.
Quærite bonũ & non malum,vt viuatis:& erit Dominus *Amos.* 5. 14.
Deus

Deus exercituum vobiſcum.

Matt.13.48. Elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt.

Phil.1.9. Hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in omni ſcientia & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſynceri & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum.

1.The.5.21. Omnia probate, quod bonum eſt tenere.

*Ephron, quia negabat Iudæ tranſitum funditus perdita eſt,* 1.Mac.5.46.2.Mac.12.27.

## *Epiſcopi eorum electio & officium, Vide Concionator.*

Ioan.10.14. EGo ſum paſtor bonus & cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ.

Act.6.3. Conſiderate fratres viros ex vobis boni teſtimonij, plenos ſpirituſancto & ſapiētia, quos cōſtituam⁹ ſup hoc op⁹.

Cap.20.28. Attēdite vobis & vniuerſo gregi in quo vos ſpirituſſanct⁹ poſuit epiſcopos regere eccl'iā Dei q̄ acq̄ſiuit ſanguine ſuo.

Rom.4.1. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, vt diſpenſatores myſteriorum Dei.

2.Cor.6.4. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in anguſtiis &c.

2.Tim.2.15. Sollicitè cura teipſam probabilem exhibere Deo operarium inconfuſibilem rectè tractantem verbum veritatis.

Titu.1.5. Huius rei gratia reliq̄ te Cretæ vt ea q̄ deſunt corrigas & cōſtituas per ciuitates presbyteros ſicut & ego depoſui tibi.

1.Pet.5.2. Paſcite qui in vobis eſt gregē Dei, prouidētes nō coactè ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neq; turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit princeps paſtorum percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

## *Erubeſcere nullus debet euangelium.*

Pſal.39.11. IVſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuā & ſalutare tuum dixi Eccleſ.42.9.21.

Mar.8.38. Qui enim me cōfuſus fuerit & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice: & filius hominis confundetur eū cum venerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

Luc.9.26. Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in maieſtate ſua & patris & ſanctorum angelorum.

Rom.1.16. Non enim erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græco.

2.Tim.1.8. Noli itaq; erubeſcere teſtimonium Domini noſtri neque me



me vinctū eius ſed collabora euangelio ſecūdū virtutē Dei.

## *Erubeſcendum propter peccata.*

ERgo & tu porta confuſionem tuam quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agens: ab eis iuſtificatæ ſunt enim à te, ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam quæ iuſtificaſti ſorores tuas. Ezech.16.52.

Super filiā luxurioſam cōfirma cuſtodiā, nequādo faciat te venire in opprobrium inimicis à detractione in ciuitate & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. Eccleſ.42.11.

*Eſaias filius* Amos, *Eſaiæ* 1.1. *vocatur, & mittitur*, 6.8. ✠ 49.1.

*Eſau filius* Iſaac *naſcitur*, Geneſ.25.24. *vendit ſua primogenita* 25.31. *Heb.*12.16. *ſupplantatur à fratre ſuo Iacob*, Geneſ.27.* *ducit filiam Iſmahelis*, 28.9. ✠ 36.3. *procedit cōtra Iacob, cum* 400. *viris* 32.6. *oſculatur ſuum fratrē* Iacob.33.4. *In Eſau pugnare prohibetur* Iſrael. *Deut.*2.4. *vide Edom.*

*Eſdras Scriba proficiſcitur ex Babylone.*1.*Eſd.*7.6. *ſeparat mulieres Gentiles ex Iſrael.*9.* ✠ 10.* *legit coram multitudine librum Legis*, 2.*Eſdr.*8.2.3.*Eſd.*9.39. *appellatur Ioſedec.*1.*Paralip.*6.15.

## *Eſurire iuſtitiam.*

BEati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam quoniam ipſi ſaturabuntur. Matth.5.6.

Eſurientes impleuit bonis & diuites dimiſit inanes. Luc.1.53.

Beati qui nunc eſuritis quia ſaturabimini. Cap.6.21.

Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Idem 22.17. habetur. Apoca.21.6.

*Eua formatur ex coſta Adæ* Geneſ.2.21. *comedit fructum vetitum.* Cap.3.6.

## *Euangelium Chriſti eiuſque prædicatio.*

ECce gentem quam neſciebam vocabis, & gētes quę te non nouerunt ad te current, propter Dominum Deum tuum & ſanctum Iſrael, quia glorificauit te. Eſa.55.5.

Spiritus enim ſuper me, eo quod vnxerit me dn̄s, ad annunciandū manſuetis miſit me, vt mederer cōtritis corde & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem. Cap.61.1.

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & filij & Spiritus ſancti. Matt.28.19.

Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. Mar.16.15.

Dixit

*Luc.* 1. 10. Dixit illis Angelus, nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo.

*Ioan.* 3. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.

*Cap.* 8. 20. Dixit eis Ieſus: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

*Cap.* 6. 35. Dixit eis Ieſus ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquam.

*Cap.* 10. 9. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.

*Cap.* 12. 46. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat.

*Rom.* 1. 16. Non erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.

1. *Cor.* 4. 15. In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui.

*Cap.* 15. 1. Notum vobis facio fratres euangelium quod prędicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per qđ & ſaluamini, qua ratione & prædicauerim vobis ſi teneris, niſi fruſtra credidiſtis. Idem Galat. 1. 11.

1. *Tim.* 1. 15. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. 2. Tim. 1. 8.

2. *Tim.* 2. 8. Memor eſto Dominum Ieſum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundum euangelium meum &c.

## *Euangelium adfert fiduciam, ſimul & timorem, conſolationem & terrorem.*

*Matt.* 5. 20. QVI ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

*Cap.* 7. 13. Intrate per anguſtã portã, quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quę ducit ad perditionẽ, & multi ſunt qui intrãt per eam 19. Omnis arbor quę nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. 23. Et tunc confitebor illis quia nũquam noui vos diſcedite à me qui operamini iniquitatem.

*Cap.* 8. 12. Filij regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Cap. 22. 13.

*Cap.* 10. 33. Qui negauerit me coram hominibus, negabo & ego cũ coram



coram patre meo, qui in cœlis eſt.

Sicut colliguntur Siſania & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi &c. 50. & mittent eos (Angeli) in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. *Cap.* 13. 40.

Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. *Cap.* 16. 27.

Vę homini per quem veniunt ſcandala. *Cap.* 18. 7.

Inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus, & ſtridor dentium. *Cap.* 25. 30.

Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. *Mar.* 10. 25.

Væ vobis diuitibus qui habetis cõſolationẽ, veſtrã, væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis, væ vobis qui ridetis nũc quia lugebitis & flebitis. *Luc.* 6. 24.

Ait ad illum Ieſus, nemo mittens manum ſuam ad aratrũ & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. *Cap.* 9. 62.

Dico vobis: ſi pœnitentiã nõ habueritis, oẽs ſilr̃ peribitis. *Cap.* 13. 5.

Adhuc vnũ tibi deeſt, oĩa quæcunq; habes vẽde & da pauperibus & habebis theſaurũ in cœlis, & veni & ſequere me. *Cap.* 18. 22.

Nõ vos me elegiſti, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat vt quodcũque petieritis Patrem in nomine meo det vobis. *Ioan.* 15. 16.

Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnẽ impietatẽ, & iniuſtitiã hominũ, eorũ qui veritatem Dei in iniuſtitia detinẽt. *Rom.* 1. 18.

Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, theſauriſas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. *Cap.* 2. 5.

Stipẽdia n. peccati mors, Gratia enim Dei, vita æterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Cap.* 6. 23.

Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem Dei ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. *Cap.* 11. 22.

Vnuſcuiuſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. *Cap.* 14. 12.

Vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelarabitur, & vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit. 17. ſi quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. 1. *Cor.* 3. 13.

Quę enim ſecundũ Deũ triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutẽ ſtabilem operatur, ſeculi autem triſtitia mortem operatur. 2. *Cor.* 7. 10.

Qui ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. *Galat.* 5. 24.

Itaque chariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non vt in *Philip.* 2. 12. pręſentiam

preſentiã mei tantũ,ſed multo magis nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.

*Hebr.10.26.* Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis,iam non relinquitur pro peccatis hoſtia,terribilis autem quædam expectatio iudicij , & ignis emulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

*Iaco.4.9.* Miſeri eſtote,& lugete & plorate , riſus veſter in luctum conuertetur & gaudium veſtrum in mœrorem.

*Cap.5.1.* Agite nunc diuites , plorate vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis &c.

*1.Petr.4.18.* Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?

*2.Petr.1.10.* Quapropter fratres ſatagite , vt per bona opera , certam veſtram vocationem & electionem faciatis , hæc enim facientes non peccabitis aliquando.

*Cap.2.4.* Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit,ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari.

*Iudæ.15.* Ecce venit Dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium contra omnes,& arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum,quib.impié egerunt & de omnib.duris quæ locuti ſunt contra eum peccatores impij.

*Euangelizanti debetur neceſſaria vitæ ſuſtentatio.*

Matth.10.9. NOlite poſſidere aurum neque argentum, neque pecuniã ĩ zonis veſtris,nõ perã ĩ via,neq; duas tunicas neq; virgã,dignus eſt enim operari⁹ mercede ſua Luc.9.7.13.

*Mar.6.8.* Et præcepit eis(Ieſus)ne quid tollerent in via , niſi virgã tantum non peram non panem,neque in zona æs.

*Galat.6.6.* Communicet autem is qui catechiſatur verbo,ei qui ſe catechiſat in omnibus bonis.

1.*Timot.*5.17 Qui benè præſunt presbyteri duplici honore digni habeantur,maximè qui laborant verbo & doctrina.

2.*Tim.*2.6. Laborãtẽ agricolã oportet primũ de fructibus percipere

*Euangeliſans vitæ ſit integræ.*

*Matt.5.19.* QVi ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis,& docuerit ſic homines,minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur re regno cælorum.

*Quid de non facientibus nec docentibus.*

23.2. SVper cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ,& Phariſæi,omnia ergo



quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundũ opera vero eorum nolite facere:dicunt enim & non faciunt.

Qui ergo aliũ doces,teipſum non doces? Qui prædicas non furandũ,furaris? Qui dicis nõ mœchandũ,mœcharis? *Rom.2.21.*

Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo, ne forte cũ aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar. 1.*Cor.*9.27.

Nemo adoleſcentiã tuã contẽnat, ſed exemplũ eſto fideliũ,in verbo,in cõuerſatione,in charitate,in fide,in caſtitate. 1.*Tim.*4.11.

Solicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo operariũ inconfuſibilem,recte tractantem verbũ veritatis. 2.*Tim.*2.15.

In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operũ, in doctrina,in integritate,in grauitate. *Tit* 2.7.

*Dicendorum proponat vtilitatem.*

SI dederit mihi Balach plenã domũ ſuã argẽti & auri, non potero immutare verbũ dñi Dei mei,vt vel plus,vel minus loquar.(Verba ſunt Balaam.Sic & micheas propheta) N*um.*22.18.

Viuit Dominus,quia quodcũque dixerit mihi Dominus hoc loquar. 3.Reg.22.18

Ve mihi,quia tacui,quia pollutus labiis ego ſum,& in medio populi polluta labia habentis ego habito. *Eſaiæ.*6.5.

Super montẽ excelſum aſcende tu,qui Euangelizas Syõ, exalta in fortitudine vocẽ tuã,qui Euangeliſas Ierúſalem. Exalta,noli timere, dic ciuitatibus Iuda: Ecce Deus veſter, Ecce dñs Deus in fortitudine venit,& brachiũ eius dominabitur:ecce merces eius cum eo,& opus illius coram illo. 40.9.

Quã pulchri ſuper mõtes pedes annunciantis & prædicãtis,pacem annunciantis bonum,prædicãtis ſalutem dicentis Syon regnabit Deus tuus 52.7. & Nañ.1.15

Clama,ne ceſſes,quaſi tuba exalta vocẽ tuã, & annuncia populo meo ſcelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. 58.1.

Noli dicere,quia puer ego ſum:qm̃ ad omnia,quæ mittã te,ibis: & vniuerſa,quæcunque mandauero tibi loqueris. *Iere.*1.7.

Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Ibid.*9.

Euntes autem prędicate, dicentes: quia appropinquauit regnum cœlorum. *Mat.*10.7. *et Mar.*16.15.

Omnis ſcriba doctus in regno cœlorũ ſimilis eſt homini patrifamilias qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. 13.52.

Euntes in mũdũ vniuerſum prædicate Euangeliũ oĩ creaturę,docẽtes eos ſeruare quęcũq; mãdauit vobis.(thema ſit. 28.19.

Si quis vobis Euangelizauerit præter id q accepiſtis,ana- *Galat.*1.9

Exhortatio.n. noſtra non de errore , neque de immunditia 1.*Theſſ.*2.4

neque in dolo,ſed ſicut probati ſumus à Deo, vt crederetur
nobis euangelium,ita loquitur:non quaſi hominibus placẽ
tes,ſed Deo qui probat corda noſtra.
1.Tim. 4. 7. Ineptas & aniles fabulas deuita.
2.Tim. 4. 2. Prędica verbũ,inſta opportunè,importunè argue,obſecra
increpa in omni patientia,& doctrina. Erit enim tẽpus cum
ſanã doctrinã non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacer-
uabunt ſibi magiſtros prurientes auribus & à veritate qui-
dem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur.
Ibid.5. Tu vero vigila,in omnibus labora,opus fac Euangeliſtę,
miniſterium tuum imple,ſobrius eſto.
Tit.2.1. Tu autẽ loquere,quæ decent ſanam doctrinam.
3.9. Stultas quæſtiones & genealogias,& contentiones, & pu-
gnas legis,deuita:ſunt enim inutiles & vanæ.
24.25. Diſputante illo de iuſtitia,& caſtitate, & de iudicio futu-
ro,tremefactus Fe lix.

*Addat verborum claritatem.*

Eſa.50.4. DOminus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſcitare
eum,qui laſſus eſt,verbo.
Matt.10.27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod
in aure audiſtis,prædicate ſuper tecta.
1.Cor.1.17. Non enim miſit me Chriſtus baptizare,ſed Euangelizare
non in ſapientia verbi,vt non euacuetur crux Chriſti.Verbũ
enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, his autem,qui
ſalui fiunt,id eſt,nobis,dei virtus eſt.
Ibid.21. Nam quia in Dei ſapientia, non cognouit mundus per
ſapientiam,Deum:placuit Deo per ſtultitiam prædicationis
ſaluos facere credentes.
2.1. Ego cum veniſſem ad vos fratres, veni nõ in ſublimitate
ſermonis aut ſapientiæ, annunciamus vobis teſtimonium
Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi
Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum.
Ibid.5.6. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam
vero non huius ſæculi,neque principũ huius ſęculi, qui de-
ſtruuntur:ſed loquimur Dei ſapiẽtiam in myſterio, quę abſ-
condita eſt,quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriã
noſtram,quam nemo principum huius ſæculi cognouit.
Ibid.12. Nos non ſpiritũ huius mundi accepimus, ſed ſpiritũ, qui
ex Deo eſt,vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis:quæ &
loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in
doctrina Spiritus ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.

Ego



Ego fratres non potui vobis loqui,quaſi ſpiritualibus, ſed 3.1.
quaſi carnalibus:tanquã paruulis in Chriſto lac vobis potũ
dedi,non eſcam,nondum enim poteratis.
Non.n. ſumus ſicut plurimi,adulterantes verbũ Dei,ſed 2.Cor.2.17.
ex ſynceritate,ſicut ex Deo,corã Deo,in Chriſto loquimur.
Ideo habentes hanc ad miniſtrationẽ, iuxta quod miſeri- 4.1.
cordiam conſecuti ſumus,nõ deficimus,ſed abdicamus oc-
culta dedecoris,non ambulantes in aſtutia, neque adulterã-
tes verbũ Dei,ſed in manifeſtatione veritatis.
Poſuit in nobis verbum reconciliationis: pro Chriſto er- 5.19.
go legationẽ fungimur,tanquã Deo exhortãte per nos,Ob
ſecramus pro Chriſto reconciliemini Deo.
Rogaui te, vt remaneres Epheſi, cũ irẽ in Macedoniã vt 1.Tim.1.3.
denunciares quibuſdã, ne aliter docerent, neque intenderẽt
fabulis,& genealogiis interminatis,quæ quæſtiones præſtãt
magis quam ædificationem Dei,quæ eſt in fide.
Formam habe ſanctorum verborum,quæ à me audiſti in 2.Tim.1.13
fide & dilectione in Chriſto Ieſu.

*Veritatis teneat firmamentum.*

DOminus dabit verbũ Euangelizantibus virtute multa. Pſal.47.12.
Et poſuit os meũ quaſi gladium acutũ,in vmbra manus Eſaiæ.49.2.
ſuæ protexit me,& poſuit me, ſicut ſagittam electam,
in pharetra ſua abſcondit me.
Poſui verba mea in ore tuo,& in vmbra manus meæ pro 51.16.
texi te,vt plantes cœlos & fundes terram. [Dominus.
Ne timeas à facie eorũ,quia ego tecũ ſum,vt eruã te dicit Iere.1.8.
Ne formides à facie eorũ,nec.n. timere te faciã vultũ eorũ, Ibid.17.
Ego quippe dedi te hodie in ciuitatẽ munitã, & in columnã
ferreã,& in murum æreum ſuper oẽm terrã. Regibus Iuda,
& principibus eius & ſacerdotibus & omni populo terræ.Et
bellabunt aduerſum te,& non præualebunt,quia ego tecum
ſum,ait Dominus,vt liberem te.
Ecce dedi faciẽ tuã valentiorẽ faciebus eorum,& frontẽ Ezech.3.8.
tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantẽ, & vt ſilicẽ
dedi faciem tuam ne timeas eos, neque metuas à facie eo-
rum,quia domus exaſperans eſt.
Fili hominis ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael, & audies Ibid.17.
de ore meo verbũ & annũciabis eis ex me.Si dicente me ad
impiũ,Morte morieris,nõ annũciaueris ei,neq; locutus fue-
ris,vt auertetur à via ſua impia,& viuat, ipſe quidẽ in impie
tate ſua morietur,ſanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã.

 Si

Ibid.19. Si aũt tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuer-
ſus ab impietate ſua,& à via ſua impia: ipſe quidẽ in impie-
tate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.
Ibid.20. Sed ſi cõuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit,& fecerit iniqui
tatẽ, ponam offendiculũ corã eo, ipſe morietur, quia nõ an-
nunciaſti ei in peccato ſuo morietur,& nõ erũt in memoria
iuſtitię ei⁹, quas fecit, ſãguinẽ vero ei⁹ de manu tua requirã.
21. Si autẽ tu annunciaueris iuſto, vt non peccet iuſtus,& ille
non peccauerit, viuens viuet, quia annunciaſti ei, & tu ani-
mam tuam liberaſti.
33.2. Fili hominis loquere ad filios populi mei.
Ibid.7. Audiẽs ex ore meo ſermonẽ annũciabis eis ex me. Si dicẽ
te me ad impiũ: impie morte morieris, nõ fueris locutus, vt
ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniqtate ſua mo
rietur, ſanguinẽ aũt eius de manu tua requirã. Si aũt annun-
ciãte ad impiũ, vt à viis ſuis conuertatur. non fuerit conuer-
ſus à via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur, porro tu animã
tuam liberaſti. (tura veritatis.
Da.10.21 Veruntamẽ annũciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcrip-
Mich.3.8. Ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini iudicio &
veritate vt annunciẽ Iacob ſcelus ſuũ, & Iſrael peccatũ ſuũ.
Mat.22.16. Magiſter ſcimus quia verax es,& viam in veritate doces.
Luce.9.60. Sine, vt mortui ſepeliã mortuos ſuos, tu autẽ vade & annũ
cia regnũ *Dei*.
Act.4.19. Si iuſtũ eſt in conſpectu Dei, vos potius audire quã Deũ
iudicare, non enim poſſumus, quæ vidimus & audiuimus
non loqui.
Act.20.26. Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus
ſum à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi, quo minus
annunciarẽ vobis omne conſiliũ Dei.

### *Euangelizans audiatur diligenter.*

Pſal.118.130. Declaratio ſermonum tuorum illuminat.
Eſaiæ.50.10 Quis ex vobis timens Dominũ audiens vocẽ ſerui eius:
Mat.13.9. Qui habet aures audiendi audiat.
Ibid.19. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit
malus,& rapit quod ſeminatum eſt in corde eius.
Mar.1.15. Pœnitemini & credite euangelio.

### *Proficiet cum effectu.*

Iob.36.10. Reuelabit aurem eorum vt corripiat & loquetur vt re-
uertãtur ab iniquitate ſua, ſi audierint,& obſeruauerint
complecunt



complebunt dies ſuos in bono,& annos ſuos in gloria.
Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Pſal.50.15.
Venite aſcendamus ad montẽ dñi,& ad domũ Dei Iacob Eſaiæ.2.3.
& docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius:
quia de Sion exibit lex & verbum Domini de Ieruſalem.
Audite vocẽ,& facite omnia, quæ præcepi vobis, & eritis Iere.11.7.
mihi in populũ,& ego ero vobis in Deum.
Oues meæ vocẽ meam audiunt,& ego cognoſco eas,& ſe Ioan.10.16.
quuntur me.
Omnis qui eſt ex veritate audit vocem meam. 18.37.
Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum,& commu Act.2.42.
nicatione & fractione panis,& orationibus.

### *Teneat perſeueranter.* Epheſ.4.14.

Non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vẽ
to doctrinæ in nequitia hominũ, in aſtutia ad circumuen
tionem erroris. Colloſſ.2.8.
Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam,& inanẽ fal
laciam ſecundum traditionẽ hominum, ſecundum elementa
mundi,& non ſecundum Chriſtum. Hebr.13.9.
Doctrinis variis & peregrinis, nolite abduci.

### *Qui ſeipſum ingerit.* 1.Cor.14.34.

Mulieres in eccleſiis taceant: non enim permittitur eis
loqui, ſed ſubditas eſſe. 1.Tim.2.11.
Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione.
Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in
virum, ſed eſſe in ſilentio. 6.3.
Si quis aliter docet,& nõ acquieſcit ſanis ſermonibus dñi
noſtri Ieſu Chriſti,& ei, quę ſecundũ pietatẽ eſt, doctrinæ, ſu-
perbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones,& pu-
gnas verborũ, ex quibus oriuntur inuidiæ, cõtentiones, blaſ-
phemiæ ſuſpitiones malæ, conflictationes hominum mente
corruptorum,& qui à veritate priuati ſunt, exiſtimantium
quæſtum eſſe pietatem. Ibid.10.
O Timotheæ depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vo
cum nouitates,& oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam
quidem promittentes circa fidem exciderunt.

### *Alium inficit.*

Doctrina mala deſerentium viam vitę. Prou.15.10.
Speculatores eius cæci oẽs, neſcierũt vniuerſi canes muti Eſa.56.10.

non valentes latrare, videtes vana, dormiẽtes & amãtes ſomnia. Et canes ĩpudẽtiſſimi, neſciẽtes ſaturitatẽ. Ipſi paſtores ignorauerunt, intelligẽtiã omnes in viã ſuam declinauerũt, vnuſquiſq; ad auaritiã ſuã à ſummo vſque ad nouiſſimum.

*Ierem.5. 30.* Stupor & mirabilia facta ſunt in terra, prophetæ prophetabant mẽdacium, & ſacerdotes applaudebãt manibus ſuis, & populus meus dilexit talia. Quid igit̃ fiet in nouiſſimo eius

*Matt.15.14.* Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum.

*Luca.6. 39.* Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo cadent in foueam?

*1.Tim.1.5.* Finis aũt præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidã aberrãtes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, nõ intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quib. affirmant.

*2.Tim.3.13.* Mali autem homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.

*Tit.1 10.* Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt, quos oportet redargui qui vniuerſas domos ſubuertunt docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia.

## *Deum offendit.*

*Eſaia.5.20.* VÆ qui dicitis malum bonum, & bonum malum.

*Mich.3. 11.* Prophetæ eius in pecunia diuinabãt, & ſuper dominum quieſcebãt, dicentes: Nunquid non Dominus in medio noſtrum? Non venient ſuper nos mala. Propter hoc, cauſa veſtri, Sion, quaſi ager arabitur, & Ieruſalem, quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.

*Lucæ.11.46* Væ vobis legiſperitis, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt, ipſi verò digito veſtro non tangitis ſarcinas.

*Ibidem. 51.* Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis.

*Rom.16.17.* Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſentiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis faciũt, & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim Chriſto domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium.

## *Qui contemnit, ipſum deſpicit.*

*2.Par.26.15.* MITTEBAT autem Dominus Deus patrum ſuorum ad illos, per manum nunciorum ſuorum de nocte conſurgens & quotidie commonens, eò quòd parceret populo & habitaculo ſuo. At illi ſubſannabant nuncios Dei, & paruipendebant ſermones eius, illudebantque prophetis, donec aſcenderet furor Domini, in populum eius, & eſſet nulla curatio.



Abiecerũt enim legem Domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerũt. Ideo iratus eſt furor dñi in populum, & extẽdit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum. *Eſa.5.24.*

Populus enim ad iracundiam prouocatus eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei: Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie mea ſanctus Iſrael. *30.9.*

Quis credidit auditui noſtro, & bracchium Domini cui reuelatum eſt? *53.1.*

Nolunt audire te, quia nolunt audire me: omnis quippe domus Iſrael atrita fronte eſt, & duro corde. *Ezech.3 7.*

Venite audiamus, quis ſit ſermo egrediens à Domino. Et veniũt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedẽt corã te populus meus. Et audiunt ſermones tuos, & nõ faciunt eos, qa in canticũ oris ſui vertunt eos, & auaritiã ſequitur cor eorũ *33.30.*

Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. *Lucæ.10. 16.*

Qui ſpernit me, & nõ accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Quia ego ex me ipſo non ſum locutus, ſed q miſit me Pater ipſe mihi mãdatũ dedit qd dicã, & quid loquar. *Ioan.12. 48.*

Quod ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum, in iis, qui pereunt eſt opertum, in quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij Gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. *2.Cor.4.3.*

Itaque qui hæc ſpernit non hominem ſpernit, ſed Deum qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. *1.Theſſ.4. 8.*

Hoc verbum præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed abierunt in voluptatibus, & in prauitate cordis ſui mali. *Ierem.7. 23.*

Et miſi vos ad omnes ſeruos meos per diẽ conſurgẽs diluculo, & mittens, & non audierunt me, nec inclinauerunt *Ibidem. 26.*

aure ſua,ſed indurauerunt ceruicem ſuam,& peius operati ſunt,quàm patres eorum.

*Ibidem.* 28. Perijt fides & ablata eſt de ore eorum.

35.14. Ego autē locutus ſum ad vos de mane cōſurgēs & loquēs & non obediſtis mihi, miſique ad vos omnes ſeruos meos prophetas,cōſurgēs diluculo,mittēſque & dicēs:Cōuertimini vnuſquiſq; à via ſua peſſima,& bona facite ſtudia veſtra. Et non declinaſtis aurem veſtram,neque audiſtis me.

44.16. Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non exaudiemus ex te:ſed faciemus omne verbum, quod egreditur de ore noſtro.

*Matt.*7.24. *& Luc.*6.47 Et omnis qui audit verba mea hæc & nō faciet ea ſimilis erit viro ſtulto,qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, vel ſuper terram ſine fundamento,& deſcendit pluuia,& venerunt flumina,& flauerunt venti & irruerunt in domum illam,& cecidit,& fuit & ruina eius magna.

*Roma.*10.16. Sed non omnes obediunt Euangelio.

*Galat.* 3.1. O inſenſati Galatę,q̃s vos faſcinauit nō obedire veritati?

*Iacob.*1.22. Eſtote factores nō auditores tātùm,fallētes voſmetipſos.

*Malum ſuper ſe inducit.*

*Iob.*36.12. SI non audierint,tranſibunt per gladium & cōſumentur in ſtultitia ſua.

*Ezech.*3. 25. Et tu fili hominis,Ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum & linguam tuam adhærere faciam palato tuo,& eris mutus,nec quaſi vir obiurgans,quia domus exaſperans eſt.

*Oſee.*9.17. Abiiciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum:& erunt vagi in nationibus.

*Zach.*7.11. Et noluerūt attēdere,& auerterūt ſcapulā recedētes,& aures ſuas aggrauauerūt ne audirent,& cor ſuū poſuerunt vt adamātē ne audirēt legē,& verba,quæ miſit Dominus exercituū in ſpiritu ſuo ſancto,per manum prophetarū priorū.

*Matth.*10.14 Quicūque nō receperit vos,neq; audierit ſermones veſtros exeuntes foras de domo vel ciuitate illa,excutite puluerem de pedibus veſtris.Amen dico vobis,tolerabilius erit terræ Sodomorū & Gomorrhęorū in die iudicij,quā illi ciuitati.

11.16. Cui ſimilē æſtimabo generationē iſtā : ſimilis eſt pueris ſedētib.in foro,qui clamātes coæqualib.ſuis dicunt: Cecinimus vobis,& non ſaltaſtis,lamentauimus,& nō planxiſtis.

Iis



Iis,qui ſunt ex contentione,& qui non acquieſcunt veritati,credunt autem iniquitati,ira,& indignatio,tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. *Roman.*2. 8.

In reuelatione Domini Ieſu de cœlo cum angelis virtutis eius in flamma ignis, dātis vindictam iis,qui non nouerunt Deum,& nō obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini. *2.Theſſ.* 1.7.

Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus,ne fortè pereffluamus. Si enim,qui per angelos dictus eſt ſermo,factus eſt firmus, & ſi omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionē,quomodo nos effugiemus,ſi tantam neglexerimus ſalutem? *Heb.*2.1.

Irritā quis faciens legē Moyſi ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur,quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia,qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamēti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. 10.28.

Omnis qui recedit,& non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet. *2.Ioan.*2.

## *Euchariſtia.*

CEnātibus autem eis,accepit Ieſus panem & benedixit ac fregit,deditque diſcipulis,& ait,accipite & comedite hoc eſt corpus meū,& accipiēs calicē gratias egit, & dedit illis dicēs bibite ex hoc omnes,hic eſt.n.ſanguis meus, noui & æterni teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.Idem Mar.14.22.Item Lucæ.22.19. *Matt.*26.26

Accipite & manducate hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur,hoc facite in meam commemorationem. *1.Cor.*11.24.

Calix benedictionis nónne cōmunicatio ſanguinis Chriſti eſt?& panis quem frangimus,nónne participatio corporis Domini eſt? *Cap.* 10.16.

*Frequenter ſumenda.*

ERant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & cōmunicatione fractionis panis,& orationibus.Cap.27. *Act.*2.42.

*Præfiguratur Euchariſtia.*

QVod cū vidiſſēt filij Iſrael, dixerūt ad inuicē,Manhu q̄ ſignificat,quid eſt hoc?Ignorabāt enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes.Iſte eſt panis quē Dn̄s dedit vobis ad *Exod.*16. 15.

 veſcendum

veſcendum Prophetatur Malach.1.

### *Euchariſtia ſub altera tantum, nimirum ſub panis ſpecie.*

Ioan.6.58. HIc eſt panis qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres veſtri manna & mortui ſunt, qui manducat hunc panem viuet in æternum.

### *Euchariſtia data à Chriſto.*

Luc.24.30. ET factum eſt dum recumberet cum illis Ieſus, accepit panem benedixit & fregit, & porrigebat illis.

### *Data eſt Apoſtolis.*

Act.2.42. ERant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis & orationibus Ca.20.7.& 1.Cor.11.17.

*In quorum vtroque loco Syri vocem ἄρτον panem reddũt nomine:* ܐܘܟܪܣܛܝܐ Id eſt EVCHARISTIA.

### *In Euchariſtia non remanet ſubſtantia panis poſt conſecrationem.*

Matt.26.26 CÆnantibus autem eis accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit deditque diſcipulis ſuis, & ait. Accipite & manducate hoc eſt corpus meum. Idem Mar.10.22. Luc.22.19

Ioan.6.51. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, ſi quis mãducauerit ex hoc pane viuet in æternum, & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita.

### *Circumferendum eſſe in publicis proceſſionibus præfiguratur.*

Ioſue.6.6. VOcauit ergo Ioſue fili⁹ Nun ſacerdotes & dixit ad eos. Tollite Arcam fœderis, & ſeptem alij ſacerdotes tollant ſeptem iubileorum buccinas & incedat ante Arcam domini. Ad populum quoque ait; Ite & circuite ciuitatẽ, armati præcedentes Arcam domini. 1.Reg.4.3.

2.Reg.6.4. Cumque tuliſſent eam de domo Abinadab qui erat in Gabaa, cuſtodiens Arcam Dei, Achio præcedebat Arcam, David



Dauid autem & omnis Iſrael ludebant coram Domino, in omnibus lignis fabrifactis ex citharis & lyris, & timpanis, & ſiſtris & cimbalis.

### *Euchariſtia adoranda.*

REminiſcentur & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gẽtiũ. 30. Mãducauerũt & adorauerũt oẽs pingues terræ, in cõſpectu eius cadẽt oẽs qui deſcẽdũt in terrã. Pſal. 21.28.

Exaltate Dominum Deum noſtrum & adorate ſcabellũ pedum eius quoniam ſanctum eſt. 98.5.

Et dixit ei Ieſus, & vidiſti eum, & qui loquitur tecum ipſe eſt. At ille ait, credo domine, & procidens adorauit eum. Ioan. 9.37.

### *Exactio, cenſus & tributum debetur principibus.*

ET cum veniſſet Capharnaũ, acceſſerunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: magiſter veſter non ſoluit didrachma. Matt.17.24.

Dic nobis quid tibi videtur, licet Cenſum dare Cæſari an non. Idem Luc.20.22. Cap.22.17.

At illi attulerũt ei, & ait illis. Cui⁹ eſt imago hæc & inſcriptio? dicũt ei, Cæſaris: reſpõdens aũt Ieſus dixit illis: Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Marc.12.16.

Reddite omnibus debita, cui tributum tributũ, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Rom.13.7.

### *Excommunicatio à Chriſto inſtituta & præcepta.*

ET tibi dabo claues regni cœlorũ, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; ſolueritis ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. Matt.16.19.

Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eũ & proiice abs te, bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quã duas manus vel duos pedes habentẽ mitti in ignem æternum. 18. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis ſuper terrã erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Cap. 18. 8.

Quiſquis ſcandalizauerit vnũ ex hiis puſillis credẽtibus in me, bonum eſt ei magis ſi circũcidaretur mola Azinaria collo eius & in mare mitteretur.

Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Ioan.20.23.

Excommuni-

## *Excommunicatio vſitata ab Apoſtolis.*

1.Cor. 5. 3. EGo quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iā dicaui, vt præſens, eũ qui ſic operatus eſt in noīe Dñi noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu, cũ virtute Dñi noſtri Ieſu, tradere huiuſmodi ſathanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Dñi noſtri Ieſu Chriſti.

2.Theſſ 3.6. Denuntiamus autem vobis fratres in noīe Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & nõ ſecundũ traditionẽ quam acceperunt à nobis. 14. Quod ſi quis non obedit verbo noſtro per epiſtolã, hunc notate, & ne cõmiſceamini cum illo, vt confundatur, & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrẽ.

1.Tim.1.20. Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare.

Tit. 3. 10. Hæreticum hominem poſt vnã & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus.

## *Excommunicatio exercenda ad ædificationem eccleſiæ & ad correctionem eius qui excommunicatur.*

2.Theſſ.3.14. QVOD ſi quis non obedit verbo noſtro per epiſtolã, hunc notate, & ne cõmiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. 1. Cor. 54. ad 1. Timot.1. 20.

## *Excommunicatio Phariſæorum.*

Ioan.9. 22. HÆc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos, iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum cõfiteretur eſſe Chriſtũ extra Synagogam fieret. 34. Reſponderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus & tu doces nos? & eiecerunt eum foras.

Cap. 12. 42. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt e ſynagogã non eijcerentur.

Cap. 16. 2. Abſque Synagogis facient vos, ſed venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.

## *Excommunicandi ſunt qui in moribus aut doctrina grauiter errantes admoniti, nolunt reſipiſcere.*

Prou.22.10. EIICE deriſorem & exibit cum eo iurgiũ, ceſſabũtq; cauſæ & contumeliæ.

quod



Quod ſi nõ audierit eos, dic eccleſiæ, ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. M1.6

Rogo vos fratres vt obſeruetis eos qui diſſentiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis faciunt, & declinate ab illis. Ro.16. 17.

Ego quidem abſens corpore præſens autem ſpiritu, iam iam iudicaui, vt prius eum qui ſic operatus eſt in nomine Domini noſtri &c. 1.Cor. 5.3.

Propter qđ obſecro vos, vt cõfirmetis in illũ charitatẽ. 2. Cor. 2. 8

Quod ſi quis nõ obedit verbo noſtro, per epiſtolam hũc notate & ne cõmiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed quaſi fratrem corripite. 1. Timot.1.20. Cap. 6. 5. 2. Theſ.3. 14.

Sermo eorũ vt cancer ſerpit, ex quibus eſt. Hyminæus & Philetus, qui à veritate exciderunt dicentes, reſurrectionem eſſe iam factam, & ſubuerterũt quorundã fidẽ. 21. Si qs ergo mũdauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem, ſanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Cap. 3.5. 2.Tim. 2. 17.

Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. Tit. 3. 10.

## *Excommunicati vitandi.*

QVod ſi non audierit eos dic eccleſiæ, ſi autem eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. 1. Cor. 5. per totum capit. Matt.18. 17.

Hæreticum hominem poſt vnã & ſecundã correptionẽ deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus, (prædictis docemur euitare hæreticos.) Tit.3. 10.

## *Exemplum bonum.*

DEſcribe ſermones legis huius in volumine cordis, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus. Deut.17. 18.

Exemplo didici diſciplinam. Prou. 24. 32.

Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiã in exemplum) ſic enim effugies voluntarium peccatum. Eccleſ.20.4.

Vidi, & ecce, candelabrum totum (per charitatem) & lãpas eius ſuper caput, & Luc.8. Idem. Zach. 4. 2.

Accẽderũt lucernas, quæ ſuper cãdelabrum erant, & lucebant in templo. 1.Mac.4. 50.

2.*Mac*.6.28. Adoleſcentibus templum forte relinquam.

*Matth*.5.14. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neq;
*Luc*. 11. 33. accendunt lucernam,& ponunt ſub modio,neq; in abſcõdito,ſed ſuper candelabrum vt luceat omnibus, qui in domo ſunt,& qui ingrediuntur lumen videant.

*Ibidem*. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

6. 23. Si lumen,quod in te eſt,(deberet eſſe) tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?

*Luc*. 11. 35. Vide ne lumen,quod in te eſt,tenebrę ſint.

12. 35. Lucernę ardentes in manibus veſtris.

*Ioan*.3. 21. Qui facit veritatem,venit ad lucem,vt manifeſtentur opera eius,quia in Deo facta ſunt.

*Rom*.12. 17. Prouidentes bona non tantum coram Deo ſed etiam coram omnibus hominibus.

15.2. Vnuſquiſq; veſtrũ proximo ſuo placeat in bonũ ad ædificationem.

1.*Cor*. 11.1. Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti.

14.26. Omnia ad ædificationem fiant.

2.*Cor*. 2.15. Chriſti bonus odor ſumus in Deo,in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.

6. 4. In omnibus exhibeam' noſmetipſos,ſicut Dei miniſtros in multa patientia.

1.*Cor*.4. 1. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti,& diſpenſatores miniſteriorum Chriſti.

2. *Cor*. 9. 2. Veſtra æmulatio prouocauit plurimos.

*Phil*.2. 15. Sitis ſine querela & ſimplices filij Dei,ſine reprehenſione in medio nationis prauæ,& peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo:verbum vitę continentes ad gloriã meam in die Chriſti.

*Ibidem*. 4 5. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.

1.*Theſ*.4. 11. Præcepimus vobis fratres, vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt,& nullius aliquid deſideretis.

5.22. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

1. *Tim*. 4.12. Exemplum eſto fideliũ in verbo,& cõuerſatione,in charitate,in fide,in caſtitate,vt ꝓfectus tuus manifeſt' ſit õnibus.

*Tit*.2.7. In õnibus prębe te ipſum exẽplũ bonorũ operũ,in doctrina,in integritate,in grauitate,verbum ſanũ irreprehenſibile.

*Iac*. 3. 13. Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuã in manſuetudine ſapiẽtiæ.

5.10. Exemplũ accipite fratres exitus mali & longanimitatis

&labo



laboris & patiẽtiæ,prophetas, qui locuti ſunt in noĩe Dñi.

Cõuerſationẽ veſtram inter Gentes habentes bonã, vt in eo,qđ detractãt de vobis,tanquã de malefactoribus, ex bonis operib' vos cõſiderãtes,glorificẽt Deũ in die viſitatiõis. 1. *Pet*. 2. 12.

Sic eſt volũtas Dei,vt benefaciẽtes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. *Ibidem*. 15.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplũ. vt ſequamini veſtigia eius. *Ibidem*. 21.

## *Malum exemplum,& ſcandalum vitandum.*

SI quis aperuerit ciſternã & foderit,& nõ operuerit eam, cecideritq; bos,vel aſinus in eam,reddet dominus ciſternę pretiũ iumentorũ:quod autem mortuum eſt, ipſius erit. *Exo*.21. 33.

Reddet animam pro anima. *Ibidem*. 23.

Non ſequeris turbam ad faciendum malum:nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ,vt à vero deuies. 23. 2.

Caue ne imitari velis abominationes gentium. *Deut*. 18. 9

Facies murum tecti per circuitum,ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente. 22. 8.

Quare præcipitas hæreditatem Domini (exemplo tuo) 2.*Reg*.20.19

Videte ne & vos ſimiles efficiamini factis alienis (ĩ malũ) *Baruc*. 6. 4.

Si oculus tuus dexter ſcãdalizat te, erue eum, & proiice abs te:& ſi manus tua dextera ſcandalizat te,abſcinde eam, & proiice abs te. *Matth*.5.29. & 18.9.

Vt non ſcandalizemus eos,vade ad mare,& mitte hamũ, & eum piſcẽ,qui primùm aſcẽderit,tolle: & aperto ore eius inuenies ſtaterem:illum ſumens, da eis pro me & te. 17. 27.

Qui ſcãdalizauerit vnum ex puſillis iſtis minimis,qui in me credunt,expedit ei,vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius,& demergatur in profundum maris. 18. 6.

Væ mundo à ſcãdalis,neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala:veruntamen væ homini per quem ſcandalum venit. *Ibidem*. 7.

Ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum. *Rom*. 14. 13.

Si propter cibum tuum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas. *Ibidem*. 15.

Noli cibo tuo illũ perdere,pro quo Chriſtus mortuus eſt *Ibidem*. 20.

Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.

Omnia quidem munda ſunt, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum alterius manducat.

Bonũ eſt nõ mãducare carnẽ,& non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offendit,aut ſcãdalizatur,aut infirmatur. *Ibidem*. 31.

Videte

1.Cor.8.9. Videte ne fortè hæc licẽtia veſtra,offendiculũ fiat infirmis.
Ibidem.11. Peribit infirmus in tua conſcientia frater,propter quem Chriſtus mortuus eſt?
Ibidem.12. Sic peccantes in fratres,& percutientes cõſcientiam eorum infirmam,in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum,non manducabo carnes in æternum,ne fratrem ſcandalizem.
2.Cor.6.3. Nemini dantes vllam offenſionem,vt nõ vituperetur miniſterium noſtrum.

*Exemplum in correctionem & cautelam.*

Num.5.21. SI declinaſti à viro tuo , atque polluta es & concubuiſti cum altero viro,det te Dominus in maledictionem exemplumque cunctorum in populo ſuo.
Heſt.16.24. Gladio & igne pereat,& ſic deleatur,vt non ſolum hominibus,ſed etiã beſtiis ſit in ſempiternum,pro exemplo contemptus & inobedientiæ. (coram eis.
Iob. 17.6. Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi,& exemplum ſuum
Eccl.19.3. Qui ſe iungit fornicariis,nequam erit,putredo & vermes hęreditabunt eum,& extolletur in exẽplum maius,& tolletur de numero eius.
Erit Moab in deriſum oĩbus,& in exẽplũ in circuitu ſuo.
Ierſ.48.39. Proiiciam ſuper te omnes abominationes tuas,& contu
Naum.3.6. meliis te afficiam,& ponam te in exemplum.
Ciuitates Sodomorum & Gomorrhęorum in cinerem
2.Pet.2 6. redigens euerſione damnauit,exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt,ponens.
Iudæ. 1.7. Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo ex fornicatæ , & abeuntes poſt carnem alteram factę ſunt exemplum,ignis æterni pœnam ſubſtinentes

*Exercitium.*

Prou. 12. 11. QVi operatur terram ſuam,ſatiabitur panibus.
Eccleſ.9.10. Quodcunque facere poteſt manus tua,inſtãter operare,quia nec opus nec ratio,nec ſapientia,nec ſcientia erũt apud inferos,quo tu'properas.

*Experientia laudabilis*

Eccleſ.34. 9. VIr in multis expertus,cogitabit multa:& qui multa didicit,enarrabit intellectum.
10. Qui non eſt expertus,pauca recognoſcit.

*Exequiæ celebrantur.*

Geneſ.23.2. Mortua eſt Sarra in ciuitate Arbię quę eſt Hebron in terra



terra Canaan venitq; Abraham vt plangeret & fleret eã.Cũ ſurrexiſſet ab officio funeris locut⁹ eſt ad filios Heth.&c.
Veneruntq; (Ioſeph & fratres eius ) Ad Aream Arad quæ Cap.50.10.
ſita eſt trans Iordanẽ,vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleuerunt ſeptem dies.
Fleueruntq; eũ filij Iſrael(Moyſem) in cãpeſtribus Moab Deut. 34.8.
triginta dieb⁹ & cõpleti ſunt dies planctus lugentiũ Moyſẽ.
Dixit autẽ Dauid ad Ioab,& ad omnẽ populum qui erat 2.Reg.3.31.
cum eo ſcindite veſtimenta veſtra & accingemini ſaccis, & plangite ante exequias,Abner porrò Rex Dauid ſequebatur feretrum &c.

*Ezechias filius impij Achab.cum eſſet rex, tamen pius fuit. 4.Reg.16 20.frangit ſerpentem æneum,18 4. deficit ab Aſſyriis 18.7.mittit nuncium ad Eſaiam prophetam,19.2. Eſa.37.2.decumbit ex graui morbo.4.Reg.20.1.Eſaiæ 38.1. oſtendit Babyloniis ſuum theſaurum,& reprehenditur.4 Reg.20.12.14.Eſa. 39.1.5.commendatur,Eccle. 48.19.*

*Ezechiel cum aliis captiuis vehitur in Babylonem.Ezec. 1.1. vocatur, & mittitur.2.3.commendatur.Eccle.49.10.*

*Facere pro ſacrificare in ſcripturis.*

QVi faciet vnum pro peccato et alterum in holocauſtũ Leuit. 15.15.
rogabitque pro eo coram Domino vt emundetur à fluxu ſanguinis ſui.Idem.30.
Facietque ſacerdos vnum pro peccato et alterum in ho- Num.6.10.
locauſtum et deprecabitur pro eo, quia peccauit ſuper mortuo 16. Quę offeret ſacerdos coram Domino et faciet tam pro peccato quàm in holocauſtum.
Leuitæ quoque ponent manus ſuas ſuper capita bouum è Cap.8.12.
quibus vnum facies pro peccato , et alterum in holocauſtũ Domino,vt depreceris pro eis.
Facient filij Iſrael phaſe in tempore ſuo. 4. Præcepitque Cap.9.2.
Moyſes filiis Iſrael vt facerent phaſe.10 homo qui fuerit immundus ſuper animam,ſiue in via procul in gente veſtra faciat phaſe Dominus etc.14.Peregrinus quoque et aduena ſi fuerint apud vos faciant phaſe Domino iuxta cæremonias et iuſtificationes ſuas.
Si vis holocauſtum facere offer illud domino. Iudic.13.16.
Hoc facite in meam commemorationem. Luc.22.19.

*Fama bona præſtantior diuitiis.*

MElius eſt nomen bonũ quã diuitiæ multæ ſuper argẽ Prou.22.1.

V tum

tum aurum gratia bona.

*Eccleſ.7.2.* Melius eſt nomen bonũ quam vnguenta præcioſa, & dies mortis die natiuitatis.

*Eccleſ.41.15* Curam habe de bono nomine hoc.n. magis permanebit tibi quàm mille theſauri precioſi & magni bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomem permanebit in æuum.

## *diligenter conſeruanda*

33.23. IN omnibus operibus tuis prçcellens eſto: ne famæ tuæ maculam imprimas.

41.15. Curam habe de bono nomine hoc.n.magis permanebit tibi, quã millæ theſauri precioſi & magni bonæ vitæ numerus dierum, bonum ante nnmen permanebit in æternum.

## *Fames enumeratur inter mala pœnæ*

Geneſ.12.10. FActa eſt fames in terra (Haram) deſcenditque Abraham in Aegyptum vt peregrinaretur ibi, præualuerat enim fames in terra.

*Cap*.26.1. Orta autem fame ſuper terram, poſt eam ſterilitatẽ quæ acciderat in diebus Abraham &c.

*Cap*.41.&. Somnia Pharaonis de bobus & ſpicis vnicus Ioſeph interpretatus, toti Aegypto præſicitur, & ex Aſeneth. data ſibi à Pharaone vxore, duos ſubſtulit filios ante ſeptem annos.

*Cap*.42.✠. *Cap*.43.✠. Cogente fame ęgrè impetrarunt fratres Ioſeph à patre, vt in Aegyptũ reuertentes cum mũneribus, ac dpulici pecunia, Beniamin ſecum ducerent, qui educto Simeone de carcere ſimul epulati ſunt cum Ioſeph.

*Cap*.47.✠. Fames tantum præmit Aegyptum vt venditis pecoribus terram quoque vẽdere ſint coacti, quo factum eſt vt quinta pars frugum regibus Aegypti parpetuò cedat, præterquam in poſſeſſionibus Sacerdotum.

*Exod*.16.3. Dixerunt filij Iſrael ad Moyſen & Aaron vtinam mortui eſſemus ꝑ manum Domini in terra Aegypti quando ſedebamus per ollas carnium, & comedebamus panes in ſaturitate, cur induxiſtis nos in deſertum iſtud vt occideretis omnem multitudinem fame.

*Deut*.32.24. Conſumentur fame & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo, dentes beſtiarum immitam in eos cum furore trahẽtium ſuper terram, atque ſerpentium.

*Rut.Ca*.1.✠ Elimelech Bethleemita pre nimia fame cum vxore Noemi ac filiis in Moab concedit ibique moritur.

Immiſſa



Immiſſa propter Saulis in Gabionitas peccatũ fame trienni, ad illorum petitionem, Dauid reliquias Saulis præter Miphiboſeth tradit vt crucifigerentur &c. 2.*Reg*.21.✠.

Cum veniſſet Gad ad Dauid, nũciauit ei dicens, aut ſeptẽ annis veniet tibi fames in terra, tua aut tribus meſib. fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur, aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua, nunc ergo delibera & vide quem reſpondeam ei, qui me miſit ſermonem, Dixit autem Dauid ad Gad: Coarctor nimis, ſed melius eſt vt incidam in manus Domini (multæ enim miſericordiæ eius ſunt) quã in manus hominum. Miſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus conſtitutũ, & mortui ſunt à Dan vſque ad Berſabee ſeptuaginta milia virorum. *Cap*. 24. 13.

Fames ſi oborta fuerit in terra aut peſtilentia ant corruptus aër, aut erugo, aut locuſta, vel rubigo, & afflixerit eũ inimicus eius, portas obſidẽs, omnis plaga, vniuerſa infirmitas, cuncta deuoratio & imprecatio quæ occiderat omni homini de populo tuo Iſrael, ſi quis congregauerit plagã cordis ſui & expãderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies de cœlo in loco habitatiõis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique ſecundum omnes vias ſuas ſicut videris cor eius (quia tu noſti ſolus cor omnium filiorũ hominũ vt timeant te cunctis diebus quibus veniunt ſuper faciem terræ quam dediſti patribus noſtris & Cap.18.2.& 4. Reg.38.39. Idem habetur verberatim. 2. Paralip. 6.28. 3.Rge. 8. 37

Factaque eſt fames magna in Samaria, & tam diu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta par cabis ſtercoris calumbarum quinque argẽteis. Itẽ Cap.8.✠Poſt famem ab Eliſęo prædictã Sunamites quę ipſius conſilio peregrinata erat, reuerſa, ſuos agros cũ fructibus recuperat, dicens. 1. Elizeus aũt locutus eſt ad mulierem cuius filiũ viuere fecerat dicẽs. Surge vade tu & domus tua & peregrinare vbicunque repereris, vocauit.n. Dominus famem, & veniet ſuper terram ſeptem annis Cap. 25.3. 4.*Reg*. 6.25.

Si euerint ſuper nos mala, gladius iudicij, peſtilentia, fames ſtabimus coram domo hac in conſpectu tuo, in qua inuocatum eſt nomen tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus noſtris & exaudies, ſaluoſque facies. 2.*Para*.20.9

In magna fame Nehemias diuites auaros increpat, vſu- 2.*Eſdræ*.5.✠

raſque prohibet ſua indigentibus ſponte elargiens:

*Pſal.36.19.* Non confundentur in tempore malo,& in dieb. famis ſaturabuntur.

*Eſa.5.13.* Propterea captiuus ductus eſt populus meus,quia nõ habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit.

*Hiere.14.12.* Cũ ieiunauerint non exaudiam præces eorum, & ſi obtulerint holocauſtomata & victimas non ſuſcipiã ea,qm̃ gladio & fame & peſte conſumã eos.& 15. Idcirco hæc dicit Dñs de prophetis qui prophetant in nomine meo quos ego nõ miſi dicentes:Gladius & fames nõ erit in terra hac,in gladio & fame conſumentur prophetę illi,& populi quibus prophetant erũt proiecti in viis Hyeruſalẽ,præ fame,& gladio,& nõ erit qui ſepeliat eos,ipſi & vxores eorum, filij & filiæ eorũ, & effundam ſuper eos malum ſuum.

*Cap.15.2.* Dices ad eos dicit *D*ñs.qui ad mortẽ ad mortẽ & qui ad gladium ad gladium,& qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatẽ ad captiuitatẽ.Et Cap.29. Captiuos Iudæos vaticinatur,70.Annis in Babylone permanſuros,hortaturque vt illic multiplicari ſtudeant,& deinde reducẽtur,eos vero qui Hyeroſolimis remanſerunt,gladio & fame & peſte dicit cõſumendos.17.Hęc dicit Dñs Deus exercituũ, ecce mittã in eos gladiũ & famẽ & peſtem,& ponam eos quas ficus malas quæ comedi non poſſunt,eo quod peſſime ſint,& perſequar eos in gladio,& in fame & in peſtilentia,& dabo eos in vexationem vniuerſis regnis terræ,& maledictionẽ,& in ſtuporẽ, & in ſibilum,& in opprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos,eo quod non audierint verba mea.

*Cap.34.17.* Vos nõ audiſtis me(dicit Dñs) vt prædicaretis libertatẽ, vnuſquiſque fratri ſuo.& vnuſquiſque amico ſuo,ecce ego prædico vobis libertatẽ ait Dñs ad gladiũ, ad peſtẽ,& ad famem,& dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

*Ezech. 5. 12.* Tertia pars tui (loquitur ad Iudæos) peſte morietur,& fame cõſumetur in medio tui, & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo , tertiã vero partem tuam in oẽm ventũ diſpergam,& gladium euaginabo poſt eos,& complebo furorem meum.& requieſcere faciam indignationem meã in eis , & conſolabor , & ſcient quia ego dominus locutus ſum in zelo meo cum compleuero indignationem meam in eis &c.16.Ego Dominus locutus ſum. Quando miſero ſagittas



gittas famis peſſimas in eos quæ erũt mortiferæ.& quas mittam vt diſperdam vos,& famem cõgregabo ſuper vos,& cõteram in vobis baculum panis, & immittam in vos famẽ & beſtias peſſimas,vſque ad internecionem,& peſtilẽtia & ſanguis tranſibunt per te,& gladium inducam ſuper te,ego Dominus locutus ſum.

Propter multiplicẽ idolatriam filiorũ Iſrael predicuntur *Cap.6.*
eorum vrbes & excelſa diſſipanda, & qui peſtem , gladium, & famem euaſerint, diſpergendi in gentes,vbi mala perpeſſi cõuertẽtur ad Dominum.dicens hæc dicit Dominus Deus, percute manum tuam, & allide pedem tuum.& dic.Heu ad oẽs abominatiooes malorum Domus Iſrael: quia gladio & fame & peſte ruituri ſunt,Qui lõge eſt peſte morietur, qui aũt propẽ gladio corruet , & qui relictus fuerit et obſeſſus, fame morietur,et complebo indignationẽ meam im eis.Itẽ Amos.4.6.et Aggei. 1.6.10.et Cap.2.17.

Conſurget enim gens in gentem,et regnum in regnũ, et *Mat.24.7.*
erunt peſtilentiæ et fames, et terræmotus per loca, hæc autem omnia initia ſunt dolorum.

In veritate dico vobis,multæ viduę erãt in diebus Elię in *Luc.4.25.*
Iſreel qñ clauſum eſt cælũ annis tribus et menſibus ſex , cũ eſſet fames magna in omni terra, et ad nullam earum miſſus eſt Elias.niſi ad Sarepta Sydoniæ ad mulierem vidiuam

Venit autem fames in vniuerſam Ægyptum et Canaan *Act.7.11.*
et tribulatio magna,et non inueniebant cibos patres noſtri.

Et ſurgens vnus ex eis (ſcilicet prophetis venientibus An- *Cap.11.26.*
tiochiam Hyeroſolimis)nomine Agabus,ſignificabat per ſpiritum ſanctum magnam futuram in vniuerſo orbe terrarũ famem,quæ facta eſt ſub Claudio.

Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti?tribulatio?an *Rom.8.35.*
anguſtia?an fames?an nuditas?an periculũ?an perſecutio?an gladius?

In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam *2.Cor. 8. 14*
ſuppleat, vt et illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementũ vt fiat ęqualitas.Itẽ Cap.11.27.Paulus de ſe dicit,qui fuerit in labore et erumna, in vigiliis multis, in fame et ſiti in ieiuniis multis, in frigore et nuditate præter ila quæ extrinſecus ſunt.etc.

Ideo in vna die venient plagæ eius , mors et luctus et fa- *Apoc.19.8.*
mes et igne comburentur,quia fortis eſt Deus qui iudicabit illam et Cap.6.8.

## *Fames verbi Dei.*

1.Reg.3.1. PVer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus, in diebus illis non erat viſio manifeſta.

2.Paral.15.3. Tranſibunt autem multi dies in Iſrael abſque Deo vero, & abſque ſacerdote, doctore & abſque lege.

Oſec.3.4. Dies multos expectabis me, non fornicaberis & non eris viro, ſed & ego expectabo te quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege & ſine principe & ſine ſacrificio & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim.

Cap.4.1. Audite verbum Domini filij Iſrael quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ, non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia & non eſt ſcientia Dei in terra.

Amos. 4. 11. Ecce dies venient dicit Dominus & emittam famem in terram non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audienti verbum Dei, & commouebuntur à mari vſque ad mare, & ab aquilone vſque ad orientem circuibunt, quærentes verbum Domini & non inuenient.

## *Familiaritas boneſta.*

Eccle.13. 12. ADuocatus à potentiore, diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impingaris, & ne longè ſis ab eo, ne eas in obliuionem.

## *Inboneſta.*

Prou. 25. 17. SVbtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando ſatiatus oderit te.

27.10. Domũ fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.

Eccleſ.21.25. Pes fatui facilis in domum proximi, & homo peritus confundetur à perſona potentis.

26. Stultus à feneſtra reſpiciet in domum, vir autem eruditus, foris ſtabit.

Ibidem. 27. ſtultitia hominis auſcultare per oſtium, & prudens grauabitur contumelia.

## *Famulorum Famularũmque officium.*

Geneſ.16 ☩ AGara Domina Sarai traditur Abrahæ vxor, quæ vbi concepiſſet, atque ob id Dominam cõtẽneret ab illa afflicta fugam



fugam iniit, ſed iuſſu Angeli eidem ſubmiſſa parit Iſmaelẽ. Dixit Angelus (ad Agar) Domini, reuertere ad Dominã tuã, & humiliare ſub manu illius &c.

Seruus Abrahæ ab ipſo adiuratus, & in Meſapotamiam, Cap.24.☩.
ad quærẽdam vxorem Iſaac miſſus, ſigno à Domino petito, Rebeccam inuenit, & habito parentum ac fratris, ipſiuſque conſenſu adducit ad Iſaac, quam ille duxit in vxorem & ita ſuper morte matris accipit conſolationem.

Da mihi vxores & liberos meos pro quib. ſeruiui tibi vt Cap.30. 26.
abeam, tu verò noſti ſeruitutem meam qua ſeruiui tibi.

Si emeris ſeruum Hebræum ſex annis ſeruiet tibi, in ſepti Exod.21.2.
mo egredietur liber gratis. 20. Qui percuſſerit ſeruum ſuũ vel ancillam virga & mortui fuerint in manib. eius reus erit criminis. 26. Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui, aut Ancillæ & luſcos eos fecerit dimittet eos liberos pro oculo quem eruit.

Seruus ſapiẽs dominabitur filiis ſtultis & inter fratres hæ Prou.17.2.
reditatem diuidet.

Nõ decẽt ſtultũ delitiæ nec ſeruũ dominari principibus. Cap.19.10.

Seruus verbis non poteſt erudiri, quia quod dicis intelli- Cap.29. 19.
git & reſpondere contemnit.

Cunctis ſermonibus qui dicuntur ne accommodes cor Eccleſ.7.22.
tuum, ne fortè audias ſeruum male dicentẽ tibi. 10. ne ſis velox ad iraſcendum quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Ierem. 34.8. Ioel.2.29.

Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus inuenerit vi- Luc.12. 37.
gilantes. Amen dico vobis quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere & tranſiens miniſtrabit illis. 45. Beatus ſeruus ille quem cum venerit Dominus inuenerit ita facientem.

Pulſante autem eo oſtium ianuæ, proceſſit puella ad vidẽ Act.12.13.
dum nomine Roede, & vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, ſed intro currens nunciauit ſtare Petrum ante ianuam.

Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ, ſed & ſi poteſt fieri 1.Cor.7.21.
liber magis vtere, qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini, ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.

Serui obedite Dominis carnalib. cum timore & tremore ad Eph.6.50.
in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate

 ſeruientes

ſeruientes ſicut domino & non hominibus,ſcientes quoniã vnuſquiſque quod fecerit bonum hoc recipiet à Domino ſiue ſeruus ſiue liber.Et vos Domini eadem facite illis,remittentes minas,ſciẽtes quia & illorum & veſter Dominus eſt in cœlis,& perſonarum acceptio non eſt apud eum,Idẽ ad Coll.3.22.

1.*Timot.6.1.* Quicunque ſunt ſub iugo ſerui Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur,ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur.

*Titum. 2.9.* Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe,in omnibus placentes, non contradicentes,non fraudantes,ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes vt doctrinam ſaluatoris noſtri ornẽt in omnibus.

1.*Pet.2.18.* Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantũ bonis & modeſtis , ſed etiam diſcolis.

*Felix præfectus Iudæ Act.23.24.* ✠ 24.*

## *Fermentum mala doctrina.*

*Leuit. 2. 11.* OMnis oblatio quæ offertur Domino abſque fermento fiet,nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini.

*Cap.6.16.* Reliquam autem partem Similæ comedet Aaron cum filiis ſuis abſque fermento,& comedet in loco ſanctuarij tabernaculi.

*Deut.16. 3.* Non comedes in eo panem fermentatum,ſeptem diebus comedes abſque fermẽto afflictionis panem,quoniam in pauore egreſſus es de Ægypto,vt memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.

*Matth.16.6.* Qui dixit illis(Ieſus) Intuemini & cauete à fermẽto Phariſæorum & Saduceorum Exodi.12. 19.

*Mar. 6. 15.* Præcipiebat eis Ieſus dicens, videte & cauete à fermento Phariſæorum,& à fermento Herodis.

*Luc.12.1.* Multis autem turbis circunſtantibus ita vt ſeinuicẽ cõculcarent,cepit dicere ad diſcipulos ſuos. Attendite à fermento phariſæorum quod eſt hypocriſis, nihil autem opertum eſt quod nõ reueletur,neque abſconditũ quod non ſciatur.

*1.Cor.5.6.* Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit,expurgate vetus fermẽtum vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis Azimi.Idem verbatim fere habetur ad Gal.5.9.

## *Feſtum Paſchæ,celebratio & inſtitutio.*

*Exod. 12.* ✠ PAſchalis Agni ritu celebrato ac declarato,ciuſque ſanguine domorum ſuper liminaribus illito,cæſis omnibus Ægypti primogenitis,de ritu phaſe ac eſu azimorum,& tempore habitationis Iſrael in Ægypto tractatur.



Septem diebus veſceris Azimis,& in die ſeptimo erit ſolẽnitas Domino Azima comedetis ſeptem dieb.nõ apparebit apud te aliquid fermentatum,nec in cunctis finib. tuis. *Cap.13.6.*

Solẽnitatem Azimorum cuſtodies,ſeptẽ diebus comedes Azima ſicut præcepi tibi tempore menſis nouorum, qñ egreſſus es de Ægypto,nõ apparebis in cõſpectu meo vacuꝰ. *Cap.23.15.*

Solemnitatem Azimorum cuſtodies,ſeptẽ diebus veſceris Azimis,ſicut præcepi tibi in tempore menſis nouorum, menſe enim verni tempore egreſſus es de Ægypto. *Cap.34.18.*

Menſe primo decima quarta die menſis ad veſperũ Phaſe Domini eſt,& decima quinta die menſis huius ſolemnitas azimorum Domini eſt ſeptem diebus Azima comedetis,dies primus erit vobis cæleberrimus ſanctuſque , omne ſeruile opus non facietis in eo, *Leuit. 23. 7.*

Faciãt filij Iſrael Phaſe in tempore ſuo quarta decima die mẽſis huius ad veſperũ,iuxta omnes cæremonias,& iuſtificatiões eiꝰ.11.Loquere,filiis Iſrael.Homo q̃ fuerit immũdꝰ ſuper anima,ſiue in via procul in gente veſtra,faciat Phaſe dño in menſe ſecũdo,decima quarta die menſis ad veſperã cum Azimis & lactucis agreſtibus comedent illud. *Num.9.2.*

Septem diebus veſcentur Azimis,quarum dies prima venerabilis & ſancta erit , omne opus ſeruile non facietis in ea. *Cap.28. 17.*

Obſerua menſem nouarum frugum,& verni primum tẽporis,vt facias phaſe Domino Deo tuo , quoniam in iſto mẽſe eduxit te Dominus,Deus tuus de Ægypto nocte, &c. 5.Non poteris immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. *Deut.16.1.*

Manſerunt filij Iſrael in Galgalis & fecerunt Phaſe,decima quarta die menſis ad veſperum in campeſtribus Hiericho. *Ioſue.5.10.*

Et præcepit omni populo dicens facite Phaſe Dño Deo veſtro ſecundum quod ſcriptum eſt in libro fœderis huius. *4.Reg.23.21*

Miſit quoque Ezechias ad omnem Iſrael & Iudam ſcripſitque epiſtolas ad Epraim & Manaſſen vt venirent ad domum Domini in Hyeruſalem, & facerent Phaſe Domino Deo Iſrael.15.Immolauerunt autem Phaſe decima quarta die menſis ſecundi,Sacerdotes quoque atque Leuitæ tandẽ *2.Paral.30.1.*

tulerunt holocauſta in domo Domini.

Cap.35.1. Fecit autem Ioſias in Hyeruſalem phaſe Domino, quod immolatum eſt decima quarta diē menſis primi.

1.Eſd. 6. 19. Fecerunt autem filij Iſrael transmigrationis, Paſcha, decima quarta die menſis primi.

3.Eſd.1.10. Et hæc cum fierent eleganter, ſteterunt Sacerdotes & Leuitæ habentes Azimas per tribus &c.

Cap.7.10. Et egerunt filij Iſrael cum his qui erant ex captiuitate, illud phaſe decima quarta luna menſis primi, quando ſanctificati ſunt Sacerdotes & Leuitæ.

Ezech.45.21 In prima menſe decima quarta die menſis, erit vobis Paſchæ ſolennitas, ſeptem diebus Azima comedentur.

Matt.26.19. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus & parauerunt Paſcha &c. Mar.14.12.

Luc.22.7. Venit aũt dies Azimorũ in qua neceſſe erat occidi Paſcha.

## *Feſtum pentecoſtes.*

Exodi.23.16. ET ſolemnitatem (cuſtodies) meſſis primitiuorum operis tui quæcunque ſeminaueris in agro, ſolemnitatē quoque in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro.

Cap.34.22. Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum meſſis tuæ triticiæ, & ſolennitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.

Num.28.26. Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges Domino expletis hebdomadibus venerabilis & ſancta erit, omne opus ſeruile non facietis in ea.

Deut.17.9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcē in ſagetem miſeris.

Ioan.5.1. Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorũ, & aſcendit Ieſus Hieroſolimam &c.

Act.2.1. Et cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco &c.

Cap.20. 16. Propoſuerat enim Paulus tranſmigrare Epheſum ne qua mora illi fieret in Aſia, feſtinabat enim ſi poſſibile ſibi eſſet vt diem pentecoſten faceret Hyeroſolimis.

## *Feſtum tubarum.*

Leuit.23.24. LOquere filiis Iſrael Menſe ſeptimo prima die menſis erit vobis Sabbathũ memoriale, clãgētib. tubis, & vo-

cabitur



cabitur ſanctum, omne opus ſeruile non facietis in ea, & offeretis holocauſtum Domino.

Menſis enim ſeptimi prima dies, venerabilis & ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile nõ facietis in ea, quia dies clãgoris eſt & tubarũ, offeretiſq; holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, vitulum de Armēto vnum, arietem vnum & Agnos anniculos immaculatos ſeptem &c. Num. 29.2.

Venerunt itaque ad regem omnes viri Iſrael in die ſolēni menſis ſeptimi &c. 2.Paral.5.3.

## *Feſtum expiationum.*

IN hac die expiatio erit veſtri atq; mundatio ab omnibus peccatis veſtris coram Domino mundabimini. Leuit.16.30

Decimo die mēſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus & vocabitur ſanctus: affligetiſque animas veſtras in eo & offeretis holocauſtum Domino. Cap.23. 27.

Decima quoque dies menſis huius ſeptimi erit vobis ſancta atq; venerabilis, & affligetis animas veſtras: omne opus ſeruile non facietis in ea, offeretiſque holocauſtum Domino in odorem ſuauiſſimum, vitulũ de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem. Num. 29.7.

## *Feſtum Tabernaculorum.*

ET ſolemnitatem (cuſtodies) meſſis primitiuorũ operis tui quæcunque ſeminaueris in agro, ſolemnitatē quoque in exitu anni, quãdo congregaueris omnes fruges tuas de agro. Exodi.23.16

Loquere filiis Iſrael. Quinta decima die menſis huius ſeptimi erunt feriæ tabernaculorum, ſeptē diebus Domino. Leuit 23.34.

Solemnitatē quoque tabernaculorũ celebrabis per ſeptē dies, et quando collegeris de area et torculari fruges tuas et epulaberis in feſtiuitate tu et filius tuus, et filia tua et ſeruus tuus et ancilla. Deut.15.13

Præcepitque eis dicens. Poſt ſeptem annos anno remiſſionis in ſolemnitate tabernaculorum etc. Cap.31.10

Feceruntque ſolemnitatem tabernaculorum ſicut ſcriptũ eſt et holocauſtum diebus ſingulis per ordinem, ſecũdum præceptum, opus diei in die ſuo. 1.Eſd.3.4.

Et inuenerunt; ſcriptum in lege præcepiſſe Dñm in manu Moyſi, vt habitent filij Iſrael in tabernaculis in die ſolemni menſe ſeptimo, et vt prædicent et diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis, et in Hyeruſalem dicentes: egredimini 2.Eſd.8.15.

in

in montes,& afferte frondes oliuæ, & frõdes ligni pulcher-
rimi,frondes myrti,& ramos palmarum,& frondes ligni ne-
moroſi,vt fiant tabernacula,ſicut ſcriptũ eſt &c.17.Fecit er-
go vniuerſa eccleſia eorum qui redierant de captiuitate ta-
bernacula,& habitauerunt in tabernaculis.

*2.Mach.*1.9. Et nunc frequentate dies Scenophegiæ menſis Caſleu,

*Cap.*10.6. Cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernacu-
lorum,recordantes qui ante modicum temporis diem ſolẽ-
nem tabernaculorum in montibus & in ſpeluncis more be-
ſtiarum egerant.

*Ioan.* 7.2. Erat autẽ in proximo dies feſtus Iudæorũ Scenophegia.

## *Feſtum Sabbati.*

*Geneſ.* 2. 2. COmpleuit Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat
& requieuit die ſabbatho ab vniuerſo opere q̃d patra-
rat,& benedixit diei ſeptimo , & ſanctificauit illum quia in
ipſo ceſſauerat ab omni opere q̃d creauit Deus vt faceret.

*Exod.*16. 23. Moyſes ait illis:hoc eſt q̃d locutus eſt Dominus:requies
ſabbathi ſanctificata eſt Domino cras,quodcunque operan
dum facite,& quæ coquenda ſunt coquite, quicquid autem
reliquũ fuerit reponite vſque in mane. 23.requies ſabbathi
ſanctificata eſt Domino.

*Cap.* 20. 8. Memento vt diem Sabbathi ſanctifices.

*Cap.* 23. 12. Sex diebus operaberis,ſeptimo die ceſſabis vt requieſcat
bos & aſſinus tuus,& refrigeret filius ancillæ tuæ & aduena.

*Cap.* 31. 14. Cuſtodite Sabbathum meum , ſanctum eſt enim vobis,
qui polluerit illud morte morietur , qui fecerit in eo opus
peribit anima illius de medio populi ſui.17.Pactum eſt ſem-
piternum inter me & filios Iſrael, ſignumq; perpetuum, ſex
enim diebus fecit Dominus cœlum & terram,& in ſeptimo
ab opere ceſſauit.

*Cap.*34. 21. Sex dieb[9] operaberis,die ſeptimo ceſſabis arare & metere.
Sex diebus facietis opus,ſeptimus dies erit vobis ſanctus
*Cap.*35.2. Sabbathum & requies diei,qui fecerit opus in eo occidetur
Leuit.23. 3.& 15.

*Leuit.* 19. 3. Vnuſquiſque patrem ſuum & matrem ſuam timeat,Sab-
batha mea cuſtodite.

*Cap* 25. 4. Sex annis feres agrum tuum,& ſex annis putabis vineam
tuã colligéſq; fructus eius,ſeptimo autem anno Sabbathum
erit terræ requietionis Domini,agrum non feres & vineam
non putabis.

Factum



Factum eſt autem cùm eſſent filij Iſrael in ſolitudine , & *Num.*15.32.
inueniſſent hominem colligentem ligna in die Sabbathi,
obtulerunt eũ Moyſi & Aaron & vniuerſæ multitudini,&c.

Die autem Sabbathi offeretis duos Agnos anniculos im *Cap.*28.9.
maculatos & duas decimas Symilæ oleo conſperſæ in ſacri
ficio,& liba quæ ritè funduntur per ſingula Sabbatha in ho-
locauſtum ſempiternum.

Obſerua diem Sabbathi & ſanctifices eum ſicut præcepit *Deut.*5. 12.
tibi Dominus Deus tuus.

Beatus vir qui facit hoc ( ſcilicet iudiciũ & iuſtitiam ) & *Eſaiæ.*56.2.
filius hominis qui apprehendit iſtud coſtodiẽs Sabbathum
ne polluat illud,cuſtodiens manus ſuas ne faciat omne ma-
lum, 4. Hæc dicit Dominus Eunuchis qui cuſtodierunt
Sabbatha mea & elegerunt quæ ego volui,& tenuerunt fœ-
dus meum.Dabo eis in domo mea,& in muris meis locum
& nomen melius à filiis & filiabus,nomen ſempiternum da
bo eis,quod non peribit.

Si auerteris à Sabbatho pedem tuum facere voluntatem *Iſaie.*58. 13.
tuam in die ſancto meo,& vocaueris Sabbathum delicatum
& ſanctum Domini glorioſum,& glorificaueris eum , dum
non facis vias tuas & non inuenitur voluntas tũa vt loqua-
ris ſermonem , tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollã
te ſuper altitudinem terræ , & cibabo te hæreditate Iacob
patris tui,os enim Domini locutum eſt, Cap.66.23.

Hæc dicit Dominus:Cuſtodite animas veſtras, & nolite *Hier.* 17. 21.
portare põdera in die Sabbathi,nec inferatis per portas Hie
ruſalẽ,& nolite eiicere onera de domibus veſtris in die Sab
bathi,et omne opus non facieris. Sanctificate diem Sab
bathi ſicut præcepi patribus veſtris.17.Si autem non audie
ritis me vt ſanctificetis diem Sabbathi , & ne portetis onus
& ne inferatis per portas Hyeruſalem in die Sabbathi,ſuc-
cendam ignem in portis eius,et deuorabit domos Hyeruſa-
lem et non extinguetur.

Dedi enim præcepta mea,et iudicia mea oſtendi eis,quę *Ezech.*20.12.
faciens homo viuet in eis,inſuper et Sabbatha mea dedi eis,
vt eſſent ſignum inter me et illos , et ſcirent quia ego Do-
minus ſanctificans illos. *Cap.*22.8.

Sactuaria mea ſpreuiſtis,et Sabbatha mea polluiſtis. 2.*Eſdr.*13.16

Tyri habitauerũt in ea,inferẽtes piſces et omnia venalia
et vendebant in Sabbathis filiis Iuda et Hyeruſalẽ,et obiur
gaui optimates Iuda,et dixi eis. Quæ eſt hæc res mala quã
vos

vos facitis,& profanatis diem ſabbathi,nunquid nõ hæc fecerũt patres noſtri.& adduxit Deus noſter ſuper nos omne malum hoc,& ſuper ciuitatem hanc? 22. Dixi quoque Leuitis vt mundarentur,& venirẽt ad cuſtodiendas portas,& ſanctificandam diem ſabbathi: & pro hoc ergo memento mei Deus meus,& parce mihi ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.

*1.Mach.1.43* Et ſcripſit Rex Antiochus omni regni ſuo vt eſſet omnis populus vnus.& relinqueret vnuſquiſque legẽ ſuã:& cõſenſerunt oẽs gentes ſecundũ verbum Regis Antiochi,& multi ex Iſrael conſenſerunt ſeruituti eius,& ſacrificauerunt Idolis, & coinquinauerunt ſabbathum ,& miſit Rex libros per manus nũciorum in Hyeruſalẽ,& in omnes ciuitates Iudæ, vt ſequerentur leges gentium terræ,& prohiberent holocauſta & ſacrificia & placationes fieri in tẽplo Dei, & prohiberent celebrare ſabbathum & dies ſolemnes ,& iuſſit coinquinari ſancta , & ſanctum populum Iſrael &c. Item. Cap. 2.33.

*2.Mach.15.1.* Nicanor autem vt comperit Iudam eſſe in locis Samariæ , cogitauit cum omni impetu die ſabbathi committere bellum, Iudæis verò qui illum per neceſſitatem ſequebãtur dicentibus,ne ita ferociter & barbarè feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis,& honora eum qui vniuerſa conſpicit.

*Mat.12.1.* In illo tempore abiit Ieſus per ſata ſabbatho,diſcipuli autem eius eſurientes , ceperunt vellere ſpicas & manducare. Idem Mar.2.23. Luc.6.1.

*Luc.6.1.* Phariſæi autem videntes dixerũt ei:Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet eis facere ſabbathis , at ille dixit eis.1. Reg.21.4. Non legiſtis quid fecerit Dauid qñ eſuriit & qui cum eo erant,qũo intrauit in domum Dei,& panes propoſitionis comedit,quos nõ licebat ei edere, neque hiis qui cũ eo erant niſi ſolis Sacerdotibus? Leuit.24.8. Num.28.9. Aut non legiſtis in lege quia Sabbathis ſacerdotes in templo ſabbathum violant,& ſine crimine ſunt?dico autem vobis,quia templo maior eſt hic &c.

*Mar.6.2.* Et facto ſabbatho cœpit in ſynagoga docere,& multi audientes admirabantur in doctrina eius.

*Luc.4.16.* Et venit Nazareth vbi erat nutritus , & intrauit ſecũdum conſuetudinem ſuam die ſabbathi in Synagogam , & ſurrexit legere &c. 31. Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ,



Galilææ, ibique docebat illos Sabbathis,& ſtupebant in doctrina eius.

Erat autem docens in Synagoga eorum Sabbatis & 14. & *Cap.13.19.* Cap.14.1.

Dicebant Iudæi illi qui ſanatus fuerat. Sabbathũ eſt,non *Ioan.5.10.* licet tibi tollere grabbatũ tuum:Reſpondit eis,qui me ſanũ fecit ille mihi dixit,tolle grabbatum tuum & ambula.

Illi autẽ pertranſeuntes Pergen venerunt Antiochiã Piſi- *Act.13.14.* diæ:& ingreſſi Synagogam die Sabbathorũ ſederunt & 27. & 44. Sequenti verò Sabbatho,penè vniuerſa ciuitas conuenit audire verbum Dei.

Vna autem Sabbathi cum conueniſſemus ad frangẽdum *Cap 20.7.* panem , Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinũ, protraxitque ſermonem vſque in mediam noctem.

Per vnum Sabbati vnuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat *1.Cor.16.2.* recondens quod ei bene placuerit, vt non cum venero tunc *Heb.4.4.* collectæ fiant. *Gen.2.6.*

Dixit enim quodam loco de die ſeptima ſic:et requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis etc.

## *A bono, bene obſeruatur.*

MEmento,vt diẽ ſabbathi ſanctifices.Sex diebus opera- *Exod.20,8* beris:Septimo autem die ſabbathũ Domini Dei tui eſt, non facies in eo omne opus tu et filius tuus,et filia tua, ſeruus tuus et ancilla tua , iumẽtum tuum et aduena,qui eſt intra portas tuas.

Sex dieb.operaberis,ſeptimo die ceſſabis arare et metere. *34.21.*

Sex diebus facietis opus:dies ſeptimus, quia ſabbathi re- *Leuit.23.3.* quies eſt,vocabitur ſanctus: Omne opus non facietis in eo.

A veſpere vſque ad veſperũ celebrabitis ſabbatha veſtra. *Ibidem.32.*

Obſerua diem ſabbathi,vt ſanctifices eum. Non facies in *Deut.5.12.* eo quicquam operis.

Si auerteris à ſabbatho pedẽ tuũ facere voluntatẽ tuã in die ſancto meo, et vocaueris ſabbathũ delicatũ et ſanctum *Eſaiæ.58.13* Dñi glorioſum,et glorificaueris eũ dum non facis vias tuas, et non inuenietur volũtas tua,vt loquaris ſermonẽ,tunc delectaberis ſuper Domino,et ſuſtoliã te ſuper cardines terræ.

Cuſtodite animas veſtras,et nolite portare põdera in die *Ierem.17.21* ſabbathi.Sanctificare diem ſabbathi.

Si audieritis me,dicit Dominus,vt nõ inferatis onera per *Ibidem.24.* portas ciuitatis in die ſabbati, et ſi ſanctificaueritis diem ſabbathi

Sabbathi, ne faciatis eo omne opus ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes ſedentes ſuper ſolium Dauid, & habit bitur ciuitas hæc in ſempiternum.

*Matt.12.12.* Itaque licet ſabbatis benefacere.

*Marc.2.27.* Sabbathum propter hominem factum eſt. & non homo propter ſabbathum Itaque Dominus eſt filius hominis etiã ſabbathi.

*Luc.6.9.* Interrogo vos, ſi licet ſabbathis benefacere an male, animam ſalu m facere an perdere

*13.15.* Hyppocritæ vnuſquiſque veſtrum ſabbatho non ſoluit bouem ſuum, aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare?

*A malo malè violatur.*

*Exod.35.2.* SEx diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus qui fecerit opus in eo, occidetur.

*Num.15.36.* Colligẽs ligna ſabbatho, pręcepto Domini lapidatus fuit.

*Tob.2.6.* Dies veſtri conuertentur in lamentationem & luctum.

*Eſaie.1.13.* Neomeniam & ſabbathum, & feſtiuitates alias non ferã, iniqui ſunt cœtus veſtri: Calendas veſtras, & ſolennitates veſtras odiuit anima mea.

*Ierem.17.27* Si nõ audieritis me vt ſanctificetis diẽ ſabbathi, & ne portetis onꝰ, & ne inferatis ꝑ portas Hyeruſalẽ in die ſabbathi, ſuccedã ignẽ in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalem.

*Amos.5.21.* Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum.

8.10. Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum & omnia cãtica veſtra in planctum.

*Feſtum Neomeniæ.*

*Num.28.11.* IN Calendis autem. i. in menſium exordiis offeretis holocauſtum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnũ agnos anniculos ſeptem immaculatos &c.

*1.Reg.20.5.* Dixit aũt Dauid ad Ionathã, ecce Calendæ ſunt craſtino, & ego ex more ſedere ſoleo iuxta Regẽ ad veſcendũ, dimit te ergo me vt abſcõdar in agro vſq; ad veſperã diei tertij &c.

*Ezech.45.18.* Hæc dicit Dñs Deus: In primo menſe vna mẽſis ſumes vitulũ de armento immaculatum & expiabis ſanctuarium.

*Feſtorum violatio quàm grauiter puniatur.*

*Num.25.32.* FActum eſt autem cùm eſſent filij Iſrael in ſolitudine & inueniſſẽt hominẽ colligẽtẽ ligna ĩ die Sabbathi, obtulerũt eũ Moyſi & Aarõ & vniuerſæ multitudini qui recluſerunt eũ in carcerẽ, neſcientes quid ſuper eum facere deberent. Dixit



Dixit ergo Dominus ad Moyſem: Morte moriatur homo iſte obruatque eum lapidibus omnis turba extra caſtra.

*Feſtus præfectus. Iudæ. Act.24.27.*

*Fides accipitur pro fidelitate Dei in ſeruandis promiſſis.*

QVia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide. *Pſal.32.4.*

Et erit iuſtitia ſingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius, habitabit lupus cũ agno, & pardus cũ hœdo accubabit. *Eſa.11.15.*

Noui diluculo, multa eſt fides tua. *Thren.3.23.*

Sponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus. *Oſee.2.20.*

Ephraim in deſolatione erit in die correptionis, in tribubus Iſrael oſtendit fidem. *Cap.5.9.*

Quid enim ſi quidam illorum non crediderunt? nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit. *Rom.3.3.*

*Pro veritate & verborum conſtantia inter homines.*

IN argumentum fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum. *Gen.39.16*

Ego propriè ſeruus tuus ſim qui in meam hanc recepi fidem & ſpopondi. *Cap.44.32*

Anima quæ peccauerit, & contempto Domino, negauerit proximo ſuo depoſitum quod fidei eius creditum fuerat, vel aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit. *Leuit.6.2.*

Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, & in bonis illius lęteris: in tempore tribulationis illius permane illi fidelis vt & in hæreditate illius coheres ſis. *Eccle.22.28.*

Et illi dixerunt ad Hieremiã: ſit Dominus inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum in quo miſerit te Dominus Deus tuus ad nos ſic faciemus. *Hieremi.42.5*

Et nunc perſeuerate adhuc conſeruate ad nos fidem, & retribuemus obis bona pro hiis quæ feciſtis nobiſcum. *1.Mat.10.27*

In quo (Chriſto) poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus (veritatem dico non mentior) doctor gentium in fide & veritate. *1.Timot.2.7*

*Pro virtute Theologica.*

SEntite de Domino in bonitate & ſimplicitate cordis quęrite illum, quoniam inuenitur ab hiis qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. *Sapi.1.2.*

Cap.3.14. Qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatẽ, nec cogitauit aduerſum Deum nequiſſima, dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſimo.

Abac.2.4. Ecce qui incredulus eſt non erit erecta anima eius in ſemetipſo, iuſtus autem in fide ſua viuet.

Mat.8.13. Dixit Ieſus centurioni, vade & ſicut credidiſti fiat tibi & ſanatus eſt puer ex illa horà.

Cap.9.22. Et Ieſus conuerſus & videns eã dixit cõfide filia fides tua te ſaluã fecit, & ſalua facta ẽ mulier ex illa hora. Idẽ Mar.5.38

Cap.17.22. Dixit illis Ieſus, propter incredulitatẽ veſtrã. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſynapis, dicetis monti huic tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.

Luc.5.20. Quorum fidem vt vidit, dixit homo remittuntur tibi peccata tua.

Rom.4.3. Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiã.

Cap.5.1. Iuſtificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

### *Pro fide viua & formata Charitate.*

Abacuc.2.4. IVſtus in fide tua viuet.

Matt.9.22. Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.

Cap.15.28. Tunc reſpondens Ieſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua, at tibi ſicut vis.

Mar.5.34. Filia, fides tua te ſaluam fecit, vade in pace & eſto ſana à plaga tua, Luc.7.50. Idem habetur.

Cap.10.52. Ieſus autem ait illi, vade, fides tua te ſaluam fecit, & confeſtim vidit, & ſequebatur illum in via.

Rom.3.22. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum, non enim eſt diſtinctio.

Galat.5.6. Nam in Chriſto Ieſu neque circuncifio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.

Heb.11.✠ Fidem magnifice cõmendat ex actis patrum, à mũdi exordio vſque ad Dauid & prophetas, & in vniuerſum quãta patrarint ac paſſi ſint par fidem, nec tamen plenam adhuc acceperunt retributionem.

### *Pro fide mortua abſque charitate.*

Mat.7.21. NOn omnis qui dicit mihi Dñe Dñe intrabit in regnũ cęlorũ, ſed qui facit voluntatẽ patris mei q in cęlis eſt, ipſe intrabit ĩ regna cęlorũ. Multi dicẽt mihi in illa die, Dñe nõne in noĩe tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia



nia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nũquam noui vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem.

Et ſi habuero prophetiam & nouerim miſteria omnia & oẽm ſcientiã, & ſi habuero omnẽ fidem, ita vt montes tranſferam, charitatem autem non habuero nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperem omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuero nihil mihi prodeſt. 1.Cor.13,2.

Per quod (Euangelium) & ſaluamini, qua ratione predicauerim vobis ſi teneris, niſi fruſtra credidiſtis. Cap.15.2.

Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt. Iacob.2,26.

### *Pro ſponſione ſeu voto.*

HAbentes damnationem quia primum fidem irritam fecerunt. 1.Tim.5.12.

### *Fides charitate inferior: vide charitas.*

### *Fides viua quæ per charitatem operatur. magnæ eſt virtutis.*

ET aſcendens Ieſus in nauiculã transfretauit & venit in ciuitatẽ ſuã. Et ecce offerebãt ei paraliticũ iacẽtẽ in lecto, & videns Ieſus fidẽ illorũ dixit paralitico: confide fili, remittũtur tibi peccata tua. 22. Confide filia, fides tua te ſaluã fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora. 28. Cũ aũt veniſſet domũ acceſſerunt ad eũ cæci, & dixit eis Ieſus, Creditis quia hoc poſſum facere vobis? dicunt ei vtique Domine. Mat.9.2.

Omnia quæcũq; petieritis in oratione credẽtes accipietis. Cap.21.22.

Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur. Mar.16.16

Et Ieſus dixit illi, reſpice fides tua te ſaluam fecit. Luc.18.42.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, hiis qui credunt in nomine eius. Ioan.1.12.

Vt omnis qui credit in ipſum non pereat ſed habeat vitã æternã, ſic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Cap.3.15.

Dixit autem eis Ieſus. Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, et qui credit in me non ſitiet vnquam. Cap.6.35.

Cap.7.38. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre
eius fluent aquæ viuæ.

Cap.11.25. Dixit ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in
me etiam ſi mortuus fuerit viuet, & omnis qui viuit & credit
in me, non morietur in æternum.

Cap.14.12. Amen Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ e-
go facio, & ipſemet faciet, & maiora horum faciet, quia ego
vado ad patrem.

Act.3.16. Et in fiducia nominis eius, hunc quē vos videtis & noſtis
confirmauit nomen eius, & fides quæ per eum eſt, dedit inte
gram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum.

Ca.10.43. Hinc omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſio
nem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui cre-
dunt in eum.

Cap.15.9. Et qui nouit corda Deus teſtimonium perhibuit, dans il-
lis Spiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter
nos, & illos fide purificans corda eorum.

Cap.16.31. Crede in Dominū Ieſum, & ſaluus eris tu & domus tua.

Rom.1.16. Non enim erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt, in
ſalutem omni credenti. cap.3.22.

Galat.3.8. Prouidens autem ſcriptura qui ex fide iuſtificat gentes
Deus prænunciauit Abrahæ.

Heb.11.6. Sine fide autem (impoſſibile eſt placere Deo) fides non fa
cit nos certos aut ſecuros de accepta peccatorum remiſſione
aut conſequenda vita æterna. Vide certi.

## *Fides ſine operibus non iuſtificat.*

1.Cor.13.2. ETſi habuero prophetiam, & nouerim miſteria omnia &
omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt mō
tes transferam, charitatem autem nō habuero nihil ſum, &
ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, &
ſi tradidero corpus meum ita, vt ardeam charitatem autem
non habuero nihil mihi prodeſt.

Galat.5.6. Nam in Chriſto Ieſu neque circonciſio aliquid valet ne-
que præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.

Iacob. 2. 24. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non
ex fide tantum.

## *Fides ipſa vocatur opus bonum.*

Philip.1.6. COnfidens hoc ipſum (ait Paulus) quia qui cœpit in vo-
bis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.





## *Fidei neceſſitas.*

CIrcuite vias Ieruſalē, & aſpicite & cōſiderate, & quęrite Ierem.5.1.
in plateis eius, an inueniatis virū facientē iudicium, &
quærentē fidē & ꝓpitius ero ei. Quod ſi ēt, viuit Dn̄s, dixe-
rint, & hoc falſo iurabunt: Domine oculi tui reſpicient fidē.

Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Roma.14.23

In omnib. ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia te Ephes.6.16.
la nequiſſimi ignea extinguere.

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. credere enim opor- Hebr.11.6.
tet accedētē ad Deū, q̄a eſt, & inquirētib. ſe remunerator ſit.

## *Fides eſt vna.*

VNus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus Ephes.4.5.
& pater omnium qui eſt ſuper omnes, & per omnia,
& in omnibus nobis.

## *Fidei viuæ & operanti tribuitur iuſtitia & ſalus.*

CRedidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiā, Gen.15.6.
idem Rom.4.3.23.

Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero Mar. 16.16.
non crediderit condemnabitur.

Beata quæ credidit (loquitur de B. virgine) quoniam perfi Luc.1.45.
cientur ea quæ dicta ſunt ei à Domino.

Ait illi Ieſus, filia, fides tua ſaluam te fecit vade in pace. Cap.8.48.

Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit & Ioan.5.24.
credit ei qui miſit me habet vitam æternam, & in iudicium
non venit ſed tranſit à morte in vitam.

Hoc eſt autem vita æterna vt agnoſcant te ſolum Deum Cap.17.3.
verum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Notum igitur ſit vobis viri fratres quia per hunc vobis re Act.13.38.
miſſio peccatorum annuntiatur, ab omnibus quibus non po
tuiſtis, in lege Moyſi iuſtificari.

Crede in Dominū Ieſum, & ſaluus eris tu & domus tua. Cap.16.31.

Iudicia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes et ſu- Rom.3.22
per omnes qui credunt in eum, non enim eſt diſtinctio.

Dicit Paulus ex fide iuſtificati non ſolum ſpe gloriamur, Cap.5.[illegible]
verum etiam in aduerſitatibus, nam ſi Chriſtus pro nobis
adhuc impiis mortuus eſt, multò magis ſaluabit iam iuſtifi-
catos per ſanguinem ipſius.

Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem cōfeſſio fit Cap.10.10
ad ſalutem.

Veruntamē exiſtimo omnia detrimentū eſſe propter emi- Philip.3.9.

nentem ſciētiam Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtū lucrifaciam,& inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti.

1.Pet.2 6. Propter quod continet ſcriptura: ecce pono in Syon lapidem ſummum angularem, electum, precioſum,& qui crediderit in eum non confundetur.

Heb.4.3. Ingredimur enim in requiem qui credimus, quēadmodum dixit Pſalm.94. ſicut iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam,& quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis.

### *Fidei prædicatio cum præfectis eccleſiæ conferenda.*

Galat.2.2. AScendi autem ſecundum, reuelationē & contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus, ſeorſum autem iis qui videbantur aliquid eſſe, ne forte in vacuum currerem aut cucurriſſem.

### *Eidem gentium etiam reſpicit Deus.*

Hier. 39.18. LIberabo te in die illa (ait Dominus)& non traderis in manus virorum quos formidas, ſed eruens liberabo te & gladio non cades, ſed erit tibi anima tua in ſalutem quia in me fiat tibi, habuiſti fiduciam ait Dominus.

Matth.8.5. Cūm autem introiſſet Capharnaum acceſſit ad eum Centurio rogans eum & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus,& male torquetur & ait illi Ieſus. Vade & ſicut credidiſti fiat tibi & ſanatus eſt puer in illa hora.

Cap.15. 28. Ieſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.

Luc.7.9. Quo audito (quod Centurio dixerat ſcilicet Domine noli vexari, non enim ſum dignus vt intres ſub tectum meum &c.) Ieſus miratus eſt,& conuerſus ſequentibus ſe turbis dixit: Amen dico vobis nec in Iſrael tantam fidem inueni.

Cap.10,33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum & videns eum, miſericordia motus eſt & appropinquans alligauit vulnera eius infundens oleum & vinum.

Cap. 17.16. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificens Deum & cecidit in faciē ante pedes eius, gratias agens,& hic erat Samaritanus.

Ioan.4.47. Hic cū audiſſet quia Ieſus aduenerat à Iudæa in Galilæā, abiit ad eum,& rogabat eū vt deſcenderet, & ſanaret filium eius



eius, incipiebat enim mori.

Vir autem quidam erat in Cæſarea nomine Cornelius cēturio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus ac timēs Deū cum omni domo ſua, faciens eleemoſinas multas plebi, & deprecans Deum ſemper, is vidit in viſu manifeſtè quaſi hora diei nona Angelum Dei introeuntem ad ſe & dicentem ſibi Corneli &c. Act.10.3.

Angelus autem Domini locutus eſt ad Philippum dicēs, Surge & vade contra meridianum ad viam quæ deſcendit ab Hieruſalem in Gazam hæc eſt deſerta. Cap.8.26.

### *Fideiuſſio cauenda.*

AFfligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. Prouer.11.15.
Stultus homo plaudet manibus, cum ſpoponderit pro amico ſuo. 17.18.

Tolle veſtimentum eius, qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. 10.16.

Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas,& qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim non habes vnde reſtituas, qd cauſæ eſt, vt tollat operimentum tuum de cubili tuo? 22.26.

Non ſpondeas ſuper virtutem tuam: quòd ſi ſpoponderis quaſi reſtituens cogita. Eccleſ.8.16.

Vir repromittit de proximo ſuo,& cū perdiderit reuerētiā derelinquetur ab eo. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit diligētes,& cōmouit illos, quaſi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gētib. alienis 26.23.

### *Diligenter redimenda.*

FIli mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi,& temetipſum libera: quia incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, Ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Eruere quaſi damula de manu & quaſi auis de manu aucupis. Prou.6.1.

### *Recognoſcenda.*

VIr bonus fidem facit proximo ſuo,& qui perdiderit, cōfuſionem derelinquet ſibi. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. Repromiſſionem fugit peccator & immundus. Bona repromiſſoris ſibi aſcribit peccator,& ingratus ſenſu derelinquit liberātem ſe. Eccleſ.29.9.

*Ibidem.* 27. Recupera proximum ſecundum virtutem tuam,& atten de tibi ne incidas.

## *Fides proximo rectè ſeruanda.*

*Ioſue.* 9. 19. SIc Ioſue Gabaonitis promiſſam ſeruauit fidem, dicens Iurauimus eis in nomine Dei Iſrael,& idcirco, non poſ ſumus eos contingere.

*Proue.*20. 6. Multi homines miſericordes vocantur. Virum autem fi delem quis inueniet?

*Eccleſ.*29. 9. Vir bonus fidem facit proximo ſuo.

4.29. Non duplices ſermonem auditus de reuelatione ſer mones abſconditi,& eris verè ſine confuſione , & inuenies gratiam in conſpectu omnium hominum.

*Eſaiæ.* 21. 2. Qui incredulus eſt,infideliter agit.

## *Cum periculo frangitur.*

*Ezech.*17.16. ET qui diſſoluit pactum, nunquid effugiet, viuo ego di cit Dominus quoniã in loco regis, qui cõſtituit eũ Re gem,cuius fecit irritum iuramentum,& ſoluit pactum, quod habebat cum eo,in medio Babylonis morietur.

*Ibidem* 18. Spreuerat iuramentum vt ſolueret fœdus, & ecce dedit manum ſuam,& cùm omnia hæc fecerit,non effugiet.

## *Fideles liberat à communi perditione. impiorum Deus,*

*Geneſ.*6. ✠ HOminis peccata fuere diluuij cauſa, Noe tamen iuſtus inuentus eſt,cui Arca fabricanda mãdatur,in qua ipſe & cunctorum animantium genera ſeruentur.

*Cap.*7. ✠ Ingreſſo Noe cum ſuis in arca, ſtatim aqua omnium mõ tium cacumina 150. diebus ſuperauit, reliquaque animantia ſubmerſit.

*Cap.*8. ✠ Imminutis paulatim aquis diluuij poſt corui & colum bæ emiſſiones, Noe cum vniuerſis quæ in arca continebantur egreditur,& altari extructo offert holocauſta.

*Cap.*19. ✠ Lot Angelis hoſpitio ſuſceptis à Sodomitis vim patitur cum vxore & vtraque filia a Sodomitico ereptus incendio, vxorem in via amiſit, tandemque inebriatus cum vtraque fi lia inceſtum ignorans commiſit , vnde ortum habuerunt Moabitæ,& Ammonitæ.

*Exod.*8. 22. Faciàmque mirabilem in die illa terram Geſſen in qua populus meus eſt,vt non ſint ibi muſcæ, & ſcies quoniam ego Dominus in medio terræ, ponámque diuiſionem inter populum meum,& populum tuum cras erit ſignum iſtud.

Et



Et faciet dominus mirabile inter poſſeſſiones Iſrael & poſ ſeſſiones Ægyptiorũ vt nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſrael. 6. Facit ergo Dñs verbũ hoc altera die mortuáque ſunt omnia animantia Ægyptiorum, de animalibus verò filiorum Iſrael nihil omnino periit. 26. Tãtum in terra Geſſen vbi erant filij Iſrael grando non cecidit. *Cap.*9.4.

Sin aũt reſiſtis,& nõ vis dimittere eũ, ecce ego inducã cras locuſtã in fines tuos quæ operiet ſuperficiẽ terræ, ne quicquã eius appareat ſed comedatur, quod reſiduum fuerit grãdini, corrodet.n.oĩa ligna quæ germinant in agris & implebunt domos tuas & ſeruorũ tuorũ & omniũ Ægyptiorum quãtã non viderunt patres tui,& aui ex quo orti ſunt ſuper terrã vſque in præſentẽ diem &c, 26. Cuncti greges pergent nobiſcum, nõ remanebit ex eis vngula quæ neceſſaria ſunt in cultũ Domini dei noſtri præſertim cùm ignoramus q̃d debeat immolari donec ad ipſum locum perueniamus. *Cap.* 10.4.

Nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco in quo erat, vbicunque autem habitabant filij Iſrael lux erat. *Cap.*10. 23

Apud omnes autem filios Iſrael non mutiet canis ab homine vſque ad pecus, vt ſcatis quanto miraculo diuidat dominus Ægyptios & Iſrael. *Cap.*11.7.

Loquens Dominus ad Moyſen & Aaron ait: Separamini de medio congregationis huius vt eos repente diſperdam 26. Dixit ad turbam, recedite à tabernaculis hominum impiorum,& nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis illorum &c. 31. Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorum. *Num.*16.20.

Perſequar eos in gladio,& in fame & in peſtilentia, & dabo eos in vexationem vniuerſis regnis terrę, in maledictionem & in ſtuporem & in ſibilum;& in opprobrium cunctis gentib. ad quas ego eieci eos. *Hiere.*39.18

Deus meus miſit Angelum ſuum & concluſit ora Leonum,& non nocuerunt mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me, ſed & coram te Rex delictum non feci. *Daniel.*6.22

Et ciuitates Sodomorum & Gomorheorum in cinerem redigens euerſione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi ſunt ponens. 3. & iuſtum Lot oppreſſum à nefandorũ iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripit. 2.*Pet.*2.7.

## *Infidelitas ſeu Incredulitas punitur.*

Eteos q̃ foris erãt percuſſerunt cæcitate à minimo vſq; ad maximũ, ita vt oſtiũ inuenire nõ poſſent. 17. eduxe- Gen.19.11.

runtq́ue eum & poſuerunt extra ciuitatẽ,ibique locuti ſunt
ad eum dicẽtes:Salua animam tuam,noli reſpicere poſt ter-
gum,nec ſtes in omni circa regione , ſed in monte ſaluum
te fac,ne & tu ſimul pereas,26.Reſpiciẽſque vxor eius poſt
ſe,verſa eſt in ſtatuam ſalis.

*Num.* 11. 21. Ait Moyſes ad Dñm.Sexaginta milia peditum,huius po
puli ſunt,& tu dicis,dabo eis eſum carnium mẽſe integro?

*Cap.* 14. 2. Igitur vociferãs omnis turba fleuit nocte illa, & murmu
rati ſunt contra Moyſen & Aaron, cuncti filij Iſrael dicen-
tes:vtinam mortui eſſemus in Ægypto,& non in hac vaſta
ſolitudine.cap.20.12.

*Deut.* 9. 20. Aduerſum Aaron quoque vehementer iratus,voluit eum
conterere,& pro illo ſimiliter deprecatus ſum.

4.*Eſd.* 15.4. Quoniã omnis incredulus in incredulitate ſua morietur.

*Pſal.* 77.32. In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt
in mirabilibus eius.

*Eccleſ.* 2. 15. Væ diſſolutis corde qui non credunt Deo , & ideo non
protegentur ab eo.

*Matth.* 8.25. Et acceſſerũt ad eum & ſuſcitauerunt eum dicentes:Do
mine ſalua nos perimus,& dicit eis,quid timidi eſtis modi
cæ fidei?Item,cap.14.31.

*Cap.* 17. 17. Ieſus ait:O generatio incredula & peruerſa,quouſque e-
ro vobiſcum?vſquequo patiar vos?

*Marc.* 16.16. Qui crediderit & baptizatus fuerit,ſaluus erit, qui verò
non crediderit condemnabitur.

*Luc.* 24.24. Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentum, & ita in-
uenerunt ſicut mulieres dixerunt,ipſum verò nõ inuenerũt.

*Ioan.* 3.18. Qui credit in me non iudicatur,qui autem non credit,
iam iudicatus eſt,quia non credidit in nomine vnigeniti fi-
lij Dei.

*Cap.* 3.36. Qui credit in filium habet vitam æternam,qui autem in-
credulus eſt filio,non videbit vitam,ſed ira Dei manet ſu-
per eum.

*Cap.* 6.7. Reſpondit ei Philippus:ducentorum denariorum panes
non ſufficiunt eis,vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.

*Cap.* 8.24. Dixi enim vobis quia moriemini in peccatis veſtris. Si
enim non credideritis quia ego ſum,moriemini in peccato
veſtro.

*Cap.* 12.48. Qui ſpernit me & non accipit verba mea, habet qui iudi-
cet eum,ſermo quem locutus ſum,iudicabit eum in nouiſſi
mo die.

Deinde



Deinde dicit Thomæ:Infer digitum tuum huc , & vide *Cap.* 20.27.
manus meas,& affer manum tuam,& mitte in latus meum,
& noli eſſe incredulus ſed fidelis.

Bene propter incredulitatem fracti ſunt, tu autem fide *Rom.* 11. 20.
ſtas noli altum ſapere,ſed time.

Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius,niſi *Heb.* 3.18.
illi qui increduli fuerunt?cap.4.2.

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Cap.* 11.6.

Timidis autem & incredulis, execratis,& homicidis , & *Apoc.* 21.8
fornicatoribus,& veneficis,& idolatris,& omnibus menda-
cibus,pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure ,
quod eſt mors ſecunda.

## *Filiorum officium erga parentes.*

AT verò Sem & Iaphet pallium impoſuerunt humeris *Gen.* 9.22.
ſuis:facies quoque eorum auerſæ erant, & patris viri-
lia non viderunt.

Dixit Iſaac patri ſuo : Pater mi, at ille reſpondit. Quid *Cap.* 22.7.
vis fili? Ecce inquit ignis & ligna , vbi eſt victima holo-
cauſti?

Senuit autem Iſaac,& caligauerunt oculi eius, & videre *Cap.* 27.1.
non poterat,vocauitq́ue Eſau filium ſuum maiorem & dixit
ei.Fili mi?qui reſpondit,adſum.cap.37.14.

Honora patrem tuum & matrem tuam , vt ſis longæuus *Exod.* 20.12
ſuper terram : quam Dominus Deus tuus dabit tibi . Idem
Deut.5.16.verbatim.

Vnuſquiſque patrem ſuum,& matrem ſuã timeat.32.Co- *Leuit.* 19. 3.
ram cano capite conſurge , & honora perſonam ſenis,& ti-
me Dominum Deum tuum, ego ſum Dominus.

Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro,& violaue- *Cap.* 21. 9.
rit nomen patris ſui,flammis exuretur.

Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur:pa *Cap.* 20. 9.
tri matriq́ue qui maledixerit,ſanguis eius ſit ſuper eum.

Si genuerit homo filiũ contumacem , & proteruum qui *Deut.* 21.18
non audierit patris & matris imperium,& coercitus obedi
re contempſerit , apprehendent eum & ducent ad ſeniores
ciuitatis illius , & ad portam iudicij dicentq́ue ad eos : Fi-
lius noſter iſte proteruus, & contumax eſt , monita noſtra
audire

audire contemnit, commeſſationibus vacat & luxuriæ atq; conuiuiis, lapidibus eum obruet populus ciuitatis & moue tur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.

*Cap*.27.16. Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem, & dicet omnis populus amen. Iudic. Can.14.1.

1.*Reg*.2.11. Et abiit Elcana in Ramatha in domũ ſuã puer autem erat miniſter in conſpectu Dñi ante faciẽ Heli ſacerdotis. 18 Samuel autẽ miniſtrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo. 22. Heli autẽ erat ſenex valde & audiuit omnia quæ faciebãt filij ſui vniuerſo Iſraeli, & quõ dormiebant cũ mulieribus quę obſeruabant ad oſtium tabernaculi, & dixit eis, quare facitis res huiuſmodi quas ego audio, vt tranſgredi faciatis populũ Domini? Si peccauerit vir in virum placari ei poteſt Deus, ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?

*Cap*.3.1. Puer autẽ Samuel miniſtrabat Domino corã Heli, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta &c. 7. Porro Samuel necdum ſciebat Dominum, neque reuelatus fuit ei ſermo Domini.

*Cap*.8.1. Factum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios iudices ſuper Iſrael.

*Cap*.18.5. Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcũq; miſiſſet eũ Saul, & prudenter ſe agebat poſuitq; eũ Saul ſuper viros belli, & acceptus erat in oculis vniuerſi populi, maximeque in conſpectu famulorum Saul.

3. *Reg*.2.19. Venit ergo Bethſabee ad regẽ Salomonẽ, vt loqueretur ei pro Adonia, & ſurrexit Rex in occurſum eius, adorauitq; eã & ſedit ſuper thronum ſuum, poſituſque eſt thronus matri regis, quæ ſedit ad dexteram eius.

4. *Reg*.2.23. Aſcendit inde Bethleem (Elizeus) Cumque aſcẽderet per viam, pueri praui egreſſi ſunt de ciuitate, & alludebãt ei dicẽtes. Aſcende calue, aſcende calue, qui cum reſpexiſſet vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini, egreſſiq; ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadringenta duos pueros.

*Cap*.12.2. Fecitq; Ioas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada ſacerdos Cap.22.1.

2.*Para*.34.3. Octauo autẽ anno regni ſui, cũ adhuc eſſet puer (Ioſias) cepit querere Deum patris ſui Dauid, & duodecimo anno poſtquam cæperat mundauit Iudã & Hyeruſalem, ab excelſis & lucis, ſimulacriſque, & ſcuptilibus.



Filij ſapiẽtiæ, eccleſia iuſtorum, & natio eorũ obediẽtia & dilectio, Iudiciũ patris audite filij, & ſic facite vt ſalui ſitis Deus enim honorabit patrẽ in filiis, & iudiciũ matris exquirẽs firmauit in filios. 8. Qui timet Dñm honorat parentes, & quaſi Dominis ſeruiet hiis qui ſe genuerunt Cap.6.18. *Eccleſi*.3.1.

Honora patrẽ tuũ & gemitus matris tuę ne obliuiſcaris. *Cap*.7.29.

Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato, filia autem in deminoratione fiet. *Cap*.22.3.

Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum conſiſtis. *Cap*. 23.18.

Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebis. *Cap*. 32.24.

Igitur cũ Tobias putaret orationẽ ſuam exaudiri vt mori potuiſſet vocauit ad ſe Tobiam filium ſuũ, dixitque ei Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamentum conſtrue. Idem ferè habetur. Cap.14.5. *Tob*.4.1.

Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. *Prou*.2.8.

Audite filij diſciplinam patris, & attendite vt ſciatis prudentiam. *Cap*.4.1.

Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. *Cap*.6.20.

Filius ſapiẽs lætificat patrem, filius verò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ. Idem ferè Cap.15.20. *Cap*.10.1.

Filius ſapiens doctrina patris, qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur. *Cap*.13.1.

Qui affligit patrem & fugit matrem, ignominioſus eſt & infelix. Cap.20.11. *Cap*.19.26.

Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris. Cap.22.15. *Cap*. 20.20.

Audi fili mi & eſto ſapiens, & dirige in viam animũ tuũ. 24. Exultat gaudio pater iuſti, qui ſapientem genuit lætabitur in eo, gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te. *Cap*. 23.19.

Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo & à matre & dicit hoc non eſſe peccatum particeps homicidæ eſt. *Cap*. 28.24.

Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. *Cap*.30.17.

Firmauerunt

Ierem.35.16. Firmauerunt igitur filij Ionadab, filij Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis, populus autem iſte nõ obediuit mihi.

Matt.4.20. Venite poſt me & faciam vos piſcatores hominum, at illi continuò relictis retibus, ſecuti ſunt eum.

Cap.10.35. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiã aduerſus matrẽ ſuã, & nurũ aduerſus ſocrũ ſuã, & inimici hominis domeſtici eius, qui amat patrem aut matrẽ plus quam me, non eſt me dignus Act.7 14. & Cap.22.3.

Cap.15.4. Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri vel matri morte moriatur.

Cap. 19.19. Honora patrem tuum & matrem tuam, diliges proximũ tuum ſicut teipſum.

Mar. 10.19. Præcepta noſti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falſum teſtimoniũ dixeris, ne fraudẽ feceris, honora patrẽ tuũ & matrem. Luc.2.48. Cap.18.20. Idem verbatim habetur.

Epheſ. 6. 2. Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã (quod eſt mãdatũ primũ in promiſſione) vt bene ſit tibi & ſis longæuus ſuper terrã.

Colloſ.3.20. Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitũ eſt Domino, patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros vt non puſillo animo fiant.

1.Timot.5.1. Seniorẽ ne increpaueris, ſed obſecra vt patrẽ, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate.

1.Pet.5.5. Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

### *Filij in bonis ſunt inſtituendi, vt Deum timeant.*

Deut.5.16. Exod.20.12. HOnora patrem vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

Iob.4.6. Omnibus diebus vitę tuæ in mente habeto Deũ, & caue, ne aliquando peccato cõſentias, & prætermittas pręcepta Dei noſtri.

14.10. Audite ergo filij mei patrẽ veſtrũ. Seruite Domino in veritate, & inquirite, vt faciatis illa, quæ placita ſunt illi, Et filiis veſtris mandate, vt faciant iuſtitias & eleemoſynas, vt ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore, & veritate, & in tota virtute ſua.

Pſal.77.5. Quanta mãdauit patrib. noſtris nota facere ea filiis ſuis, vt cognoſcat generatio altera. Filij, qui naſcẽtur, & exurgẽt, narrabunt filiis ſuis, vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant.

Prouer.1.8. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & legem matris tuæ ne dimittas, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. In



In timore Dñi, fiducia fortitudinis, & filijs eius erit ſpes. 14.26.

Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquet. 20.7.

Audi fili mi & eſto ſapiens, & dirige in via animum tuum. 23.19.

Puer eram ingenioſus ſortitus ſum animam bonam. Sapiens.8.19

Ne iucũderis in filiis impiis, ſi multiplicẽtur, nec oblecteris ſup ipſos, ſi nõ eſt timor Dei in illis. Nõ credas vitæ illorum & ne reſpexeris in labores illorum. Melior eſt enim vnus timens Deum quàm mille filij impij Et vtile eſt magis mori ſine filiis, quàm relinquere filios impios. Eccleſ.16.1.

Pater filiis notam faciet veritatem tuam. Eſaiæ.38.19

Filij obedire parẽtib. veſtris in Dño, hoc enim iuſtum eſt. Epheſ.6.1.

Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educare illos ĩ diſciplina, & correptione Domini. Ibidem.4.

### *Vitia caueant.*

FIlio doloſo nihil erit boni. Prou.14.15.

Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. 17.2.

Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam, ſed nec pater in fatuo lætabitur. Ibidem.21.

Ira patris, filius ſtultus: & dolor matris, quæ genuit eum. Ibidem.25.

Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt: qui autem comeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum. 28.7.

Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorũ Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & nõ oſtendas hilarẽ faciem tuam ad illas: trade filiam, & grande opus feceris & homini ſenſato da illam. Eccleſ.7.25.

Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. Filia autem fatua in deminoratione fiet. 22.3.

Filia prudẽs hęreditas viro ſuo, at viuens turpiter mœſtitiã affert genitori. Imprudẽs patrẽ & virũ afficit ignominia. Ibidem.4.

A filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attende. 32.26.

Lacta filiũ, & pauentẽ te faciet: lude cũ illo & contriſtabit te. Non corrideas illi, ne condoleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. (cogitatus illius. 30.4.

Non des filio poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias Ibidem.11.

Filio & mulieri, fratri, & amico, nõ des poteſtatem ſuper te in vita tua. 23.20.

Melius eſt vt filij te rogent, quam te reſpicere in manus filiorum tuorum. Ibidem. 21.

Ne dederis alij poſſeſſionem tuam, ne fortè pœniteat te, & de preceris pro illis. Ibidem.

Filia

42.9. Filia patris abſcõdita eſt, vigilia & ſolicitudo eius aufert
ſomnũ: ne fortè in adoleſcẽtia ſua adultera efficiatur, & cũ
viro cõmorata, odibilis fiat, nequãdo polluatur à virginita-
te ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur, ne fortè cũ vi-
ro commorata tranſgrediatur, aut certè ſterilis efficiatur.
Ibidem.11. Super filiã luxurioſam cõfirma cuſtodiam, ne quando fa-
ciat te in opprobriũ venire inimicis, à detractione in ciuita
te, & abiectione plebis, & cõfundat te ĩ multitudine populi.
Tit.2.6. Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint.

*Honeſtè ſe habeant.*

Preue.10.1. Filius ſapiẽs lætificat patrem, filius verò ſtultus mœſtitia
& 15.20. eſt matris ſuæ, & deſpicit eam.
23.24. Exultat gaudio pater iuſti, qui ſapientẽ genuit, lætabitur ĩ
eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet q̃ genuit te.
Eccle.2.18. Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meã, qua ſub
ſole ſtudioſiſſimè laboraui habiturus hæredẽ poſt me, quẽ
ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur
in laboribus meis, quibus deſudaui & ſolicitus fui.
Sapien.4. 6. Ex iniquis omnes filij, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequi-
tiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua.
Ecclеſ.11.30. In filiis ſuis agnoſcitur vir.
26.13. In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam, ne inuenta oc
caſione abutatur ſe. Ab omni irreuerentia oculorum eius ca
ue, & ne mireris ſi te neglexerit.

*Pro illis corrigendis.*

Deut. 21.18 SI genuerit homo filiũ cõtumacẽ & proteruum, qui non
audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire
cõtẽpſerit, apprehendent eũ & ducent ad ſeniores ciuita-
tis illius, & ad portã iudicij, dicentq́, ad eos: filius noſter pro-
teruus & cõtumax eſt, monita noſtra audire contẽnit comeſ
ſationib. vacat, & luxuriæ atq; cõuiuiis: lapidibus eũ obruet
populus ciuitatis, & morietur vt auferatur malum de me-
dio veſtri, & vniuerſus populus audiens pertimeſcat.
Epheſ.41.8. Filij abominationum ſunt filij peccatorum, & qui conuer
ſantur ſecus domus impiorũ. Filiorum peccatorum pariet
hæreditas & cum ſemine eorum aſſiduitas opprobrij?
Ibid. De patre impio queruntur filij: quoniam propter illum
ſunt in opprobrio.

*Fœnum & herba cito tranſiens omnis homo.*

Pſal.89.6. MAne ſicut herba tranſeat mane floreat & tranſeat veſ-
pere



pere decidat, induret, & areſcat.
Fiant ſicut fœnũ tectorum q̃ priuſquã euellatur exaruit. 128.6.
Vox dicẽtis: Clama, & dixi, quid clamabo? Omnis caro fœ Eſai.40.6.
num, & omnis gloria eius quaſi flos agri, excicatũ eſt fœnũ,
& cecidit flos quia Spiritus Domini ſufflauit in eo. Vere fœ
num eſt populus exſiccatum eſt fœnum & cecidit flos ver-
bum autem Domini noſtri manet in æternum.
Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructi Eccleſ.14.18.
ficans in arbore viridi.
Quia omnis caro fœnum & omnis gloria eius tãquam 1.Pet.1.34.
flos fœni exaruit fœnum, & flos eius decidit.
Glorietur aũt frater humilis in exaltatione ſua, diues aũt Iaco.1.9.
in humilitate ſua, qm̃ ſicut flos fœni tranſibit, exortus eſt.n.
ſol cũ ardore & arreſcit fœnũ, & flos eius decidit, & decor vul
tus eius deperiit, ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.

*Fœnus, Vide, Vſura.*

*Fœderationis conditio bona.*

SI pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, q̃ habi Exod.22.25
tat tecũ, nõ vrgebis eũ, quaſi exactor, nec vſuris opprimes.
Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fru- Deut.23.19.
ges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno.
Fratri autem tuo abſque vſura, id quo indiget commoda- 20.
bis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore
tuo, in terra ad quam ingredieris poſſidendam.
Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitate illius, & ite Eccleſ.29.2.
rum redde proximo in tempore ſuo. Confirma verbum, & fi
deliter age cum illo. & in omni tempore inuenies, quod tibi
neceſſarium eſt.
Perde pecuniam propter fratrem & amicum: & non abſcõ Ibid.19.
das illam ſub lapide in perditionem.

*Mala.*

HOdie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt homo Eccleſ.20.16
huiuſmodi.

*Fœneratio eſt periculoſa quo ad accipientem.*

QVi accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis. Prou.22.7.
Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed frau Eccleſ.29.
dari gratis timuerunt.

*Quo ad facientem.*

NOli fœnerari homini fortiori te: quòd ſi fœnerauerís qua Eccleſ.8.
ſi perditum habe.

Multi quaſi inuentionem exiſtimauerunt fœnus, & præſtite
19.4. runt modeſtiam iis,qui adiuuerunt. Donec accipiant,oſculã
tur manus diuitis,&in ꝓmitionibus humiliant vocem ſuam
& in tempore redditionis poſtulabit tempus,&loquitur ver
bis tædij & murmurationum,& tempus cauſabitur. Si autẽ
potuerit reddere aduerſabitur. Solidi,vix reddet dimidium,
& computabit illud quaſi inuentionem.

### *Formido & puſillanimitas.*

*Deut.* 20. 8. QVis homo formidoloſus & corde pauido? vadat & re-
uertatur in domum ſuam:ne pauere faciat corda fra-
trum ſuorum,ſicut ipſe timore perterritus eſt.
28.65. Dabit tibi Dñs cor pauidũ & deficientes oculos,& animã
conſumptã mœrore,&erit vita tua,quaſi pendens ante te.
*Ibid.*67. Mane dices:quis mihi det veſperum?& veſpere,quis mihi
det mane?propter cordis tui formidinem , qua terrebere is,
& propter ea,quæ tuis oculis videbis.
*Iob.*5.22. Beſtias terræ non formidabis.
18.11. Vndiq; terrebũt eũ formidines & inuoluent pedes e ius
*Prou.*3.25. Ne paueas repentinos terrores & irruentes tibi potentias
impiorum.
30.30. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum
*Eccleſ.*7.9. Noli eſſe puſillanimus in animo tuo.
*Eſa.*8.13. Dominũ exercituum ipſum ſanctificate,& ipſe pauor ve
ſter,& ipſe timor veſter,& erit vobis in ſanctificationem.
24.17. Formido & fouea & laqueus ſuper te,qui habitator es ter
35.4. Puſillanimes confortamini & nolite timere. (ræ.
*Ierem.*17.17. Non ſis mihi tu formidini:ſpes mea tu in die afflictionis.
*Ibid.* 18. Paueant illi,& non paueam ego.
23.4. Non formidabunt vltra & non pauebunt.
30.10. Non erit quem formidet,quoniam ego tecum ſum vt ſal
uem te,ait Dominus.
42.11. Noli timere à facie regis Babylonis (Diaboli) quẽ vos pa
uidi formidatis:nolite metuere eum dicit Dominus quoniã
ego vobiſcum ſum,vt ſaluos vos faciam.
1.*Mach.* 4.5. Ne timeatis multitudinem eorum, & impetum eorum ne
formidetis.
*Ibid.*32. Da illis formidinem,& tabefac audaciam eorum, & com
moueatur contritione ſua.
*Matt.* 8 26. Quid timidi eſtis modicæ fidei?
1.*Ioan.*14.27 Non turbetur cor veſtrum,neque formidet.
1.*Theſ.*5. 14. Conſolamini puſillanimes.

*Forni-*



### *Fornicatio iram Dei prouocat.*

EIiciẽt eam extra fores (.ſ.ſi amiſerit virginitatẽ) do- *Deut.*22.21.
mus patris ſui,& lapidibus obruẽt viri ciuitatis illius
& morietur qm̃ fecit nefas in Iſrael vt fornicaretur
in domo patris ſui,& auferes malum de medio tui.
Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus a- *Prou.*23.27.
liena.
Qui ſe iungit fornicariis erit nequam, putredo & vermes *Eccleſ.*19.3.
hęreditabunt illum,& extolletur in exemplum maius,& tol
letur de numero anima eius.
Sup quo propitius tibi eſſe potero? filij tui dereliquerũt *Ierem.*5.7.
me,& iurant (in his qui non ſunt dij) ſaturaui eos,& mœcha
ti ſunt,& in domo meretricis luxuriabantur.
Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ,& *Oſee.*4.14.
ſuper ſponſas veſtras cum adulterauerin: quoniam ipſi cum
meretricibus conuerſabantur,& cum effeminatis ſacrifica-
bant & populus non intelligens vapulabit. Colloſ.3.5.
Quod ſi non ſe continent,nubant. Melius eſt enim nube 1 *Cor.*6.9.
re quàm vri,13.15.Hebr.13 4.

### *Corpus eneruat & facultates abſumit.*

FOuea enim profunda eſt meritrix & puteus anguſtus,
aliena.Iob.31.12. *Prou.*23.27.
Vir qui amat ſapientiam,lætificat Patrem ſuum, qui autẽ
nutrit ſcorta perdet ſubſtantiam. *Cap.*29.3.
Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & diuitias tuas
ad delendos reges. *Cap.*31.3.
Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te & *Eccleſ.*9.6.
hæreditatem tuam.cap.41.21.

### *Fornicationis occaſiones vitandæ.*

CVm ſaltatrice ne aſſiduus ſis,nec audias illã ne forte pe
reas in efficatia illius.12.Cum aliena muliere ne ſedeas *Eccleſ.*9.4.
omnino,nec accũbas cum ea ſuper cubitũ, & non alterceris
cum illa in vino,ne forte declinetur cor tuum in illam,& ſan
guine tuo labaris in perditionem.
Omni homini noli intendere in ſpecie,et in medio mulie *Cap.*42.12.
rum noli commorari.

### *Fornicatio non ſolum in opere externo,ſed & in affectu prohibetur.*

NOn cõcupiſces domũ proximi tui,nec deſiderabis vxorẽ *Exod.*20.17

Y 2 eius

eius,non ſeruum,non ancillam,non bouem,non aſinum nec omnia quæ illius ſunt.

*Matt.5.28.* Audiſtis quia dictum eſt antiquis,non mœchaberis, ego autem dico vobis,quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam,iam mœchatus eſt in corde ſuo.

### *Fornicatio infamiam adfert.*

*Eccleſ.9.10* OMnis mulier quæ eſt fornicaria,quaſi ſtercus in via cõculcabitur.

*Cap.41.21.* Erubeſcite à patre & matre de fornicatione,& à præſidente,& à potente de mendacio.

### *Fornicatio ſpiritualis quæ eſt hæreſis & Idololatria.*

*Deut.31.16.* DIxit Dominus ad Moyſem,ecce tu dormies cũ patrib' tuis,& populus iſte conſurgẽs fornicabitur poſt Deos alienos, in terra ad q̃ ingreditur vt habitet in ea, ibi delinquet me,& irritum faciet fœdus quod pepigi cum eo.

*Iudic.2.17.* Suſcitauit Dominus Iudices,qui liberarent eos de vaſtantium manibus,ſed nec eos audire voluerunt fornicantes cũ diis alienis,& adorantes eos.

*Cap.8.33.* Poſtquã autem mortuus eſt Gedeon, auerſi ſunt filij Iſrael,& fornicati ſunt in Baalim, percuſſeruntque cum Baal fœdus vt eſſet eis in Deum.

*Iſaiæ.1.21.* Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iuſtitia habitauit in ea,nũc autem homicidæ.

*Cap.57.3.* Vos aũt accedite huc filij auguratricis, ſemen adulteri & fornicariæ, ſuper quem luſiſtis?ſuper quem dilataſtis os,& eieciſtis linguã?nunquid nõ vos filij ſceleſti ſemen mendax.

*Iere.3.1.* Tu autem fornicata es,cum amatoribus multis tamen reuertere ad me dicit Dominus.

*Ezech. 6.9.* Et recordabuntur mei liberati veſtri in gentibus,ad quas captiui ducti ſunt,quia contriui cor eorum,fornicans & recedens à me,& oculos eorum fornicantes poſt idola ſua, & diſplicebunt ſibimet ſuper malis quæ fecerant in vniuerſis abominationibus ſuis.

*Oſeæ.1.2.* Dixit Dominus ad Oſee,Vade ſume tibi vxorem fornicationum & fac filios fornicationum,quia fornicans fornicabitur terra,à Domino.

*Cap.2.4.* Et filiorũ illius non miſerebor qm̃ filij fornicationũ ſunt quia fornicata eſt mater eorũ confuſa eſt quæ concepit eos.

*Cap.4.15.* Si forniceris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda, & nolite



lite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethauen, neq; iuraueritis viuit Dominus, quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael.

Angelus exclamauit in fortitudine dicens:Cecidit,cecidit *Apoc.18.3.*
Babylon magna & facta eſt habitatio dæmoniorum,& cuſtodia omnis ſpiritus immundi & cuſtodia oĩs volucris immũdæ,& odibilis:quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes,& reges terræ cum illa fornicati ſunt,& mercatores terræ de virtute delitiarum eius diuites facti ſunt

### *Fortitudo.*

NOn in fortitudine ſua(ſed Dei)roborabitur vir. *1.Reg.2.9.*
Confortamini & agite diligenter, & Dominus erit *1.Par.19.13.*
vobiſcum in bonis.
Expecta Dominum,viriliter age, & confortetur cor tuũ, *Pſal.26.14.*
& ſuſtine Dominum.
Domus iuſti plurima fortitudo,& in fructibus impij con- *Pro.15.6.*
turbatio.
Mulierem fortem quis inueniet? *31.10.*
Dicebã ego meliorẽ eſſe ſapientiam fortitudine. (ne ſua. *Eccleſ.9.16.*
Fact' eſt fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatio- *Eſa.25.4.*
Dicite puſilanimes,confortamini & nolite timere: Ecce *35.4*
Deus veſter vltionẽ adducet retributionis: Deus ipſe veniet
& ſaluabit nos.
Conſurge conſurge,induere fortitudine tua Sion.
Conforta lumbos:robora virtutem valde. *52.1.*
Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ,in pace ſunt om- *Num.2.1.*
nia quæ poſſidet. *Luc.11.21.*
In omnibus tribulationibus patimur, ſed non anguſtia-
mur,aporiamur:ſed non deſtituimur:perſecutionem patimur, *2.Cor.4.8.*
ſed non delinquimur.

### *Fortitudo bona Deum quærit.*

FOrtitudo mea,& laus mea Dominus. *Exod.15.2.*
Vos ergo confortamini, & non diſſoluãtur manus ve- *2.Para.15.7.*
ſtræ:erit enim merces operi veſtro.
Oculi Domini contẽplantur vniuerſam terrã,& præbent *16.9.*
fortitudinem his,qui corde perfecto credunt in eum.
Etenim Dominus eſt fortitudo veſtra.. *Nehem.8.10*
Viriliter agite & confortetur cor veſtrum,omnes qui ſpe *Pſal.30.25.*
ratis in domino.
Fortitudinem meam ad te cuſtodiam: quia Deus ſuſcep- *58.10.*
ptor meus es.

67.36. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis,Deus Iſrael ipſe dabit vir
tutem & fortitudinem plebi ſuæ,benedictus Deus.

*Prouer.*8.14. Eſt prudentia mea,eſt fortitudo(non tua).

14.26. In timore Domini fiducia formidinis.

18.10. Turris fortiſſima nomen Domini,ad ipſum currit iuſtus
& exaltabitur. (in ſalutem.

*Eſa*.12.2. Quia fortitudo mea,& laus mea Dñs : & factus eſt mihi

25.4. Quia factus es fortitudo pauperi,fortitudo egeno in tri
bulatione ſua ſpes à turbine,vmbraculum ab æſtu.

30.15. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.

40.29. Qui dat laſſo virtutem,& in his qui non ſunt fortitudinẽ,
& robur multiplicat.

*Ibidem*.31. Qui autem ſperant in Domino,mutabunt fortitudinem
aſſument pennas vt aquilæ current,& non laborabunt, am
bulabunt,& non deficient.

49.5. Deus meus factus eſt fortitudo mea.

1.*Cor*.16. 13. Viriliter agite,& confortamini in Domino.

*Epheſ*.6.10. Fratres cõfortamini in Domino & in potẽtia virtutis ei⁹.

*Philip*.4. 13. Scio ſaturari & eſurire,& abundare & penuriam pati.om
nia poſſum in eo,qui me confortat.

2.*Tim*.2.1. Fili mi,confortare in gratia,quæ eſt in Chriſto Ieſu.

1.*Pet*.5.10. In Chriſto Ieſu modicum paſſos ipſe perficiet,confirma-
bit,ſolidabitque.

### *Vitia ſubiicit*

*Iob*.17.9. TEnebit iuſt⁹ viã ſuã,& mũdus manib.addet fortitudinẽ

*Prou*.10. 29. Fortitudo ſimplicis via Domini , & pauor his , qui
operantur malum.

24.10. Si deſperaueris lapſus in via anguſtiæ,imminuetur forti-
tudo tua.

1.*Cor*.16. 13. Vigilate,ſtate in fide,viriliter agite,confortamini: omnia
enim veſtra in charitate fiant.

*Heb*.12.4. Nondũ enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis,aduerſus pec
catum repugnantes:& obliti eſtis conſolationis,quæ vobis
tanquam filiis loquitur.

### *Hoſti reſiſtit.*

*Prouer*.28.1. FVgit impius nemine perſequente:iuſtus autem quaſi leo
confidens abſque terrore erit.

*Eſa*.43.1. Noli timere,qa redemi te,& vocaui te nomine tuo.me⁹
es tu.Cũ trãſieris p aquas,tecũ ero, & flumina non operiẽt
te.Cũ ambulaueris in igne , non cõbureris,& flamma non
arde-



ardebit in te,quia ego ſum Dominus Deus tuus,ſanctus I-
ſrael ſaluator tuus.

Si Deus pro nobis quis contra nos? *Rom*.8.21.

De cætero,fratres confortamini in Domino,& in poten *Epheſ*. 6. 10.
tia virtutis eius.

Scribo vobis adoleſcentes,quoniam viciſtis malignum. *Ioan*.2.13.
Scribo vobis iuuenes,quoniam fortes facti eſtis , & verbũ
Dei manet in vobis & viciſtis malignum.

### *Fortitudo reproba Deum offendit.*

TEtendit enim aduerſus Deum manum ſuam,& contra *Iob*.15.25.
omnipotentem roboratus eſt.Cucurrit aduerſus Deũ
erecto collo,& pingui ceruice armatus eſt.

Melior eſt ſapiẽtia quàm vires,& vir prudẽs quam fortis. *Sapien*.6. 1.

Fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ,& opus veſtrum, quaſi *Eſa*.1.31.
ſcintilla,& ſcindetur vtrũq; ſimul,& non erit qui extinguat.

### *Fraternitas.*

FRater qui adiuuatur à fratre,quaſi ciuitas firma,& iudi *Prouer*.18.19
cium quaſi vectes vrbium.

Fratres in adiutorium in tempore tribulationis,& ſup *Eccle*.40.24.
eos miſericordia liberabit.

Nunquid non pater vnus omnium noſtrum?Nunquid nõ *Malach*.2.10
Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque
veſtrum fratrem ſuum,violans pactum patrum veſtrorum?

Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cę *Matth*.12.50
lis eſt,ipſe meus frater,ſoror,& mater eſt.

Omnes autem vos fratres eſtis. 23.8.

Decebat autem eum propter quem omnia,& per quẽ om *Heb*.2.10.
nia,qui multos filios in gloriam adduxerat,auctorem ſalu-
tis eorum per paſſionem conſummari.

### *Fratres & ſorores Chriſti qui ſunt.*

EXtendẽs Ieſus manum in diſcipulos ſuos dixit:ecce ma *Matt*.12.49.
ter mea,& fratres mei,quicumque enim fecerit volun-
tatem patris mei,qui in cœlis eſt,ipſe meus frater & ſo
ror & mater eſt.Idem habetur verbatim.Marc.3.24.

Nolite timere,ite nuntiate fratribus meis vt eant in Ga- *Cap*.28. 10.
lilæam,ibi me videbunt.

Et nunciatum eſt illi,mater tua & fratres tui ſtant foris vo *Luc*.8.20.
lentes te videre,qui reſpondens dixit ad eos. Mater mea &
fratres mei hi ſunt qui verbum Dei audiunt, et faciunt.

 Dicit

Ioan.20.17. Dicit Mariæ Ieſu, noli me tangere (nondum enim aſcẽdi ad patrem meum) vade autem ad fratres meos & dic eis.

Heb.2.12. Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. Idem habetur Pſal.21.23. verbatim.

*Fraus vide dolus.*

*Fructus operis bonus.*

Sap.3.15. BOno rum operum glorioſus eſt fructus.

Rom.7.4. Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi, per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit vt fructificetis Deo.

Galat.5.22. Fructus autem ſpiritus eſt Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.

Epheſ.5.9. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate.

Colloſſ.1.10 In omni opere bono fructificantes.

Iac.3.18. Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur, facientib. pacẽ

*Malus.*

Sapien.4.5 FRuctus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum & ad nihilum apti.

Ierem.12.13 Confundemini à fructibus veſtris, propter iram furoris Domini.

Roma.6.21. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis.

*Fundamentum eſt Chriſtus.*

1.Cor.3.11. FVndamentum aliud nemo põt ponere, præter id ꝙ poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: ſi quis autem ſuperędificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides precioſos ligna, fœnũ, ſtipulã, vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit, dies enim Domini declarabit, quia igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.

*Fundamentum ſunt Apoſtoli.*

Epheſ.2.20. IAm non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamẽtum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctũ in Domino, in quo & vos coædificamini, in habitaculum Dei in ſpiritu ſancto.

Apoc.21.14. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina, duodecim Apoſtolorum Agni.

*Et pe-*



*Et peculiariter Petrus dicitur fundamentum.*

Matt.16.18. ET ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorũ, & quodcũque ligaueris ſuper terrã erit ligatum & in cęlis, & quodcũq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum & in cœlis.

Ioan.21.15. Cùm ergo prandiſſent dicit Symoni Petro Ieſus, Symon Ioãnis diligis me plus hiis? dicit ei etiã Dñe, tu ſcis quia amo te: dicit ei, Paſce agnos meos, dicit ei iterum: Symon Ioãnis diligis me? ait illi. Etiam Domine, tu ſcis quia amo te, dicit ei paſce agnos meos. Dicit ei tertiò Symon Ioannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus quia dixit illi tertiò, amas me, & dixit ei: Domine tu omnia ſcis tu ſcis quia amo te, dicit ei paſce oues meas.

*Cuius fides nunquam deficiet.*

Luc.22.31. AIt autem Dominus Symon, Symon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribaret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficeret fides tua, & tu aliquãdo cõuerſus, confirma fratres tuos qui dixit ei. Domine tecum paratus ſum, & in carcerem & in mortem ire.

*Furtum prohibetur, committitur & punitur.*

Exod.20.15. NOn furtum facies. Idem Leui.19.11. verbatim habetur & Deut.5.18.

Cap.21.17. Qui furatus fuerit hominem & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur.

Cap.22.1. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue.

Deut.24.7. Si deprehenſus fuerit homo ſollicitans fratrem ſuum de filiis Iſrael, & vendito eo acceperit precium, interficietur & auferes malum de medio tui. Ioſue.7.1.

Ioſue.7.19. Et ait Ioſue ad Achan, da gloriã Domino Deo Iſrael & cõfitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Reſponditque Achan Ioſue & dixit ei. Verè ego peccaui Domine Deo Iſael, & ſic & ſic feci. Vidi enim inter ſpolia palliũ coccineũ valde bonum, & ducentos ſiclos argenti, &c.

Tob.2.21. Cuius cùm vocẽ balãtis vir eius audiſſet dixit. Videte ne fortè furtiuus ſit, reddite eũ Dominis ſuis, quia non licet nobis

bis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.

*Prouer.6.30.* Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit, furatur.n. vt eſurientem impleat animam, depræhẽſus quoque reddet ſeptuplum & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet.

*Oſea.4.2.* Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.

*Matt.19.18.* Ieſus autem dixit: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices.

1.*Cor.*6.10. Neque fures neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt.

*Apoc.9.21.* Non egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis, neque à veneficiis ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis

## *Fures dicuntur qui verbum Dei peruertunt, & veram doctrinam.*

*Ierem.23.30.* PRopterea ecce ego ad Prophetas ait Dominus? qui furantur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo.

*Ioan.10.1.* Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.

G*Aal opponit ſe Abimelech, Iudic.9.26.35.39.*

*Gabaonitæ, redimunt vitam aſtu quodam Ioſue.9.* obſidentur & obſidione liberantur.10.5.* propter ipſos iniuſtè à Saule occiſos ſuſpenduntur filij* Saulis.2.*Reg.21.1.6.9.*

*Gabellus venit cum* Raphael *ad nuptias* Tobiæ.*Tob.9.7.*

## *Gabriel apparet prophetæ Danieli.*

*Dan.8.16.* ET audiui vocẽ viri inter Vlai. & clamauit & ait: Gabriel fac intelligere iſtam viſionem, & venit & ſtetit iuxta vbi ego ſtabam, &c.

*Cap.9.21.* Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, cito volans tetigit me, in tẽpore ſacrificij veſpertini, & docuit me locutus eſt mihi.

## *Apparuit Zachariæ ſacerdoti.*

*Luc.1.11.* APparuit autem illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris incenſi, & Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit

irruit



irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angel⁹: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomẽ eius Ioannem, & erit gaudium tibi & exultatio, &c.

## *Apparuit virgini Mariæ.*

IN mẽſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. *Luc.1.26.*

*Gad filius* Iacob.*ex Lia, Geneſ.*30.11.☩.25.16.

*Gadditæ recipiunt ſuam hæreditatem, Num.*32*.*Deut.*3.12. *Ioſua.*13.24.

*Gad propheta admonet Dauid, vt nõ maneat in terra Moabitarum,* 1.Reg.22.5.*nunciat Dauidi iram Dei,* 2.*Reg.*24.11.18.

*Gaius,* 1.Corint.1.14.*capitur, Act.*19.29.*deducit* Paulũ *in Aſiam,*20.4.*hoſpitio eum ſuſcipit,* Rom.16.23.

*Galgal, ſiue Galgala, ciuitas Iſrael, Ioſ.*4.19.*in Galgal circunciditur populus, & celebrat* Paſcha.5.2.7.10.*egreditur inde ad liberandos* Gabaonitas,10.7.*reuertitur.*10.43.

*Galilæa recipit* Chriſtum.Ioan.4.45.*in Galilæa incipit Chrĩſtus prædicare, Matth.*4.12 *Act.*10.37.

*Gamaliel vir peritus Legis.* Act.5.34.☩.22.3.

*Gamaliel dux Manaſſitarum,* Num.1.10.

## *Gaudere & lætari honeſtè licet.*

LÆtatus eſt populus cum vota ſponte promitterẽt, quia *1.Para.29.9*
corde toto offerebant ea Domino, ſed & Dauid rex lætatus eſt gaudio magno, & benedixit Domino coram vniuerſa multitudine, & ait benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri, ab æterno in æternum.

Clarè cecinerunt cantores & Iezraia præpoſitus, & immo *2.Eſd.12.42.*
lauerunt in die illa victimas magnas, & lætati ſunt: Deus.n. lætificauerat eos lætitia magna, ſed & vxores eorum, & liberi gauiſi ſunt, & audita eſt lætitia Hyeruſalem procul.

Renuit cõſolari anima mea, memor fui Dei & delectatus *Pſal.67.4.*
ſum, & exercitatus ſum & defecit ſpiritus meus.

Angelus

Luc.1.14. Angelus ait Zachariæ:& erit gaudiũ tibi, & exultatio & multi ĩ natiuitate ei⁹ gaudebũt,erit.n.magn⁹ corãDño,&c.

1.Theſſ.1.6. Et vos imitatores noſtri effecti eſtis & Dñi, excipientes verbum in tribulatione multa,cum gaudio Spiritus ſancti.

Cap.5.16. Semper gaudete,ſine intermiſſione orate.

## *Gaudendum non eſt more gentilium.*

Eccleſ.2.2. RIſum reputaui errorẽ& gaudio dixi. Quid fruſtra deciperis?

Cap.7.3. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domũ conuiuij,in illa enim finis cunctorum admonetur hominum,& viuens cogitat quid futurũ ſit,Amos.6.8. (es à Deo tuo.&c.

Oſee.9.1. Noli lætari Iſrael noli exultare ſicut populi q̃a fornicata

Prou.12.4. Cõſilium cuſtodiet te & prudẽtia ſeruabit te,vt eruaris à via mala,& ab homine qui peruerſa loquitur, qui relinquit iter rectum, & ambulauit per vias tenebroſas,qui lætantur cum malefecerint,& exultant in rebus peſſimis,&c.

Iaco.4.9. Miſeri eſtote&lugete & plorate, riſus veſter in luctum conuertetur & gaudium in mœrorem.

## *Gaudium in perſecutione.*

Matth.5.12. BEati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã, quoniã ipſorũ eſt regnũ cælorũ.Beati eſtis cũ maledixerint vobis homines,& perſecuti vos fuerint & dixerint oẽ malum aduerſum vos,mentientes propter me;gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis,Sic enim perſecuti fuerunt prophetas qui fuerunt ante vos.

Act.5.41. Et illi quidẽ ibãt gaudentes à conſpectu Concilij,quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Cap.20.24. Sed nihil horũ vereor nec facio animam meam precioſiorem quam me, dummodo conſummem curſum meum & miniſterium, quod accepi à Domino Ieſu teſtificari euangelium gratiæ Dei.

Rom.5.3. Nonſolũ autẽ ſed & gloriamur in tribulationibus ſciẽtes quod tribulatio patientiã operatur,patiẽtia autẽ probationẽ probatio verò ſpem,ſpes autem non confundit.&c.

Coll.1.24. Qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, &adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt eccleſia.

Heb.10.34. Nam & vinctis compaſſi eſtis & rapinam bonorũ veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & abundantiorem ſubſtantiam.

Moiſes



Moyſes grãdis factus negauit ſe eſſe filium Pharaõis,magis eligens affligi cum populo Dei q̃ tẽporaliter peccati habere iucũditatẽ,maiores diuitias eſtimãs theſauro Ægyptiorum improperiũ Chriſti,aſpiciebat enim in remunerationẽ. Cap.11.25.

## *Gaudium ſpiritus.*

IN ipſa hora exultauit Spiritu Ieſus, & dixit:Cõfiteor tibi Domine Pater cæli & terræ, quod abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis,&c. Luc.10.21.

Spe gaudentes in tribulatione,patientes,orationi,inſtantes,neceſſitatibus ſanctorum communicantes. Rom.12.12.

Non eſt enim regnũ Dei eſca,& potus,ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Cap.14.17.

Fructus autem Spiritus charitas, gaudiũ,pax,patiẽtia,longanimitas,bonitas,benignitas,manſuetudo,fides,modeſtia, caſtitas,&c. Gal.5.22.

Gaudete in Domino ſemper,iterum dico gaudete. Philip.4.4.

Semper gaudete ſine intermiſſione gaudete. 1.Theſſ.5.16.

## *Gaudium ſalutis æternæ.*

IN die illa cantabitur canticum iſtud in terra Iuda. Eſa.26.1.

Reſpice Syon ciuitatẽ ſolẽnitatis noſtræ, oculi tui videbunt Hieruſalẽ habitationẽ opulentã, tabernaculũ quod nunquã transferri poterit,nec auferentur claui eius in ſempiternum,& omnes funiculi eius rumpentur,quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter,&c. Cap.33.20.

Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt,& nõ tãget illos tormẽtum mortis,&c.7.Fulgebunt iuſti & tanquã ſcintillæ in arũdineto diſcurrẽt,iudicabunt nationes & dominabuntur populis,& regnabit Dominus illorum in perpetuum. Sap.3.1.

## *Vide Beatitudo.*

*Gedeon Dux & Iudex in Iſrael.Iudic.6.*✠.7.✠.8.✠.

## *Gemitus quis probandus quis improbandus.*

ET audiuit gemitus eorum & recordatus eſt fœderis, quod pepigit cum Abraham,Iſaac & Iacob, & reſpexit Dominus filios Iſrael & liberauit eos. Exod.2.24.

Et dixit Dñs ad eũ(angelũ)trãſi p mediã ciuitatẽ ĩ medio Hyeruſalẽ,& ſigna thau ſuper frõtes eorũ,gementiũ & dolẽtiũ ſuper cunctis abominationibus quæ fiũt in medio eius. Ezec.9.4.

Tunc Tobias ingemuit & cœpit orare,cum lachrymis dicens: Iuſtus es Domine & omnia iudicia tua iuſta ſunt, & omnes viæ tuæ miſericordia & veritas & iudicium. Tob.3.1.

Sed

2. Mach. 6.30 Sed cũ plagis perimeretᷣ ingemuit Eleazarus & dixit: Dñe qui habes ſancta ſcientiã maniſeſtè tu ſcis, q̃a cum poſſem à morte liberari, duros corporis ſuſtineo dolores, ſecundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

Rom. 8.22. Scim⁹.n.q̃d oĩs creatura ingemiſcit.& parturit vſq; adhuc.

Iac. 5.9. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum & non iudicemus, ecce iudex ante ianuam aſſiſtit.

## *Generatio mala.*

Pſal. 77.8. NE fiant ſicut patres eorum, generatio praua exaſperãs: Generatio, quæ non dixerit cum Deo cor ſuum.

Sap. 3.19. Nationes enim iniquæ duræ ſunt conſummationis.

Ioan. 8.39. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Vos facitis opera patris veſtri.

1. Ioan. 3.8. Qui facit peccatum ex Diabolo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat.

## *Generatio bona.*

Pſalm. 13.5. 111.2. QVoniam Dominus in generatione iuſta eſt. Generatio rectorum benedicetur.

Ioan. 1.13. Qui non ex ſanguinibus, ſed ex Deo nati ſunt.

3.6. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.

1. Ioan. 4.7. Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum.

## *Gentium vocatio.*

Gen. 49.10. NOn auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de fœmore ei⁹, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

Num. 24.17 Videbo eũ ſed nõ modo intuebor illũ, ſed nõ prope orietᷣ ſtella ex Iacob & conſurget virga ex Iſrael, & percutiet duces meos vaſtabitque omnes filios Seth.

Deut. 32.43. Laudare gentes populũ eius, quia ſanguinẽ ſeruorũ ſuorum vlciſcetur, & vindictam retribuet in hoſtes eorum & propitius erit terræ populi ſui.

2. Reg. 22.44 Saluabis me à cõtradictionib. populi mei, cuſtodies me ĩ caput gẽtium populus quẽ ignoro ſeruiet mihi, &c. 50. Propterea cõfitebor tibi Dñe in gẽtib⁹ & nomini tuo cantabo,

3. Reg. 8.41. Inſuper & alienigena qui non eſt de populo tuo Iſrael, cũ venerit in terra lõginqua pp nomẽ tuum, (audietur.n. nomẽ tuum magnum & manus tua fortis & brachium tuum extẽtum) cùm venerit ergo & orauerit, in hoc loco, tu exaudies in cælo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro qui



quibus inuocauerit te alienigena. &c.

Poſtula à me dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Pſal. 2.8.

Reminiſcẽtur & cõuertentur ad Dñm vniuerſi fines terrę. 21.28.

Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo. Item, 71.8.17. 67.32.

Omnes gentes quaſcunque feciſti venient, & adorabunt coram te Domine & glorificabunt nomen tuum. 85.9.

Sit nomen eius benedictum in ſæcula, ante ſolem permanet nomen eius, & benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. 71.17.

Memor ero Raab & Babilonis ſcientium me, ecce alienigenæ, & Tyrus & populus Æthiopum hij fuerunt illic. 86.4.

Et erit ĩ nouiſſimis dieb. p̃paratus mõs dom⁹ Dñi, in vertice mõtiũ & eleuabitᷣ ſup colles & fluẽt ad eum oẽs gentes. Eſai. 2.2.

In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignũ populorum ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. Cap. 11.10.

In die illa erit altare Dñi in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, & erit in ſignum & teſtimonium Domini exercituum in terra Ægypti. cap. 25.7. Cap. 19. 18.

In die illa clangetur in tuba magna, & venient qui pditi fuerãt de terra Aſſyriorum, & qui eiecti erant de terra Ægypti, & adorabunt Dominum in Ieruſalem, cap. 29.17. Cap. 27. 13.

Agitur de futura conſolatione, lętitia, ſecuritate & fœlicitate perpetua eorum, qui in Chriſtum ſunt credituri. Cap. 35. ☩.

Suſcitaui ab Aquilone & veniet ab ortu ſolis, vocabit nomen meum, & adducet magiſtratus quaſi lutum & ſicut plaſtes conculcans humum. Cap. 41. 25.

Noli timere quia ego tecum ſum, ab oriente ducã ſemen tuum & ab occidente congregabo te, &c. Cap. 43.5.

Hæc dĩ Dñs: Labor Ægypti & negotiatio Æthiopię, & Sabaĩ viri ſublimes ad te trãſibũt & tui erũt, poſt te ãbulabũt, vincti manib. p̃gent, & te adorabũt teq; deprecabuntur, etc. Cap. 45.14.

Conſtituitur Chriſtus dux gentium ac Iudæorũ ſaluandorum, datuq; in fœdus populi ex omni orbis parte vocandicet oſtenſa magna fœlicitate credentium in Chriſtũ, hortatur eos ad gratiarum actionem, etc. Cap. 49. ☩.

Prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, et brachia mea populos iudicabunt et inſulæ expectabunt, et brachium meum ſuſtinebunt. Cap. 51.5.

Eccleſiam inuitat ad lętitiam quod ex gẽtibus futura ſit, nu- Cap. 54. ☩.

numeroſior quàm erat Synagoga & per orbem propaganda
&c. Cap.55. dem.

Cap.56.7. Adducam (filios aduenæ qui adhærẽt mihi) eos in montẽ
ſanctũ meũ & lætificabo eos in domo orationis meæ, holo-
cauſta eorũ, & victimæ eorũ placebũt mihi ſup altari meo
q̃a domus mea domus orationis vocabitur cũctis populis.

Cap.60.3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo & reges in ſplendo
re ortus tui &c.

Cap.65.1. Quæſierunt me qui ante nõ interrogabãt, inuenerũt qui
nõ quæſierunt me, dixi ecce ego, ecce ego ad gentẽ quę nõ
inuocabit nomen meũ, expandi manus meas tota die ad po
pulũ incredulum qui graditur in via non bona poſt cogita-
nes ſuas Cap.66.19.

Cap.66.20. Et annunciabunt gloriam meam gentib. & adducent om-
nes fratres veſtros de cunctis gentibus in domum Dñi in
equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis & in carrucis
ad nomen ſanctum meum Hyeruſalem dicit Dominus.

Ierem.16.19 Domine fortitudo mea & robur meum & refugium meũ
& diei tribulationis, ad te gentes veniẽt ab extremis terræ &
dicent Verè mendacium poſſ[illegible] patres noſtri vanitatẽ
quæ eis non profuit. (Deus meus es tu.

Oſeæ 1.24. Et dicã omni populo meo, Po[illegible]s meus es tu, & ipſe dicet

Ioel 2.28. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem & pro-
phetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ, ſenes veſtri ſomnia ſom
niabunt & iuuenes veſtri viſiones videbunt.

Mich.4.2. Et properabunt gentes multæ dicent venite aſcendamus
ad montem Domini & ad domum Dei Iacob & docebit
nos de viis ſuis & ibimus in ſemitis eius &c.

Soph.3.9. Quia tunc reddam populis labium electũ vt inuocẽt oẽs
in nomine Domini & ſeruiant ei humero vno.

Zach.2.11. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominũ in die illa &
erunt mihi in populũ, & habitabo in medio tui & ſcies quia
Dominus exercituum miſit me ad te.

Cap.9.10. Loquetur pacem gentibus & poteſtas eius à mari vſque
ad mare & à fluminibus vſque ad fines terræ.

Matt.2.2. Vbi eſt qui natus eſt Rex iudæorum? vidimus enim ſtel-
lam eius in Oriente & venimus adorare eum.

Cap.8.11. Dico vobis q̃d multi ab oriẽte & occidente venient & re
cumbent cũ Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum.

Cap.21.43. Dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei & dabi-
tur genti facienti fructus eius,

Ite



Ite ergo ad exitus viarum & quoſcunque inueneritis vo- Cap,22.9.
cate ad nuptias.

Oues alios habeo quę non ſunt ex hoc ouili, & illas opor Ioan.10.16
tet me adducere & vocem meam audient, & fiet vnum oui
le & vnus paſtor.

Angelus aũt Domini locutus eſt ad Philippum, dicẽs: Sur Act.8.26.
ge & vade contra meridianum, ad viam quæ deſcendit ab
Ieruſalem in Gazam hæc eſt deſerta, &c.

Iuſſu angeli accerſit Cornelius Centurio Petrũ, q̃ p lintei Cap.10.
viſionẽ admonitus gentes ad euangeliũ admittẽdas eſſe, &c:

Etenim in vno ſpiritu nos in vnum baptizati ſumus, ſiue 1.Cor.12.13.
Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi & omnes in vno ſpi
ritu potati ſumus.

### *Gentilium mores non ſunt nobis imitandi.*

IVxta conſuetudinẽ terræ Ægypti, in qua habitaſtis non fa Leuit.18.3.
cieris & iuxta morem regionis Canaam, ad quam ego in-
troducturus ſum vos non agetis, nec in legitimis eorum
ambulabitis.

Nolite ãbulare in legitimis nationũ quas ego expulſurus Cap.20.23.
ſum ante vos, omnia n hęc fecerũt, & abominatus ſum eas.

Hæc dicit Dominus, iuxta vias gentium nolite diſcere, & Ierem.10.2.
à ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges
populorum vanæ ſunt, &c.

### *Genu omne flectendum Domino.*

MAnducauerunt & adorauerũt oẽs pingues terræ, in cõ Pſ.21.32.
ſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram.

In memetipſo iurauit egredietur de ore meo iuſtitiæ ver Eſa.45.23
bum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, &
iurabit omnis lingua.

Scriptum eſt enim quia mihi curuabitur omne genu, & Rom.14.11.
omnis lingua confitebitur Deo.

Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem Philip.2.10.
mortẽ autẽ crucis. Propter quod & Deus exultauit illum, &
dedit illi nomẽ quod eſt ſuper oẽ nomen: vt in nomine eius
flectetur omne genu, celeſtium, terreſtrium & infernorum.

*Gerſon filius* Leui. *Num.3.17. Gerſonitarum miniſterium.3.*
25. 4.22.

*Giezi miniſter Eliſei.4.25 fit leproſus.5.26.*

### *Gladius non cuiuis permittendus.*

ET ecce vnus ex his qui erãt cũ Ieſu extẽdẽs manũ, exe- Matt.26.51.

Z mit

mit gladium ſuũ & percutiens ſeruum principis ſacerdotũ amputauit illi auriculam eius. Idẽ Mar. 14.47. verbatim habetur idẽ. Luc. 22.49. Ioan. 28.10. verbatim.

### *Gladius Spiritus eſt verbum Dei.*

*4. Eſdr. 13.9.* ET ecce vt vidit impetũ multitudinis venientis, nõ leuauit manũ ſuã, neq; phramæã tenebat, neq; aliquod vas bellicoſum niſi ſolũmodo vt vidi, qm̃ emiſit de ore eius ſicut flatũ ignis & de labiis eius, Spiritus flãmæ & de lingua eius emittebat ſintillas & tempeſtates & commiſta ſunt omnia ſimul, hic flatus ignis & Spiritus flãmæ, & multitudo tẽpeſtatis, 27. repetit eadem hæc verba.

*Eſa. 11.4.* Sed iudicabit in iuſtitia pauperes & arguet in æquitate pro manſuetis terrę, & percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interſiciet impium.

*Cap. 7.1.* In die illa Dominus viſitauit in gladio ſuo duro, & grãdi & forti ſuper Leuiathã ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathã ſerpentem tortuoſum & occidet cetum qui in mare eſt.

*Cap. 31.8.* Et cadet Aſſur in gladio nõ viri, & gladius non hominis vorabit eum & fugient non à facie gladij. &c.

*Cap. 49.2.* Poſſint os meũ quaſi gladiũ acutum, in vmbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me.

*Cap. 66. 16.* In igne Dominus iudicabit, & in gladio ſuo ad omnẽ carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino.

*Epheſ. 6.17.* Galeam ſalutis aſſumite & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei.

*Heb. 4.12.* Viuus eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti & pertingens vſque ad diuiſionem animę & ſpiritus, &c.

*Apoc. 1.16.* Et habebat in dextra ſua ſtellas ſeptem, et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat et facies ſicut ſol lucet in virtute ſua.

*Cap. 2,16.* Similiter pœnitentiã age ſi quo minus veniam tibi cito, e pugnabo cum illis in gladio oris mei.

*Cap. 19.15.* Et de eius ore procedit gladius acutus, vt in ipſo pcutiat (gentes.

*2. Theſſ. 2.8.* Et nunc reuelabitur ille iniquus quẽ Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, et deſtruet illuſtratiõe aduentus ſui eũ

### *Gloria Dei in omnibus quærenda.*

*Ioſue. 7.19.* ET ait Ioſue ad Achan, fili mi da gloriã Dño Deo Iſrael et cõfitere, atque iudica mihi quid feceris ne abſcõdas.

Cre-



Credidi propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. *Pſa. 115.1.*

Sic ergo vos orabitis. Pater noſter qui es in cælis. etç. *Matt. 6.9.*

Vocaueaunt ergo rurſum hominem qui fuerat cæcus et dixerunt ei: da gloriam Deo, nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. *Ioan. 9.24.*

Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam. *Cap. 17.4.*

Empti eſtis precio magno, glorificate et portate Deum in corpore veſtro. *1. Cor. 6.20.*

Siue ergo manducabitis ſiue bibitis ſiue aliud quid faciatis omnia in gloriam Dei facite, Philip. 1.20. *Cap. 10.31.*

Omne quodcunque facitis in verbo et in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti gratias agentes, Deo patri per ipſum, Tit. 2.10. *Coll. 3.17.*

### *Vide verbum honor.*

### *Gloria beatorum. Vide Beatitudo.*

*Sodelia filius Azicam gladio interimitur. 2. Reg. 25.25. Ierem. 41.2.*

### *Gratia in ſcripturis accipitur pro beneficio.*

BEnedictus ſit à domino qui eandem gratiam quã prę buerat viuis, ſeruauit et mortuis. *Ruth. 2.20.*

Et nunc retribuet quidẽ Dominus miſericordiã et veritatẽ, ſed et ego reddã gratiã eo quod feciſtis verbũ iſtud. *2. Reg. 2.6.*

Heri veniſti et hodie cõpelleris nobiſcũ egredi? ego autẽ vadam quo iturus ſum, reuertere et reduc tecũ fratres tuos, et Dominus faciet tecum miſericordiam et veritatem quia oſtendiſti gratiam et fidem. *Cap. 15. 20.*

Dabit capiti tuo argumenta gratiarum et corona inclita proteget te. *Prou 4.9.*

Gratia datus in conſpectu omnis viuentis et mortuo nõ prohibeas gratiam. *Eccleſ. 7.37.*

Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris dedit enim pro te animam ſuam. *Cap. 29.20.*

### *Pro furore.*

NOe vir inuenit gratiam coram Domino. *Gen. 6.8.*

Et dixit (Abrahã) Dñe ſi inueni gratiã in oculis tuis ne transeas ſeruum tuum. Item. 19. 18. fere idem habetur. *Cap. 18.3.*

Fuit autem Dominus cum Ioſeph, et miſertus eſt illius, et dedit illi gratiam in conſpectu principis carceris. *Cap. 39.21.*

Exod.12.36. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis, vt
commodarent eis & ſpoliauerunt Ægyptios.

Tob.1.13. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde ſuo, dedit
illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis.

Heſter.2.17. Et adamauit eã rex plus quam omnes mulieres, habuitq;
gratiam & miſericordiã corã eo ſuper omnes mulieres. &c.

Pro.13.15. Doctrina bona dabit gratiã, & in itinere cõtẽptorũ bonorũ

Eccleſ.4.25. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio ad
ducens gloriam & gratiam.

Daniel.1.9. Dedit autem Deus Danieli gratiam & miſericordiam, in
conſpectu principis Eunuchorum,

Act.2.47. Quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangen-
tes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione
& ſimplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes gra-
tiam ad omnem plebem.

Cap.24.27. Biennio autem expleto accepit ſucceſſorem Felix, Portiũ
feſtum, volens autẽ gratiam, præſtare Iudęis Felix reliquit
Paulum vinctum.

Cap.25.9. Feſtus autem volens gratiam, præſtare Iudæis reſpondẽs
Paulo dixit: Vis Hyeroſolimam aſcendere, & ibi de hiis iudi
cari apud me?

*Pro præmio quod à Deo expectatur.*

Pro.1.9. AVdi fili mi diſciplinã patris tui, & ne dimittas legẽ ma-
tris tuę, vt addat gratia capiti tuo & torques collo tuo.

Cap.12.2. Qui bonus eſt hauriet gratiã à Domino, qui autẽ confidit
in cogitationibus ſuis impiè agit. (gratia?

Luc.6.33. Si benefeceritis hiis qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt

1.Pet.2.19. Hæc eſt enim gratia ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet
quis triſtitias patiens iniuſtè.

*Pro dono aliquo gratis dato.*

Heſter.15.17 VAlde.n.mirabilis es Dñe. & facies tua plena eſt gratiarũ

Pſal.44.3. Speciosſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia
in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Prou.3.22. Fili cuſtodi legẽ atque conſilium & erit vita animæ tuæ,
& gratia faucibus tuis.

Cap.16.23. Cor ſapientis erudiet os eius & labiis eius addet gratiã

Cap.22.11. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum
habebit amicum regem.1.Cor.12.per totum.

Epheſ.4.7. Vnicuique autem veſtrum data eſt gratia ſecundum mẽ-
ſuram donationis Chriſti.

Vnuſ-



Vnuſquiſque ſicut accepit gratiã, in alterutrum illã admini 1.Pet.4.10.
ſtrãtes ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.

*Pro dono ſupernaturali Deo gratum facientem.*

QVia miſericordiũ & veritatem diligit Dominus Deus, Pſal.43.12.
gratiam & gloriam dabit Dominus.

Et ingreſſus angelus ad eã dixit. Aue gratia plena benedi- Luc.1.28.
cta tu in mulieribus. (gratia Dei erat in illo.

Puer autẽ creſcebat & confortabatur plenus ſapientia, & Cap.2.40.

Et de plenitudine eius oẽs accepimus & gratia ꝓ gratia. Ioah.1.16.

Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Rom.1.7.
Chriſto.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcũ, Charitas mea 1.Cor.16.23
cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu,

Nã gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientię noſtrę 2.Cor.1.12.
quod in ſimplicitate & ſinceritate Dei et nõ in ſapientia car
nali ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo.

Euacuati eſtis in Chriſto qui in lege iuſtificamini, à gra- Gal.5.4.

Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor. (tia excidiſtis. Heb.13.9.

Maiorem autem dat gratiam propter quod dicit Deus, Iac 4.6.
ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

*Pro re grata, pulchra, accepta, amabili.*

FAllax gratia, et vana eſt pulchritudo, mulier timens Do- Prou.31.30.
minum ipſa laudabitur. (bunt eum.

Verba oris Sapientis, gratia, et labia inſipientis præcipita Ecclеſ.10.12.

Noli diſcedere à muliere ſenſata et bona, quã ſortitus es Ecclеſ.7.21.
in timore Domini, gratia enim verecundiæ illius ſuper au-
rum, et 21.19.

Gratia mulieris ſedulæ delectabit virũ ſuum, et oſſa illius Cap.26.16
impinguabit, 19. Gratia ſuꝑ gratiã mulier ſancta et pudorata.

Gratiam et ſpeciem deſiderabit oculus tuus et ſuper hoc Cap.40.22.
virides ſationes.

Et omnes teſtimonium illi dabant, et mirabantur in ver- Luc.4.22.
bis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius (Chriſti ſcilicet.)

Omnis ſermo malus non procedat de ore veſtro, ſed ſi q̃s Epheſ.4.29.
bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

*Gratiæ donum quàm ſit occultum quodque nemo debet illud facile ſibi arrogare.*

SI iuſtificare me voluero, os meũ cõdẽnabit me, et ſi inno- Iob.9.20.
centẽ me oſtendero, prauũ me comprobabit, etiam ſi ſim

 plex

plex fuero hoc ipsũ ignorabit aĩa mea,& tędebit me vitæ
Pſalm.2.11. Seruite dño in timore & exultate ei cum tremore.(meæ
18.13. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me, & ab
alienis parce ſeruo tuo.
142.2. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſti
ficabitur in conſpectu tuo omnis viuens, Prouerb.14.12.
Prouer.20.9. Quis põt dicere mundũ eſt cor meũ, purus ſum à peccato?
Eccleſ.9.1. Omnia hæc tractaui in corde meo vt curioſè intelligerẽ.
Sũt iuſti atque ſapientes & opera eorum in manu Dei,& ta
men neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit, ſed om-
nia in futura reſeruantur incerta, eo quod vniuerſa æquè
eueniunt iuſto & impio, bono & malo, mundo & immundo
immolanti victimas & ſacrificia contemnenti,&c.12.neſcit
homo finem ſuum & ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut
aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tẽ
pore malo cum eis ex templo ſuperuenerit.
Eccleſ.5.5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neq; adiicias
peccatum ſuper peccatũ,& ne dicas miſeratio Domini ma-
gna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur.
Cap.17.9. Prauum eſt cor hominis et inſcrutabile quis cognoſcet
illud: ego dñs ſcrutans cor et probans renes, qui do vnicui-
que iuxta viam ſuam, et iuxta fructum adinuentionũ ſuarũ
1.Cor.4.4. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtifica-
tus ſum, qui autem iudicat me dominus eſt. 2.Cor.10.14.
2.Cor.13.15. Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi vos probate, an nõ
cognoſcitis voſmepti ſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt, ni
ſi forte reprobi eſtis?
Galat.6.3. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe
ſeducit, opus autem ſuum probet vnuſquiſque,&c.
Philip.2.12. Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.
1.Pet.1.18. Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebũt?
2.Pet.1.10. Quapropter fratres magis ſatagite vt per bona opera
certam veſtram vocationem, & electionem faciatis, hæc
enim facientes non peccabitis aliquando.
1.Ioan.4.1. Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiri
tus qui ex Deo ſunt.

*Gratia coram hominibus qua quis & hominibus gratus ſit, à Deo eſt.*

Exod.3.21. DAbo gratiam populo huic corã Ægyptiis & cum egre-
diemini non exhibitis vacui. Idẽ, c.11,3. verbatim habetur.
Pſal.105.46. Et dedit eos in miſericordias in cõſpectu omniũ qui cepe-
rant



rant eos, Ier.40.2.3.4. (ſpectu principis eunuchorũ,
Dedit autem Deus Danieli gratiã & miſericordiã in con Dan.1.9.
Et quoniam memor fuit domini in toto corde ſuo, dedit Tob.1.13.
illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis.
Sequenti autem die venimus Sydonem, humanè autem Act.27.3.
tractãs Iulius Paulum, permiſit ad amicos ire & curam ſui
agere. Cap.28.16.

*Gratia à ſolo Deo datur.*

GRatiam & gloriam dabit dominus. Pſal.83.12.
Qui bonus eſt, hauriet gratiam à domino. Prou.12.2.
Oculi tui vias dñi cuſtodiãt, vt addat gratia capiti tuo Cap.1.9.
Gratia datur in conſpectu omnis viuentis. (duplex eſt. Eccleſ.7.37.
Eſt datum quod nõ eſt vtile,& eſt datũ cuius retributio Eccleſ.20.10.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Eſa.12.3.
Omnes ſitientes venite ad aquas,& qui non habetis ar- 55.1.
gentum, properate, emite & comedite. Venite, emite abſque
argento,& abſque vlla commutatione vinum & lac.
Gratia & veritas per Ieſum facta eſt. Ioan.1.17.
Et de plenitudine eius omnes nos accepimus. Ibidem. 16.
Non poteſt homo accipere à ſe quicquam, niſi fuerit ei 3.27.
datum de cœlo.
Nullus ergo propriis viribus valet ingredi ianuam fidei, Act.15.
niſi patefaciente & operante gratia Dei.
Omnes enim peccauerunt,& egent gloria Dei. Rom.3.23.
Vbi aũt abundauit peccatũ, ſuperabundauit & gratia, vt ſi- Rom.5.20.
cut regnauit peccatũ in mortẽ, ita & gratia regnet per iu-
ſtitiam in vitam æternã, per Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum.
Stipẽdia peccati mors, gratia autẽ Dei vita æterna in Chri 6.23.
ſto Ieſu Domino noſtro.
Igitur nõ volẽtis, neque currentis, ſed eſt Dei miſerentis. 9.16.
Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Petra 1.Cor. 10.4
autem erat Chriſtus.
Sufficit tibi gratia mea. 2.Cor.12.9
Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum mẽ Epheſ.4.6.
ſuram donationis Chriſti?
Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt miſericor Heb.4.16.
diã cõſequamur,& gratiã inueniamus in auxilio opportuno.
Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. 1.Pet.5.5.
Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Apoc.21.6.
Et qui ſitit,& qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. 22.17.

### *Bonum operatur.*

*Eccle.*40.17. GRata ſicut paradiſus in benedictionibus: & miſericordia in ſeculo permanet.

*Ioan.*7.37. In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quẽ accepturi erãt credẽtes in eum: nondũ enim erat Spiritus datus.

*Rom.* 7. 25. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ.

1.*Cor.*15. 10. Gratia autem Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Nõ ego autem, ſed gratia Dei mecum.

*Epheſ.* 2.8. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur.

### *Bonitate conſeruatur.*

*Geneſ.* 6. 3. NOn permanebit ſpiritus meus in homine in ęternum, qa caro eſt, eruntque dies illi centum & viginti annorum.

*Matt.*25.28. Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decẽ talẽta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit.

2.*Cor.* 6.1. Adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

1.*Tim.*4.14. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi ꝑ prophetiam, cum impoſitione manuum preſbyteri.

### *Gratitudo erga Deum & homines commendatur.*

*Gen.*4.3. FActum eſt autem poſt multos dies vt offerret Caim de fructibus terræ munera Domino.

*Cap.*1.20. Ædificauit aũt Noe altare Domino & tollẽs de cũctis pecorib. & volucrib. mundis obtulit holocauſta ſuper altare

*Cap.*14. 21. Dixit autem Rex Sodomorum ad Abraham, da mihi animas cætera tolle tibi.

*Cap.*23.✠ Sara mortua plangitur atque in ſpelũca duplici quã Abraham ab Ephron cum agro pręſenti emit pecunia, ſepelitur.

*Cap.*24.48. Pronuſque adorauit Dominum benedicens Domino Deo Domini mei Abraham qui perduxit me recto itinere vt ſumerem filiam fratris Domini mei filio eius.

*Cap.*26. 25. Itaque ædificauit ibi altare & inuocato nomine Domini extendit tabernaculum, præcepitque ſeruis ſuis vt foderent puteum Leuit.25.6.& 31.48.

*Exod.*15.1. Tunc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmen hoc Domino dixerunt



dixerunt Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare.

Cuſtodi igitur temetipſum & animam tuam ſollicitè, ne obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui &c. *Deut.* 4. 9.

Diliges Dominum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua & ex tota fortitudine tua. *Cap.*6.5.

Cecineruntque Debora & Barac filius Abinoem in illo. *Iudic* 5.1.

Exultauit cor meum in Domino & exultatum eſt cornu meum in Deo meo &c.14.35. 1.*Reg.*2.1.

Faciam (dixit Dauid) miſericordiam cum Hanon filio Naas ſicut fecit pater eius mecum miſericordiam. 2.*Reg.*10.2.

Dixit itaque Rex ad Berzellai, veni mecum vt requieſcas ſecurus mecum in Hyeruſalem. *Cap.* 19. 33.

Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam eruntq; comedentes in menſa tua. 3. *Reg.* 2. 7.

Et benedixit Domino (Dauid) coram vniuerſa multitudine & ait benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri ab æterno vſque in æternum. 20. Præcepit autem Dauid vniuerſę eccleſię Benedicite Dño Deo noſtro, & benedixit omnis eccleſia Domino Deo patrum ſuorum & inclinauerunt ſe & adorauerunt Deum & deinde regem. 2. Paral. 15. 11. 1.*Par.*29.10

Die autem quarto congregati ſunt in valle benedictionis vſque in præſentem diem, Eſter. 6. per totum caput. 2.*Par.*20.26

Tunc vocauit ad ſe Tobiã filium ſuum, dixitq; ei. Quid poſſumus dare viro iſti ſancto qui venit tecum? Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum eſt. *Tob.*12.1.

Non lædas ſeruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam ſuam. *Eccleſ.*7.22.

Qui credit Deo, attendit mandatis, & qui confidit in illo non minorabitur. *Cap.*32.28.

Quoniã Dñs retribuens eſt & ſepties tantum reddet tibi *Cap.* 35.15.

Et cõuerſi hymnũ canebant & benedicebãt Deũ in cælũ quoniã bonus eſt, quoniá in ſæculum miſericordia eius 1.*Mac.*4.24.

Et aſcenderunt in montem Syon cum lætitia et gaudio et obtulerunt holocauſta quod nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterentur in pace. 2. Mach. 3. 33. *Cap.*5.54.

In illo tempore reſpondens Ieſus dixit, confiteor tibi Domine pater cœli & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientib. et prudentibus, et reuelaſti ea paruulis. *Matt.*11.25.

Et non admiſit eum (qui vexabatur à dæmonio) ſed ait illi, vade in domum tuam ad tuos & nuncia illis quãta tibi *Marc.* 5. 19.

Dominus fecerit & miſertus ſit tui.

*Luc.18.43.* Et confeſtim vidit & ſequebatur illum magnificans Deũ & omnis plebs vt vidit dedit laudem Deo.

*Ioan.11.41.* Tulerunt ergo lapidem, Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me.

*Rom.6.17.* Gratias autem Deo quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autẽ ex corde in eam formam doctrinę in qua traditi eſtis.

*Epheſ.6.20.* Gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri, Coll.2.7.

*Philip.4.6.* Nihil ſoliciti ſitis ſed in omni oratione & obſecratione, cũ gratiarũ actione petitiones veſtrę innoteſcant apud Deum.

*Colloſſ.3.15.* Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore & grati eſtote.

*2.Theſſ.3.* Gratias agere debemus ſemper Deo pro omnib. fratres, ita vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem. 1. Tim. 4.3.

## *Gratiæ agendæ ante & poſt cibum.*

*Deut.8.10.* VT cum comederis & ſaturatus fueris, benedicas Domino Deo tuo, pro terra optima quam dedit tibi.

*1.Reg.9.13.* Neq; .n. comeſturus eſt populus donec ille veniat qa ipſe benedicet hoſtiæ, & deinceps comedẽt qui vocati ſunt.

*Eſai.62.9.* Quia qui cõgregabunt illud comedent & laudabunt Dominum & qui comportãt illud bibent, in atriis ſanctis meis

*Matt.14.19.* Et iuſſiſſet turbã diſcũbere ſuper fœnum, acceptis quinq; panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum benedixit & fregit & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis. Idẽ omnino, ca. 15.36. Idẽ Marc.6.41 & cap.8.6. Luc.9. 16. Io.6.11.

*Cap.26.6.* Cœnantibus autem eis accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit deditque diſcipulis ſuis, &c. Marc.14.22.

*Act. 27. 35.* Et cùm hæc dixiſſet ſumens panem gratias egit Deo, in conſpectu omnium & cùm fregiſſet cœpit manducare.

*Rom.14.6.* Qui ſapit diem Domino ſapit, & qui manducat, Domino manducat, gratias enim agit Deo, & qui non manducat Domino non manducat, & gratias agit Deo.

*1.Cor.10.30.* Si ego cum gratia participo quid blaſphemamur pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite.

## *Gula.*

*Deut.6.11.* CVm comederis & ſaturatus fueris, caue diligenter ne obliuiſcaris



obliuiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit de terra Ægypti & de domo ſeruitutis.

Filius veſter, ſi comeſſationibus vacat, & luxuriæ, atq; conuiuiis, lapidibus obruet eum populus. *21.20.*

Anima ſaturata, calcabit fauum (ſpiritualium,) & anima eſuriens pro dulci amarum ſumet. *Prou. 27. 7.*

Omnis labor hominis in ore eius, ſed anima eius non adimplebitur bonis. *Eccleſ. 6. 7.*

Somno ſalubri fruuntur viſcera temperantis, manè ſurgit idem, & compos eſt animi, labor autẽ vigil, & cholera, torſioneſque exercent hominem inſatiabilem. *Eccleſ.31.24.*

Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, (concupiſcentia,) cuſtodi clauſtra oris tui. *Mich.7.5.*

Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manduceris, neq; corpori veſtro quid induamini. *Matth.6.25.*

Qui voluerit animam ſuam, (animalitatẽ) ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit propter me, inueniet eam. *16.25.*

Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. *Luc.6.25.*

Attendite vobis ne fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitę. *21.34.*

Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt. *Rom.8.5.*

Sicut in die honeſtè ambulemus nõ in comeſſationib. & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contẽtionibus & æmulatione: ſed induimini Dominũ Ieſum Chriſtum & carnis curam ne feceritis in deſideriis. *Rom.13.13.*

Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi: quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? (quid ſapidum, vel inſipidum.) *Coll.2.20.*

Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis quæ nõ profuerunt ambulantibus in eis. *Hebr.13.19.*

## *Gula delectationem, non neceſſitatem quærit.*

SIc primi parentes. Vidit igit' mulier qđ bonũ eſſet lignũ ad veſcendum, & pulchrũ oculis, aſpectuque delectabile: & tulit de fructu eius, & comedit deditque viro ſuo. *Gen.3.6.*

Sic filij Iſrael faſtidientes, manna, carnes concupierunt. *Nume.11.4.*

## *Deum offendit.*

VNde primi parentes grauiter ſunt puniti.

Mulieri quoq; dicit: Multiplicabo ærũnas tuas & cõceptus tuos: in dolore paries filios tuos, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ verò dixit: Quia *Gen.3.* *Ibidem.16.*

audiſti

audiſti vocẽ vxoris tuæ & comediſti ex ligno,de quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.Spinas & tribulos germinabit tibi & comedes herbas terræ.

19. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,donec reuertaris in terram de qua ſumptus es,quia puluis es,& in puluerem reuerteris.

*Num.* 11. 33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum,nec defecerat huiuſcemodi cibus,& ecce furor Domini concitatus in populum percuſſit eum plaga magna nimis.

*Iob.*20.14. Panis eius in vtero,vertetur in fel aſpidum intrinſecus.

*Pſal.* 77. 24. Et manducauerunt & ſaturati ſunt nimis.

*Ibidem* .30. Adhuc eſcæ erant in ore ipſorum,& ira Dei aſcendit ſuper eos.

1.*Cor.* 6. 13. Eſca ventri & venter eſcis, Deus autem hunc & has deſtruet.

### *Intellectum deprimit.*

*Gen.*25.34. Accepto pane & lentis edulio,comedit, & bibit, & abiit paruipendens quòd primogenita vendidiſſet.

*Deut.* 31.20. Introducam.n.eum in terram,pro qua iuraui patrib. eius, lacte & melle manantem.Cumque comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint auertentur ad Deos alienos,& ſeruient eis, detrahentque mihi & irritum facient pactum meum.

*Heb.* 12.16. Ne quis fornicator,aut profanus, vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua.

### *Affectum inficit.*

*Rom.* 16. 18. Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro nõ ſeruiũt, ſed ſuo ventri.

*Philipp.*3.19. Quorum Deus venter eſt & gloria in confuſione ipſorum,qui terrena ſapiunt.

### *Corpus interficit.*

*Eccleſ.*37.34. Propter crapulam multi obierunt:qui autem abſtinẽs eſt adiiciet vitam.

### *Subſtantiam perdit.*

*Geneſ.*25.33. Sic Eſau pro lenticulæ edulio primogenita vendidit.

*Prou.* 21. 17. Qui diligit epulas,in egeſtate erit: Qui amat vinum & pinguia,non ditabitur.

*Luc.*17.27. In diebus Noe edebãt & bibebãt,vxores ducebant,& dabantur ad nuptias vſque in diem, qua intrauit Noe in arcã, & venit diluuium & perdidit omnes.

Hæ-



### *Hæreditas ſuperna.*

*Pſal.*27.8. Saluum fac populũ tuum Dñe,& benedic hęreditati tuę.

15.5. Dominus pars hæreditatis meæ.

36.9. Suſtinentes Dominum,ipſi hæreditabunt terram.

141.6. Tu es ſpes mea,portio mea in terra viuentium.

*Roma.*8.17. Hæredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti.

*Epheſ.*1.14. In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto,qui eſt pignus hæreditatis noſtrę,in redemptionem acquiſitionis,in laudem gloriæ ipſius.

### *Terrena.*

*Num.* 27. 8. Homo cũ mortuus fuerit abſq; filio,ad filiã eius trãſibit hæreditas:ſi filiã non habuerit, hẽbit ſucceſſores fratres ſuos.Quod etſi fratres nõ fuerint,dabitis hæreditatem fratribus patris eius. Sin autẽ nec patruos habuerit,dabitur hæreditas his,qui ei proximi ſunt.

*Pro.*13.22. Bonus relinquet hæredes filios & nepotes : & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.

20.21. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit.

*Eccleſ.*14.15. Nonne aliis relinques dolores,& labores tuos in diuiſiones ſortis?

### *Hæreticos & infideles relinquit Deus ad iuſtorum probationem.*

*Iudic.* 3.1. Hæ ſunt gentes quas Dñs dereliquit,vt erudiret in eis Iſraelẽ & eũs qui non nouerãt bella Chananæorum.

1.*Cor.* 11.19. Nam oportet & hæreſes eſſe vt & qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis.

### *Hæretici iam inde à temporibus Apoſtolorum extiterunt.*

1.*Timo.*1.20. Ex qb.eſt Hymenęus & Alexãder(q. circa fidẽ naufragiũ fecerũt)quos tradidi Sathanę vt diſcãt nõ blaſphemare.

2. *Tim.*2.18. Prophana autẽ & inaniloqa deuita, multũ.n.proficiũt ad impietatẽ, & ſermo eorũ ſerpit vt cãcer,ex quib.eſt Hymenæus & Philetus,qui à veritate exciderunt,dicẽtes:reſurrectionem eſſe iã factã & ſubuerterunt quorundã fidem,&c.

1.*Ioan.*2.18. Filioli nouiſſima hora eſt & ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit,nunc Antichriſti multi facti ſunt, vnde ſciamus quia nouiſſima hora eſt.

2.*Ioan.* 17. Quoniam multi ſeductores exierunt in mundũ,qui non confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carnem,hic eſt ſeductor & Antichriſtus.

(Sed

Apoc. 2.15. Sed habeo aduerſus te pauca quia habes illic tenẽtes do
ctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum co-
ram filiis Iſrael edere & fornicari ita habes & tenentes do-
ctrinam Nicolaitarum ſimiliter pœnitentiam age.&c.

### *Hæreticos futuros, & noſtris temporibus Prædictum eſt.*

Multi.n.veniẽt in nomine meo dicentes:ego ſum Chri
Matth.24.5. ſtus & multos ſeducent,audituri.n.eſtis prælia,& opi
niones præliorum 24.Surgent enim Pſeudochriſti pſeudo-
prophetæ,& dabunt ſigna magna & prodigia,ita vt in erro-
rem inducantur(ſi fieri poteſt)electi.
Ioan. 5. 43. Ego veni in nomine patris mei,& non accipitis me, ſi a-
lius venerit in nomine ſuo illum accipietis.
1.Thim.4.1. Spiritus autem manifeſtè dicit quia in nouiſſimis tẽpori
bus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris
& doctrinis Dęmoniorum.
2. Thim. 3.1. Hoc autẽ ſcio qđ in nouiſſimis dieb. ĩſtabunt tp̃a pericu
loſa & erũt homines ſeipſos amantes,cupidi,elati, ſuperbi,
blaſphemi,parẽrib.nõ obediẽtes,ĩgrati,ſcęleſti,ſine affectio
ne,ſine pace,criminatores,incõtinentes,immites, ſine beni-
gnitate,proditores,proterui, tumidi & voluptatũ amatores
magis q̃ Dei,habẽtes ſpeciẽ quidẽ pietatis,virtutem aũt ei'
abnegantes.12.Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ie-
ſu perſecutionem patientur,mali autẽ homines & ſeducto-
res proficient in peius,errantes & in errores mittentes.
2.Pet.2.1. Fuerũt verò & pſeudoprophetæ in populo,ſicut & in vo-
bis erunt magiſtri mendaces qui introducunt ſectas perdi-
tionis.& eum qui emit eos,Dominũ negant,ſuperducentes
ſibi celerem damnationem.
Cap.3.3. Hoc primũ ſciẽtes q̃ veniẽt in nouiſſimis dieb.in decep-
tione illuſores,iuxta proprias cõcupiſcẽtias ambulãtes,&c.
Iude.17. Vos autẽ chariſſimi,memores eſtote verborũ quæ prædi
cta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Chriſti qui dicebant
vobis quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores ſe-
cundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus.

### *Hæreticorum mores & doctrina, Ibidem.*

### *Hæretici vitandi ſunt.*

Deut.13.1. SI ſurrexerit ĩ medio tui ꝓphetes aut q̃ ſomnũ ſe vidiſſe
dicat, & prædixerit ſignũ atq; portẽtum & euenerit qđ
locutus eſt & dixerit tibi,Eamus & ſequamur Deos alie
nos-



nos quos ignoras & ſeruiamus eis,non audies verba ꝓphe-
tæ illius aut ſomniatoris, quia tentat vos Dominus Deus
veſter, vt palam fiat vtrum diligatis eum in toto corde ve-
ſtro, & in tota anima veſtra.
Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſti- Matth.7.15
mentis ouium intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.
Rogo ãt vos frẽs vt obſeruetis eos q̃ diſſẽtiões,& offẽdicu Rom. 16.17.
la p̃ter doctrinã q̃ vos didiciſtis faciũt, & declinate ab illis.
Sermo eorum vt cancer ſerpit ex quib. eſt Hymenæus & 2. Tim.2.17.
Phyletus,qui à veritate exciderunt quos deuita.
Habentes ſpeciem quidem pietatis,virtutem autem eius Cap.3.5.
abnegantes,& hos deuita.
Hæreticũ hominem poſt vnam & ſecundam correptionẽ Tit.3.10.
deuita ſciens quia ſubuerſus qui eiuſmodi eſt, & delinquit
cum ſit proprio iudicio condemnatus.
Quod ſi quis non obedit verbo noſtro per epiſtolã hãc 2.Theſſ.3.14.
notate,& ne cõmiſceamini cum illo vt confundatur,& no-
lite quaſi inimicum exiſtimare ſed corripite vt fratrem.

### *Quia Deum offendunt.*

NOuit Dñs pios de tẽtatione eripere,iniquos verò in diẽ 2.Pet.2.9.
iudicij reſeruare cruciãdos:magis autẽ eos,qui poſt car
nem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, domina
tionem contemnunt,audaces,ſibi placentes,ſectas non me-
tuunt introducere blaſphemantes.

### *Lucris propriis intendunt.*

VOluptatum amatores magis quàm Dei,habentes ſpe 2.Tim.3.4.
ciem quidem pietatis,virtutem autẽ eius abnegãtes.
Hoc primũ ſciẽtes, q̃ veniẽt in nouiſſimis dieb.in de 2.Petr.3.3.
ceptione illuſores, iuxta ꝓprias cõcupiſcentias ambulãtes.
Ex nobis prodierunt ſed non erant ex nobis.Nam ſi fuiſ- 1.Ioan.2. 19.
ſent ex nobis permanſiſſent vtique nobiſcum.
Subintroierũt quidam homines(qui olim præſcripti ſunt Iude.4.
in iudicium)impij,Dei noſtri gratiam transferentes in luxu
riam, & ſolum Dominatorẽ Deum & Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum negantes.Vide totum caput.

### *Proximum ſeducunt.*

ATtendite à falſis prophetis,qui veniunt ad vos in veſti- Matth.7.15.
mentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à
fructibus eorum cognoſcetis eos.
Videte ne q̃s vos ſeducat, Multi enim veniunt in nomine 24.4.
meo,

meo,dicentes:Ego ſum Chriſtus,& multos ſeducent.

*Ibidem.* 11. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent,& ſeducent multos.

*Ibidem.* 23. Tūc ſi quis vobis dixerit ecce hic eſt Chriſtus , aut illic, nolite credere.Surgēt.n.pſeudochriſti,& pſeudoprophetę,& dabunt ſigna magna & prodigia,ita vt in errorem inducantur,ſi fieri poteſt,etiam electi.

1.*Cor.*11.19. Nam oportet & hæreſes eſſe,vt qui probati ſunt,manifeſti fiant in vobis.

2.*Cor.*11.13. Nā eiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt operarij ſubdoli,trāſfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.Et non mirum, ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergo magnum ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitię, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.

*Act.* 20. 29. Ego ſcio quoniā intrabunt poſt diſceſſionem meā lupi rapaces in vos,non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgēt viri loquentes peruerſa,vt abducant diſcipulos poſt ſe.

2.*Pet.*2.1. Fuerunt verò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces,qui introducent ſectas perditionis,& eum qui emit eos,Dominū negant:ſuperinducētes ſibi celerem perditionem.Et multi ſequentur eorum luxurias per quos via veritatis blaſphemabitur,& in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur.

*Ibidem.*18. Superbia.n.vanitatis loquētes,pelliciūt in deſideriis carnis luxurię eos,q̄ paululū effugiūt,q̄ in errore cōuerſantur libertatē illis promittētes,quum ipſi ſerui ſint corruptionis

2.*Pet.*3.14. Propter q̄ chariſſimi hæc expectātes,ſatagite,immaculati & inuiolati ei inueniri in pace:& Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatē,ſalutē arbitremini. ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſcd̄m datam ſibi ſapientiā ſcripſit vobis ſicut et in omnibus epiſtolis loquens in eis de his,in quibus ſunt quædā difficilia intellectu,quæ indocti et inſtabiles deprauāt,ſicut et cæteras ſcripturas, ad ſuā ipſorū perditionē.

1.*Ioan.*4.1. Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere,ſed ꝓbate ſpiritus ſi ex Deo ſint:q̄m multi pſeudoprophetę exierūt in mundū.

*Ibid.*5.1. Ipſi de mundo ſunt,ideo de mundo loquuntur,et mūdus eos audit. Nos ex Deo ſumus , Qui nouit Deū , audit nos, qui non eſt ex Deo,non audit nos.In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis,& ſpiritum erroris.

### *Factis ſeipſos produnt.*

*Ibid* 5.1. A Fructicus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas , aut de tribulis ficus: Sic omnis arbor bona



bona bonos fructus facit,mala aūt arbor malos fruct⁹ facit.

Amen amen dico vobis,qui non intrat per oſtium in oui le ouium;ſed aſcendit aliunde,ille fur eſt & latro. *Ioan.*10.1.

Hoc aūt ſcito quia in nouiſſimis diebus inſtabūt tēpora periculoſa,& erunt homines ſeipſos amantes,cupidi, elati,ſuperbi,blaſphemi,parentibus non obedientes,ingrati,ſceleſti ſine affectione,ſine pace,criminatores,incontinentes,ſine benignitate,proditores,proterui,tumidi,voluptatum amatores magis quàm Dei,habentes ſpiritum quidem pietatis, virtutem autem eius denegantes. 2.*Tim.*3.1.

### *Hæretici male tollerantur à perfectis*

SEd habeo aduerſus te pauca,q̄ habes illic tenētes doctrinā Balaā qui docebat Balac ſcandalum mittere corā filiis Iſrael,edere & fornicari, ita habes & tu tenentes doctrinā Nicolaitarum ſimiliter pœnitentiam age,ſi quo minus veniā tibi cito & pugnabo cum illis in gladio oris mei. *Apoc.*2.14.

### *Hæretici tollenti è medio.*

PRopheta aūt ille aut fictor ſomniorum interficietur quia locutus eſt vt vos auerteret à Dn̄o Deo veſtro qui eduxit vos de terra Aegypti & redemit vos de domo ſeruitutis vt errare te faceret de via q̄ tibi pręcepit Dominus Deus tuus,& auferes malum de medio tui. *Deut.*13.5.

Propheta aūt qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi vt diceret,aut ex nomine alienorum deorum,interficietur. *Cap.*16. 20.

Apprehēdite prophetas Baal & ne vnus quidem effugiat ex eis,quos cum apprehendiſſent,duxit eos Elias ad torrentem Ciſon & interfecit eos ibi. 1.*Reg.*18.40

Factū eſt aūt cum cōpletum eſſet holocauſtum præcepit Iehu militibus & Ducibus ſuis,Ingredimini & percutite eos nullus euadat.Percuſſeruntq́; eos in ore gladij & proiecerūt milites & duces & ierunt in ciuitatē tēpli Baal & protulerūt ſtatuam de phano Baal & combuſſerunt. Vide prophetæ mali ſeipſos intrudunt. Vide Fornicatio. 4.*Reg.*10.25

*Hæreſis fornicatio ſpiritalis: vide Fornicatio.*

Ha*zael famulus Benhadad regis Syriæ.*4.*Reg.*8.11.15.*iuxta mandatum Domini* 3.Reg.19.13. *Percuſſit Iſrael in vniuerſis finibus ſuis.*4.Reg.10.32.✠.12 17.✠.13.3. *quemadmodū prophetatum eſt.*4.*Reg.*8.11.13.*moritur.*13.24.3.

Helias *vir piloſus,& zona pellicea cinctus renib.*4.*Rom.*1.8.

*Heleæ orationis efficacia*.3. *Reg*.1.1. 1.*Iac*.5.18.*alitur miniſterio corui*.3.Reg.12.1.*excitat puerũ mortuũ*.17.19.*occidit prophetas Baal*,18.40.*fugit Iezabel*.19.3.*mittitur in damaſcum,vt vngeret* Hazael*regem Siriæ*.19.15.*mititur ad* Achab.11.17.*ad* Heliã *miſſi principes quinquagenarij cũ ſuis igne cælitus demiſſo conſumuntur*.4.*Reg*.1.10.*aſſumitur per turbinẽ in cœlum*,2.11.*apparet in transfiguratione Domini.Matth*.17 3.Luc.9.30.

Heliodorus *à cubiculis Seleuco,tentat theſaurum templi auferre*.2.*Mach*.3.7.13.*punitur à Deo*.3.24.

Heliſeus.*vide Eliſeus.*

Herodes *Aſcalonita occidit innocentes pueros*,Matt.2.16.*&* *moritur*.2.19.

Herodes Antippas *filius* Herodis,*tetrarcha* Galileæ,Luc.3.1. *occidit* Ioannẽ *Baptiſtam*,Mat.14.9.Herodes *&* Pilatus *morte Chriſti inter ſe reconciliantur*.*Luc*.23.12.Act.4.27.

Herus *&* Hera,*vide Dominus & Domina.*

Heſron *filius* Phares,*Gen*.46.12.Matth.1.3.*reliquit poſt ſe Aram,& appellatur* Iephone,1.Paralip.4.15.

Heſter *fit vxor* Aſſueri.Heſth.2.**precibus ſuis apud Aſſuerũ latã de Iudæis uno die occidendis ſententiã reuocat*. Heſt.8.

Hieremias,*vide Ieremias.* (3.8.

Hieruſalem,*vide Ieruſalem.*

Holofernes *dux* Nabochodonoſor *mittitur contra Iſrael Iudith*.2.4.*blaſphemat Deũ*.6.1.*obſidet Bethuliã*.7.1. *proprio gladio ceruix ei præciditur*.13.8.*caput eius cõſpiciẽdũ ponitũ in muris ciuitatis*.14.1.*tot⁹ Aſſyricus exercitus ſe in fugã dedit*.,15.1.

## *Homo creatus ad imaginem Dei.*

*Gen*.1.26. FAciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtrã & præſit piſcibus maris & volatilibus cęli & beſtiis &c.

*Cap*.2.7. *F*ormauit igitur Dominus hominẽ de limo terræ & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viuentem.

*Cap*.5.1. Hic eſt liber generationis Adam in die qua creauit Deus hominem ad ſimilitudinem Dei fecit illum.

*Cap*.9.6. Quicumque effuderit humanũ ſamguinem fundetur ſanguis eius ad imaginẽ quippe Dei factus eſt homo.

*Sap*.2.23. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem & ad imaginem ſimilitudinis ſuę fecit illum.

*Eccleſ*.1. 17. Deus creauit de terra hominem & ſecundum imaginem ſuam fecit illum.

Manus



Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerũt me totum in circuitu & ſic repente præcipitas me. *Iob*.10.8.

Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me:Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. P*ſal*.118.73.

In ipſa(lingua)benedicimus Deum & patrẽ & in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. *Iaco*.3.9.

## *Homo maledicitur.*

ADæ Dixit Deus, quia audiſti vocem vxoris tuæ & comediſti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes,maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. *Gen*.3.17.

## *Hominis humilitas ob materiæ vilitatem.*

FOrmauit igitur Dominus Deus hominẽ de limo terrę *Gen*.2.7.

Manus tuę Domine fecerunt me.Memento quęſo quòd ſicut lutum feceris me:& in puluerem reduces me. *Iob*.10.8.

Homo vanitati ſimilis factus eſt. P*ſal*.143.4.

Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitã, & ſimilis exitus *Sap*.7.6.

Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus, qm̃ non eſt immortalis filius hominis,& in vanitate malitiæ placuerũt. *Eccleſ*.17.29

Ecce vos eſtis ex nihilo,& opus veſtrum ex eo quod non eſt,abominatio eſt,quæ elegit vos. *Eſaiæ*.41.24.

Væ qui contradicit factori ſuo,teſta de ſamiis terræ.Nunquid dicit lutum figulo ſuo,quid facis & opus tuum abſque manibus eſt? 45.9.

Exortus eſt ſol cum ardore & areſecit fœnũ, & flos eius decidit ,& decor vultus eius deperiit. Ita & diues in itineribus ſuis marceſceт *Iacob*.1. 11.

## *Ob vitæ breuitatem.*

HEſterni quippe ſumus & ignoramus quomiã ſicut vmbra dies noſtri ſuper terram, Iob.8.9.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? 10.20.

Ecce enim breues anni tranſeunt, & ſemitam per quã non reuertar ambulo. 16.23.

Ecce mẽſurabiles poſuiſti dies meos:& ſubſtauria mea,tã quam nihilum ante te. P*ſal*.38.6. (bor & dolor.

Si autẽ in potentatibus octoginta anni,& amplius eorũ la 89.10.

Dies mei ſicut vmbra declinauerũt,& ego ſicut fœnũ arui. 101.12.

Neſcit homo finẽ ſuum,ſed ſicut piſces capiuntur hamo & aues laqueo comprehenduntur,ſic capiuntur homines,in *Eccleſ*.9.12.

 tempore

tempore malo,cum eis ex templò ſuperuenerit.
*Sap.2.5.* Vmbra enim tranſitus eſt tempus noſtrum.
*5.9.* Tranſierunt omnia illa tanquã vmbra,& tanquam nuntius præcurrens,ſic & nos nati continuò deſinimus eſſe.
*Eccleſ.14.18.* Omnis caro ſicut fœnũ veteraſcet & ſicut folium fructificãs in arbore viridi.alia generãtur & alia deiiciuntur:ſic generatio carnis & ſanguinis,alia finitur,& alia naſcitur.
*Eſa.40.6.* Vox dicentis clama,& dixi:Quid clamabo? Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos agri.Exſiccatũ eſt fœnum & decidit flos,quia Spiritus Domini ſufflauit in eo. Vere fœnum eſt populus.
*1.Pet.1.24.* Quia omnis caro eſt fœnum, & omnis gloria eius tanquã flos fœni exaruit,exaruit fœnum,et flos eius decidit: Verbũ autem Domini manet in æternum.

### *Miſeriæ multiplicitatem.*

*Gen.3.19.* IN ſudore vultus tui veſceris pane tuo.
*Ib.5.7.* Homo naſcitur ad laborem,& auis ad volatum.
*7.1.* Militia eſt vita hominis ſuper terram,& ſicut dies mercenarij,dies eius.
*14.1.* Homo natus de muliere,breui viuens tempore , repletur multis miſeriis.Quia quaſi flos egreditur & conteritur,& fugit velut vmbra,& nunquam in eodem ſtatu permanet.
*Eccleſiæ.1.22* Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo,& afflictione ſpiritus,qua ſub ſole cruciatus eſt? Cũcti dies eius doloribus,& erumnis pleni ſunt,nec per noctẽ mente requieſcit:& hoc nonne vanitas eſt?
*5.12.* Eſt & alia infirmitas peſſima quã vidi ſub ſole: Diuitię cõſeruatæ in malum Domini ſui.
*Ibid.15.* quid ergo prodeſt ei,quod laborauit in ventum?
*Sapien.9.15.* Corpus enim quod corrũpitur aggrauat animã,& terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.
*Eccleſ.40.1.* Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus , & iugũ graue ſuper filios Adæ à die exitus de ventre matris eorum,vſque ad diem ſepulturæ in matrem omnium.
*Ibid.11.* Omnia quæ de terra ſunt in terram conuertentur,& aquę omnes in mare conuertentur.

### *Benedicitur homo in Chriſto.*

*Gen.12.3.* BEnedicã benedicentibus tibi & maledicã maledicentib' tibi atque in te benedicẽtur vniuerſę cognationes terrę.
*Cap.22.18.* Et benedicentur in ſemine tuo omnes gẽtes terræ quia obediſti voci meæ.

Prouidens



Prouidens aũt ſcriptura qa ex fide iuſtificat gẽtes Deus *Gal.3.8.*
Prænunciauit Abrahę quia benedicentur in te oẽs gẽtes &c.

### *Hominis regeneratio.*

ET aduocans Ieſus paruulum ſtatuit eũ in medio eorũ *Matth.18.3.*
& dixit amẽ dico vobis niſi cõuerſi fueritis,& efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in regnũ cœlorum.
Quotquot autẽ eum receperunt, dedit eis poteſtatem fi *Ioan.1.13.*
lios Dei fieri his qui credunt in nomine eius,qui non ex ſanguinibus neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,ſed ex Deo nati ſunt.
Amen dico vobis niſi quis natus fuerit denuo,non poteſt *Cap.3.3.*
intrare in regnum Dei.6.Quod natum eſt ex carne caro eſt & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt.
Sed aquam quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ ſaliẽ- *Cap.4.14.*
tis in vitam æternam.
Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura : flumina de ventre *Cap.7.38.*
eius fluent aquæ viuæ.
Primus homo de terra terrenus , ſecundus homo Domi- *1.Cor.15.47.*
nus de cœlo cœleſtis.Qualis terrenus,tales & terreni:& qualis cœleſtis,tales & cœleſtes.Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni,portemus & imaginem cœleſtis.
Licet is qui foris eſt,noſter homo corrumpatur:tamen is *2.Co.4.16.*
qui intus eſt renouatur de die in diem.
In Chriſto enim Ieſu neque circuncifio aliquid valet,ne- *Galat. 6. 15*
que præputium:ſed noua creatura.
Vos aũt non ita didiciſtis:ſi tñ illum audiſtis, & in ipſo e- *Epheſ.4.20.*
docti eſtis,ſicut eſt veritas in Ieſu, Deponite ſecundum priſtinam conuerſationẽ veterẽ hominem qui corrumpitur ſecundũ deſideria erroris.Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ , & induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.
Nam ſi decem milia pedagogorum habeatis in Chriſto *1.Cor.4.15.*
ſed non multos patres, nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. (in vobis.Iaco.1.18.
Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Chriſtus *Gal.4 19.*
Nunc autẽ deponentes vos omnia iram, indignationem, *Colloſ.3.8.*
malitiam,blaſphemiam,turpem ſermonẽ de ore veſtro.Nolite mentiri inuicem:expoliantes vos veterem hominẽ cum actibus ſuis.&induentes nouum,eum,qui renouatur in agnitionem Dei ſecundum imaginem eius,qui creauit illum.

Aa 3. Deponite

*Epheſ.4.22.* Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem qui corrumpitur ſecũdũ deſideria erroris

*Titum. 3. 5.* Cùm autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei, nõ ex operib. iuſtitię quę fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundé per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.

1. *Pet.* 1. 23. Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per verbum Dei viui & permanentis in æternum.

## *Homo puluis & lutum.*

*Geneſ.2. 7.* FOrmauit igitur Dominus Deus hominẽ de limo terrę & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viuentem.

*Cap.3.19.* In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es, q.a puluis es & ĩ puluerẽ reuerteris.

*Cap.18. 27.* Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum cùm ſim puluis & cinis.

*Ecleſ. 17. 1.* Deus creauit de terra hominem & ſecundum imaginem ſuam fecit illum, & iterum conuertit illum in ipſam & ſecũdum ſe veſtiuit illum virtute.

*Cap.41.13.* Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur, ſic impij à maledicto in perditionem. Iob.4 19.

*Iob.10.8.* Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me totum in circuitu & ſic repente præcipitas me.

*Cap.34.15.* Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur.

*Eſa.99.* Et recordatus eſt quia caro ſunt, ſpirit⁹ vadẽs & nõ rediẽs,

145.4. Exhibit ſpiritus meus & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum & 102.14.

*Ecleſ.12. 7.* Et reuertetur puluis in terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum qui dedit illum.

*Eſa.40.6.* Vox dicentis. Clama. Et dixi. Quid clamabo: Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quaſi flos agri.

## *Homicidium latrocinium, & ſanguinis effuſio & eorum punitio.*

*Gen.4.* IMpius Caim pium Abel fratrem ſuum occidit & à Deo punitus ac profugus vitam agens Enoch genuit &c.

*Cap.9.6.* Quicunque effuderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius.

Non



Non occides. Deut.5.17. idem omnino, & Matth.5.21. & c. *Exod.20.13* 19.18. Rom.13.3.

Si effringẽs fur domũ ſiue ſuffodiẽs fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor nõ erit reus ſanguinis *Cap.22.2.*

Qui percuſſerit iumentum reddet aliud, qui percuſſerit hominem punietur. Deut.19.4. *Leuit.24.21.*

Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit, qui percuſſerit, reus erit homicidij, & ipſe morietur. *Num. 35. 16*

Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit, ſimiliter punietur, ligno percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabit. *Ibidem.17.*

Homicida ſub teſtibus punietur, ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. Non accipietis precium ab eo, qui reus eſt ſanguinis, & ſtatim & ipſe morietur. *Ibidem. 30.*

Si quis autem odio habens proximum ſuum inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgenſque percuſſerit illũ & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de ſupradictis vrbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius, & arripient illum de loco effugij, tradentq; in manu proximi cuius ſanguis effuſus eſt & morief *Deut. 19. 11. Idem. Ioſue 20.3.*

Maledictus qui clam percuſſerit proximum ſuum, & dicet omnis populus, Amen. *Cap. 27. 24.*

Oculos ſublimes, linguam mẽdacem, manus effundentes ſanguinem innoxium, odit dominus, cap.28.17. *Prou. 7. 17.*

Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt, qui aufert in ſudore panem quaſi qui occidit proximum ſuum, qui effundit ſanguinẽ & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. *Ecleſ.34.25*

Propterea hæc dicit dominus, væ ciuitati ſanguinum: ollę cuius rubigo in ea eſt & rubigo eius non exiuit de ea &c. *Ezec.24.6.*

Maledictum & mendacium & furtum & adulterium inũdauerũt, & ſanguis ſanguinem tetigit. *Oſee.4.2.*

Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, &c. inuidię, homicidia, ebrietates, cõmeſſationes & his ſimilia, quæ prædico vobis ſicut & prædixi, quoniã qui talia agunt regnum Dei non conſequentur. *Galat. 5. 21.*

Qui in gladio occiderit oportet eum gladio occidi.

## *Frequenter oritur ex inuidia.*

SIc Iudæi Chriſtum cruci affigi iuſſerunt. *Apoc.13. 10*

Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum. 27.18.

Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio. *Ioan. 8. 44.*

 Vx

Iudæ.11. Væ illis,qui in via Cain abierunt.

*Ex auaritia.*

3.Reg.21.13. SIc Iezabel ob vineam habendam occidi fecit Naboth.
Iob,24. 10. Mane primo conſurget homicida , interficiet egenum & pauperem,per noctem verò erit quaſi fur.

*Luxuria.*

2.Reg.11.15. SIc Dauid Vriam bello occumbere procurauit.
Marc.6.27. Item Herodes Ioannem.

*Ambitione.*

Iudic.9.5. VNde Abimelech ſeptuaginta fratres,vt ipſe ſolus regnare poſſet,occidit,
4.Reg.11. 1. Sic Athalia omne regnum interfecit ſemen.

*Honor temporalis non magnum faciendus*

*Vide gloria.*

Iudic.9.1. QVid vobis eſt melius(ait Abimelech filius Ieroboal) vt dominentur vobis 70.viri omnes filij Ieroboal, an vt dominetur vobis vnus vir?ſimulque cõſiderate quod os veſtrum & caro veſtra ſum.

Eccleſ.9.16. Non zeles gloriam & opes peccatoris nõ enim ſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio.

Cap.10. 29. Noli extollere te in faciendo opere tuo & noli cunctari in tempore anguſtiæ,melior eſt qui operatur & abundat in omnibus,quàm qui gloriatur & eget pane.

Hiere. 9. 23. Hæc dicit dominus non glorietur ſapiens in ſapiẽtia ſua & nõ glorietur fortis in fortitudine ſua,& non glorietur in diuitiis ſuis,ſed in hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſce me,quia ego ſum Dominus qui facio miſericordiam & iudicium & iuſtitiam in terram.

Matt.6.1. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominib. vt videamini ab eis alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

Cap.8.4. Ait illi Ieſus,vide nemini dixeris,ſed vade oſtende te ſacerdoti & offer munus tuum quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis,Idem Mar.1 44.

Cap. 20. 26. Non ita erit inter vos,ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri,ſit veſter miniſter,& qui voluerit inter vos primus eſſe,erit veſter ſeruus. Idem Mar.10.43.&c.Luc.22.27.

Ioan.8 50. Ego autẽ nõ quæro gloriã meã eſt qui quærat & iudicet.

Cap.12.43. Dilexerũt enim gloriã hominũ magis quàm gloriã Dei

-Paulus



Paulus & Barnabas,dicentes:viri quid hic facitis. Et nos mortales ſumus ſimiles vobis homines annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum qui fecit cœlum & terram,& omnia quæ in eis ſunt. Act.14.14.

Nihil per contentionem neque per inanem gloriam,ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. Philip.2.3.

Neque quærentes ab hominibus gloriam(loquitur Paulus de ſeipſo)neque à vobis neque ab aliis. 1.Theſſ.2. 6.

Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eum, & dicit mihi vide ne feceris,conſeruus tuus ſum & fratrum tuorũ habẽtium teſtimonium Ieſu,Deum adora.Idem.22.9.habetur. Apoc.19.10

*Honor debitè exhibendus.*

Gloriam ſapientes poſſidebunt, ſtultorum exaltatio ignominia. Prou.3.35.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem. 26.8.

Ee optimati ſubmitte caput tuum. Eccleſ.4.

Semen hominum honorabitur hoc,quod timet Deũ:Semẽ autem hoc exhonorabitur, quod præterit mãdata Dñi. 10.23.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius,& in medio magnatorum conſedere eum faciet. 11.1.

Sapiens in populo hæreditabit honorem,& nomen illius erit viuens in æternum. 37.29.

*Honeſtè conſeruandus.*

QVicunque honorificauerit me,glorificabo eum: qui autem contemnunt me,erunt ignobiles. 1.Reg.2. 30.

Ne des alienis honorem tuum,& annos tuos crudeli. Prou.5.9.

Gloria diuitum,honoratorum,& pauperum, timor Dei eſt: non deſpicere hominem iuſtum pauperem,& non magnificare virum peccatorem diuitem. Eccleſ.10.25

Fili in manſuetudine ſerua animã tuã,& da illi honorem ſecundum meritum ſuum.Peccantẽ in animam ſuã quis iuſtificabit?& quis honorificabit exhonorãtẽ animam ſuam. Ibidem. 31.

*Iniquè non ambiendus.*

INſcius non honorabitur. Ibidem 21.

Et eſt homo qui honorificabitur propter ſubſtãtiã ſuam. Ibidem. 28.

Attendite à Scribis,qui volunt ambulare in ſtolis,& ſalutationes amant in foro,& primas cathedras in ſynagogis,& primos diſcubitus in cõuiuiis, qui deuorant domos viduarum,ſimulantes longam orationem. Luc.20.46.

### Honor Dei, Vide parentes.

### Honorandi parentes, Vide parentes.

### Hoſpitalitas commendatur.

Eſa.58.7. FRange eſurienti panem tuum & egenos vagoſque induc in domũ tuam, cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris.

Matth.25.35 Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram & collegiſtis me.

Luc.14.13. Cùm facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, cęcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

Rom.12.13. Neceſſitatib. ſanctorũ cõmunicãtes, hoſpilitatẽ ſectantes.

1.Tim.3.2. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilẽ eſſe vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalẽ, doctorem, non vinolentum non percuſſorem ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſuæ domui bene præpoſitum filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Idem. Tit.1.8.

1.Pet.4.9. Eſtote hoſpitales inuicem ſine murmuratione.

Heb.13.2. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerũt quidam angelis hoſpitio receptis. Iaco.1.27.

### Hoſpitalitatis exempla.

Geneſ.18.⁑ ANgeli, ad Abraham hoſpitio recepti, filiũ ex Sara promittunt, quæ ob id ridens corripitur, &c.3. Dixit Abraham angelis tribus apparentib, Domine ſi inueni gratiã in oculis tuis ne trãſeas ſeruum tuum, ſed afferam pauxillũ aquæ, & lauentur pedes veſtri & requieſcite ſub arbore, ponãq; buccellã panis & cõfortetur, cor veſtrũ & tũc trãſibitis.

Cap.19.2. Dixit (Loth duob. angelis Sodomam aduẽtis) obſecro Domini, declinate in Domum pueri veſtri & manete ibi, lauate pedes veſtros, & manè proficiſcemini in viam veſtram. Qui dixerunt: Minimè ſed in platea manebimus. Compulit illos oppido vt diuerterent ad eum, ingreſſus domum illius fecit conuiuium & coxit azima & comederunt.

Cap.24.31. Dixit ad eum (ſeruum abrahæ) Ingredere benedicte Domini cur foris ſtas? Præparaui domum & locum camelis, & introduxit eum in hoſpitium, &c.

Iudic.13.15. Dixit Manue ad Angelum Domini Obſero te vt acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hædum de capris.

Cap.19.4. Occurrit (ei Leuitę) lętus ſocer eius, & amplexatus eſt hominẽ: Mãſit gener in domo ſoceri tribus diebus comedẽs cũ eo & bibens familiariter. Idem.9. Rurſum locutus eſt vir cõſidera quod dies ad occaſum procliuior ſit, & propinquat ad veſperum. Mane apud me etiam hodie & duc lætum diem, & cras proficiſceris vt vadas in domum tuam.



Cumque veniſſet Elias in Sareptam, ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna & vocauit eã. Dixitq; ei: Da mihi paululum aquę in vaſe vt bibã. Cũmque illa pergeret vt afferret, clamauit (Elias) poſt tergum eius dicens: Affer mihi obſecro, & buccellam panis in manu tua. 3.Reg.17.10.

Facta eſt autem quędam dies & tranſibat Helizeus per Sunã ciuitatem, Erat autem ibi mulier magna quę tenuit eũ, vt comederet panẽ. Cũmq; frequenter inde tranſiret, diuertebat ad eam vt comederet panem. Iob.1.4. 4.Reg.4.8.

Si comedi bucellam meam ſolus, & nõ comedit pupillus ex ea, &c. Humerus meus à iunctura ſua cadat & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur. Iob.31.17.

Tobias dixit filio ſuo: vade & adhuc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Tob.2.1.

Factum eſt autem dum irent & ipſe intrauit in quoddam caſtellum & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam, &c. Luc.10.38.

Dixit Ieſus: Zachee feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere, & feſtinans deſcendit & excepit illum gaudens. Cap.19.5.

Cùm autem baptizata eſſet (Lydia purpuraria) & domus eius deprecata eſt dicens: Si iudicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite (Paulus & Thimotheus) in domum meam & manete, & coegit eos. Act.16.15.

In locis autem illis erant prædia principis inſulæ, nomine Publij, qui nos ſuſcipiens triduò benignè exhibuit, &c. Cap.28.6.

### Inhoſpitalitas.

Iudic.8.5. PRO laſſitudine (Gedeon cum ſuis trecentis viris) fugiẽtes perſequi nõ poterãt, dixitq; ad viros Socoth: Date obſecro panes populo q mecũ eſt, qa valde defecerũt vt poſſimus pſequi Zebee & Salmana reges Madiã. Reſpõderũt prĩcipes Socoth: Forſitã palmę manuũ Zabee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas vt dem⁹ exercitui tuo panes. Quibus ait Gedeõ, Cũ ergo tradiderit dñs Zebee & Salmana in manus meas: & cum reuerſus fuero victor in pace, conteram carnes veſtras cũ ſpinis tribuloſq; deſerti.

Et inde

Et inde conſcendens Gedeon venit in Phanuel locutuſq; eſt
ad viros loci illius ſimilia:cui & illi reſpõderunt,ſicut reſpon
derunt viri Socoth,dixitq; ad eos Gedeon: Cũ reuerſus fue
re victor in pace,deſtruã turrim hanc.&c. Cõprehenſus aũt
Zebee & Salmana venit Gedeõ ad Socoth, & dixit eius,En
Zebee & Salmana, ſuper quibus exprobraſtis mihi dicẽtes:
forſitan manus Zebee,& Salmana in manibus tuis ſunt: &
idcirco poſtulas vt demus viris qui laſſi ſunt & defecerunt
panes. Tulit ergo Gedeon ſeniores ciuitatis & ſpinas deſer
ti ac tribulos & contriuit cum eis , atque comminuit viros
Socoth,turrim quoque Phanuel ſubuertit occiſis habitato-
ribus ciuitatis.

*Cap. 19.18.* Qui cũ intraſſent (Iebus Leuita)ſedebant in platea ciuita
tis(Gabaa)& nullus eos recipere voluit hoſpitio.&c.Et ecce
apparuit homo ſenex reuertens de agro & de opere ſuo ve-
ſpere.&c.Et dixit ad eum vnde venis?& quo vadis ? Qui re-
ſpondit eis profecti ſumus de Bethleem Iuda,& peregrinus
ad locum noſtrum qui eſt in latere montis Ephraim , vnde
ieramus in Bethleem,& nunc imus ad domum Dei nulluſq;
ſub tectum ſuum nos vult recipere,&c. Cui ſenex reſpõdit.
Pax tecum ſit ego præbebo omnia quæ neceſſaria ſunt,tan-
tum quæſo ne in platea maneas.

*Sap. 19.13.* Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerũt,alij
quidem ignotos non recipiebant aduenas , alij autem bo-
nos hoſpites in ſeruitutem redigebãt, loquitur de Ægyptiis
perſequentibus Hebræos.

## *Humilitas Deo grata eſt.*

*Geneſ.18.27* REſpondens Abraham ait ad Dñm.Quia ſemel cœpi,lo
quar ad Dominum meum cum ſim puluis & cinis,

*Cap. 41.40.* Tu eris ſuꝑ domum meã,& ad tui oris imperium cun-
ctus populus obediet,vno tantum regni ſolio te præcedam.

*Iudic. 6.15.* Gedeõ reſpõdens ait,ad Dñm,obſecro mi Dñe in quo li
berabo Iſrael?Ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & e-
go minimus in domo patris mei. Dixitq́ue ei Dominus.Ego
tecum ero & percuties Madia quaſi vnum virum.

*1.Reg.2.1.* Exultauit cor meum in Dño,& exaltatum eſt cornu meũ
in Deo meo,dilatum eſt os meũ ſuper inimicos meos,quia
lætatus ſum in ſalutari meo.8. Suſcitauit de puluere egenũ
& de ſtercore erigit pauperem vt ſedeat cum principibus,&
ſolium gloriæ teneat Domini enim ſunt cardines terræ &
poſuit ſuper eos orbem.2.Reg.6.16.

Tulit



Tulit autẽ Samuel agnũ lactãtẽ vnum,& obtulit illũ holo *Cap.7.9.*
cauſtũ integrũ Dño , & clamauit Samuel ad Dñm ꝓ Iſrael
& exaudiuit eum Dñs.Factum eſt autem cum Samuel offer
ret holocauſtum,Philiſtiim iniere prælium contra Iſrael.In-
tonuit autem dominus fragore magno in die illa ſuper Phi
liſtiim,& intonuit & cæſi ſunt à filiis Iſrael

Dixit ãt Dauid ad Michol,viuit ne Dñs qa Iudã añ Dñm *2.Reg.6.21*
q eligit me potiꝰ q̃ patrẽ tuũ,& q̃ oẽm Domũ eius & p̃ce-
pit mihi vt eſſẽ dux ſuꝑ populũ Dñi in Iſrael,& Iudam & vi
lior fiam quam factus ſum & ero humilis in oculis meis, &
cum ancillis de quibus locuta es glorioſior apparebo.

Dixitq́; ad eos (ſcilicet populus Iudæ Semeias ꝓpheta,) *2.Paral.12.6*
hæc dicit Dñs, vos reliquiſtis me,& ego reliqui vos in ma-
nu Seſac(regis Ægypti qui diripit Hyeruſalem)cõſeruatiq́;
principes Iſrael & rex dixerunt,iuſtus eſt Dominus.Cumq;
vidiſſet Dominus quod humiliati eſſent , factus eſt ſermo
Domini ad Semeiam dicens. Quia humiliati ſunt non de-
ſperdam eos daboq́; pauxillum auxilij & non ſtillabit furor
meus ſuper Hieruſalem per manum Seſac.

Humiliatuſq́; eſt Ezechias poſtea, eo quod exaltatũ fuiſ- *Cap.32.26.*
ſet cor eius,tam ipſe quàm habitatores Hyeruſalem , & id-
circo non venit ſuper eos ira Domini in diebus Ezechiæ.

Qui poſtq̃ coãguſtatus eſt(ſcilicet Moyſes) orauit Dñm *Cap.33.12.*
Deũ ſuum,& egit pœnitentiam valde coram Deo patrũ ſuo
rum,deprecatuſq́; eſt eum & obſecrauit intẽtè, & exaudiuit
orationem eius,reduxitq́; eum Hyeruſalem in regnũ ſuum
& cognouit Manaſſes quod Dominus ipſe eſſet Deus.

Ad regem aũt Iuda qui miſit vos pro Dño,deprecãdo,ſic *Cap.34.26.*
loquimini,hæc dicit Dñs Deus Iſrael,quoniã audiſti verba
volúminis atq; emolitum eſt cor tuum, & humiliatus es in
conſpectu Domini, ſuper his quæ dicta ſunt contra locum
hũc & habitatores Hyeruſalẽ,reueritusq́; faciem meã ſcidi
ſti veſtimenta tua,& fleuiſti coram me,ego quoq; exaudiui
te dicit Dominus. (ritu ſaluabit.

Iuxta eſt Dñs hiis qui tribulãti ſunt corde,& humiles ſpi *Pſal.33.19.*

Vbi fuerit ſuperbia ibi erit & contumelia , vbi autem eſt *Prou.11.12.*
humilitas ibi & ſapientia.

Melius eſt humiliari cum mitibus , quàm diuidere ſpolia *Cp.16.19.*
cum ſuperbis.cap 18.12.& cap.23.22.

Ne glorioſus appareas corã rege & in loco magnorũ ne *Cap.75.7.*
ſteteris:melius eſt enim vt dicatur tibi aſcende huc,quam vt

humi-

humilieris coram principe

*Cap.29.23.* Superbũ ſequit humilitas,& humilẽ ſpiritu ſuſcipiet gloria

*Eſa.47.15.* Hæc dicit excelſus & ſublimis habitans æternitatẽ,& ſanctum nomen eius in excelſo,& ſancto habitans & cum contrito & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium & viuificet cor contritorium.

*Cap.66.2.* Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum,& contritum ſpiritu & trementem ſermones meos.

*Ionæ.3.5.* Ionas clamauit & dixit:adhuc 40.Dies Niniue ſubuertẽ & crediderũt viri Niniuitæ in Deũ,& prędicauerũt ieiuniũ & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſq; ad minorẽ,&c.(& vermis,

*Eccleſ 7.19.* Humilia valde ſpiritũ tuũ,qm̃ vindicta carnis impij, ignis

*Iudith. 4. 8.* Et clamauit omnis populus ad Dominũ inſtãtia magna,& humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis & orationibus,ipſi & mulieres eorũ &c.(ſcilicet quia metuerũt Holophernẽ vemẽter,) 11.Tũc Elheiachim ſacerdos Dñi magnꝰ circuiuit omnem Iſrael,allocutúſque eſt eos dicens:Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras ſi manentes permãſeritis in ieiuniis & orationibus in conſpectu Domini.

*Cap.9.16.* Non enim in multitudine eſt,virtus tua Domine, neque in equorũ viribus volũtas tua eſt,nec ſuperbi placuerũt tibi, ſed humilium & mãſuetorũ ſemper tibi placuit deprecatio.

*Matt.3.11.* Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autẽ poſt me vẽturus eſt,fortior me eſt,cuius nõ ſum dignus calceamẽta ſoluere,ipſe vos baptizabit ĩ ſpiritu ſancto & igne.

*Cap.5.3.* Beati pauperes ſpiritu quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorum.

*Cap.8.8.* Et reſpõdens Cẽturio ait,Domine nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ,ſed tm̃ dic verbo,& ſanabitur puer meus.

*Cap.11.29.* Tollite iugum meũ ſuper vos& diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiẽ animabus veſtris.

*Cap.18. 4.* Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum.

*Cap. 20. 26.* Nõ ita erit inter vos, ſed quicũq; voluerit inter vos maior fieri,ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe,erit veſter ſeruus,Idẽ,Marc.10.43.Luc.9.47.& ca. 22.26.

*Cap. 21. 5.* Dicite filiæ Syon,Ecce rex venit tuꝰ, venit tibi mãſuetus ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis.

*Cap. 23.7.* Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter.11.Et qui maior eſt veſtrum erit miniſter veſter.

*Marc.9.34.* In via diſputauerunt apoſtoli quis eorũ eſſet maior,& reſidẽs vocauit duodecim & ait illis.Si quis vult inter vos primus



mus eſſe erit omnium nouiſſimus & omnium miniſter.

Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ,ecce enim ex hoc *Luc.1.48.*
beatam me dicent omnes generationes.

Cum inuitatus fueris ad nuptias,nõ diſcumbas in primo *Cap. 14.8.*
loco,ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo,& veniẽs is qui te & illum vocauit,dicat tibi:da huic locũ,& tunc incipias cum rubore nouiſſimũ locum tenere,&c. 11. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur & qui ſe humiliat exaltabit.

Pater peccaui in cœlum & coram te,& nõ ſum dignus vo *Cap.15.19.*
cari filius tuus,fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.

Publicanus à longè ſtans nolebat nec oculos ad cœlum *Cap. 18. 13.*
leuare,ſed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.

Bene propter incredulitatem fracti ſunt,tu autẽ fide ſtas, *Rom. 11. 20*
noli altum ſapere ſed time,Cap.12.16.1.Cor.4.6.

Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum di- *1. Cor. 15. 9.*
gnus vocari Apoſtolus quoniã perſecutus ſum eccleſiã Dei.

Nihil per contentionem neque per inanẽ gloriam, ſed in *Philip. 2. 3.*
humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.

Induite ergo vos ſicut electi Dei ſancti & dilecti, viſcera *Coll.3.12.*
miſericordię,benignitatẽ,humilitatẽ, modeſtiam, patiẽtiã, ſupportãtes inuicẽ & donãtes vobiſmetipſis ſi qs aduerſus aliquẽ habet quęrelã,ſicut & Dñs donauit vobis, ita & vos.

Omnes autem inuicem humilitatẽ inſinuate, quia Deus *1.Pet. 5.5.*
ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, diues *Iac.1.9.*
autem in humilitate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit.

Humiliamini in conſpectu Domini & exaltabit vos. *Cap.4.10.*

Et cecidi ante pedes eius (ait Ioãnes de angelo apparẽte *Apo.19.10.*
ei) vt adorarem eum & dixit mihi, Vide ne feceris,cõſeruus tuus ſum & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Deum adora.&c.cap.4.10.

*Hymenæus pſeudo apoſtolus,2.Tim.2.17.*

## *Hypocriſis.*

FActum eſt autẽ verbum ad Samuel dicens:pœnitet me *1.Reg.15.11.*
quod conſtituerim Saul regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit,contriſtatuſque eſt Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte.

Sic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum & ſpes Hypo- *Iob. 8. 13.*
critæ

critæ peribit.1.Reg.18.& 2.1.Reg.15.2.7.4. Regum.1.6.9.hi-
ſtoriæ,

*Cap.13.16.* Et ipſe (Deus) erit ſaluator meus non enim veniet in con
ſpectu eius omnis hypocrita.

*Cap. 15.34.* Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit
tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

*Cap.20.4.* Hoc ſcio à principio ex quo poſitus eſt hõ ſuper terrã, qđ
laus ĩpiorũ breuis ſit & gaudiũ hypocritæ ad inſtar pũcti, ſi
aſcenderet vſq; ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes
terigerit, quaſi ſterquiliniũ in fine perdetur, & qui eum vide-
runt dicent vbi eſt?&c.17.Reuelabunt cæli iniquitatem eius
& terra cõſurget aduerſus eum.16 Omnes tenebræ abſcõdi
tæ ſunt, in occultis eius deuorabit eũ ignis qui non ſuccẽdi-
tur affligetur relictus in tabernaculo ſuo.

*Cap.27.8* Quæ enim ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat, & non liberet
Deus animam eius, nunquid Deus exaudiet vocem eius cũ
venerit ſuper eum anguſtia, &c.21. Tollet eum ventus vrẽs
& auferet & velut turbo rapiet eum de loco ſuo.

*Cap.36. 13.* Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clama
bunt cum vincti fuerint, morietur in tempeſtate anima eo
rum & vita eorum inter effeminatos.

*Prou.30. 13.* Generatio quæ ſibi munda videtur & tamen non eſt lota
à ſordibus ſuis, generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpe-
bræ eius, in alta ſurrectæ (ſcilicet inſaturabiles ſunt.)

*Eccleſ.1. 36.* Ne acceſſeris ad dominũ duplici corde, ne fueris hypocri
ta in conſpectu hominum & non ſcãdalizeris in labiis tuis.

*Cap.19. 23.* Eſt q nequiter humiliat ſe & interiora eius plena ſunt dolo.

*Eſa.29 .13.* Dixit Deus: Eo qđ appropinquat populus iſte ore ſuo. &
labiis ſuis glorificat me, cor aũt eius longe eſt à me & timue
runt me mandato hominũ & doctrinis, &c. Væ qui ꝓfundi
eſtis corde & à Domino abſconditis conſilium, quorũ ſunt
in tenebris opera & dicũt. Quis videt nos & quis nouit nos?

*Cap.58.*☩ Reprehẽdit Iſaias Iudæorũ hypocriſim oſtendens eorũ
ieiuniũ nõ eſſe Deo acceptabile & q̃ debeant illud comitari
quib⁹ adhibitis multa præſtantur à Deo beneficia.&c. dicẽs.
2.Me etenim de die in diẽ quęrũt, & ſcire vias meas volunt,
quaſi gẽs q̃ iuſtitiã fecerit & Iudiciũ Dei ſui non dereliquę
rit rogant me iudicia iuſtitiæ, appropinquare volunt &c

Hierem.9.8 Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta eſt in ore
ſuo pacem cũ amico loquitur. & occultè ponit ei inſidias.

2.Mac.6.24 Non eſt enim ætati noſtræ dignũ (inquit Eleazarus) fin-
gere



gere vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonagin-
ta annorum tranſiſſe ad vitam aliegenarum.

Cũ ergo facis eleemoſinã noli tuba canere ante te, ſicut *Matt.6.2.*
hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis vt glorificentur
ab hominibus, amẽ dico vobis receperunt mercedẽ ſuã.16,
Cũ autẽ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, extermi
nant.n.facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes, amẽ
dico vobis quia receperunt mercedem ſuam.

Hypocrita eiice primũ trabẽ de oculo tuo, & tũc videbis *Cap.7.5.*
eiicere feſtucã de oculo fratris tui. Rom.2 per totum caput:

Hypocritę bene ꝓphetauit de vobis Iſaias dicẽs: populus *Cap.15.7.*
hic labiis me honorat, cor aũt eorũ lõge eſt à me. Mar. 7.6.

Scribis & phariſæis ſuper cathedrã Moyſi ſedentibus prę *Cap.23.*☩
cepit Ieſus obedire, opera aũt ipſorũ non obedire, retegens
ipſorũ hypocriſim & ambitionẽ diſcipulos verè docens cõ-
trariã humilitatẽ, deinde multiplex vę ob hypocriſim, & alias
iniquitates interminatur.

Vę vobis quia eſtis vt monumenta quæ nõ apparẽt, & ho *Luc.11.44.*
mines ambulantes ſupra neſciunt, & cap.12,56.

Attendite à fermento Phariſeorum quod eſt hypocriſis. *Cap.12.1.*

Phariſęus ſtans hęc apud ſe orabat dicens: gratias ago tibi *Cap.18.11.*
quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulte
ri, velut etiã hic Publicanus, ieiuno bis in ſabbatho, decimas
do omnium quę poſſideo.&c.

Vir autẽ quidẽ nomine Ananias, cum Saphyra vxore ſua, *Act.5.1.*
vendidit agrũ & fraudauit de precio agri cõſcia vxore ſua,
&c. Audiens verba petri cecidit & expirauit.

Spiritus autẽ manifeſtè dicit quia in nouiſſimis diebus diſ *1.Tim.4.1.*
cedent quidẽ à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctri-
nis Dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium, &
cauteriatam habentium conſcientiam ſuam, &c.

Hoc autem ſcito q in nouiſſimis diebus ſtabunt tempora *2.Tim.3.5.*
periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati,
&c. Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autẽ eius
abnegantes & hos deuita.

Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. *1.Theſſ.5.22.*

Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum & *1.Pet.2.1.*
ſimulationes & inuidias, & omnes detractiones ſicut modo
geniti infantes, rationabiles ſine dolo lac cõcupiſcite, vt in
eo creſcatis in ſalutem.

## *Hypocriſis conditio.*

Eſai.9.17. OMnis hypocrita eſt nequam.
65.5. Qui dicunt recede à me,nõ appropinques mihi,qa im-
mũd⁹ es:iſti fumus erũt in furore meo,ignis ardẽs tota die.
Matt.23.5. Omnia verò opera ſua faciũt, vt videãtur ab hominibus.
Ibid.27. Vę vobis ſcribæ & Phariſæi,hypocritæ,qa ſimiles eſtis ſe
pulchris dealbatis,q̃ à foris parẽt hominibus ſpecioſa,intus
verò plena ſunt oſſibus mortuorũ,&omni ſpurcitia.Sic&vos
à fortis quidẽ appareris hominib⁹ iuſti, intus aũt pleni eſtis
hypocriſi & iniquitate. (uit corda veſtra.
Luc.16.15. Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã hominib⁹. Deus aũt no
2.Cor.11.4. Satanas trãsfigurat ſe in Angelum lucis.Non eſt ergo mi
rum ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitię:
quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.

## *Punitio.*

SPes hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia ſua, &
Iob.8.13. ſicut tela aranearum fiducia eius.
Non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita.
13.16. Congregatio enim hypocritæ, ſterilis: & ignis deuorabit
13.34. tabernacula eorum.
Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit vſque
20.5. ad cælum ſuperbia eius,& caput eius nubes tetigerit, quaſi
ſterquilinium in fine perditur,&qui eum viderant,dicent:v-
bi eſt?velut ſomnium auolans non inuenietur.
Filij eius atterentur egeſtate, & manus illius reddent ei
Ibid.10. dolorem ſuum.
Quę eſt enim ſpes hyppocritæ, ſi auarè rapiat, & liberet
27.8. Deus animam eius? Nunquid audiet Deus clamorem eius,
cum venerit ſuper eum anguſtia?
Ingrediens duas vias,non habebit ſucceſſus.
Eccleſ.3.18. Vidi impios ſepultos qui etiã quum adhuc viuerent in
8.10. loco ſancto erant,& laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum
operum,ſed & hoc vanitas eſt.
Væ illis,qui deuorant domos viduarũ ſub obtẽtu prolixę
Matt.23.14. orationis,hi accipient prolixius iudicium. (dor dentium.
Partẽq; eius ponet cum hypocritis,illic erit fletus & ſtri-
Matt.24.28

## *Iactantia.*

NOlite multiplicare loqui ſubbimia gloriantes.
2.Reg 2.3. Superbiã in tuo ſermone nunquã dominari permittas.
Tob.4.14. Nam ſuperbiæ cõiunctus eſt interitus,multaq;perturbatio.
Diſper-



Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguã ma Pſal.11.4.
gniloquam.
Laudet te alienus,& nõ os tuũ:extraneus & non labia tua. Prou. 27. 2.
Auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ & nõ Soph.3.11.
adiicies exaltari amplius in monte ſancto tuo..
Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Rom.1.23.
Non audemus inſerere aut cõparere nos quibuſdam, qui 2.Cor.10. 12.
ſeipſos commedant,ſed ipſi in nobi nosmetipſos metientes,
& comparantes noſmetipſos nobis.
Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed Ibidem. 18.
quem Deus commendat.
Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exal Iac.3.5.
tat(& etiam parua.)

## *Idololatriæ probibitio ſtricta.*

NOn facietis deos argẽteos,nec deos aureos facietis vobis Exo.20.23
Non adorabis deos eorum,nec coles eos, nec facies ope 23.24.
Deos conflatiles non facies tibi. (ra eorum 34.14.
Nolite conuerti ad idola nec deos conflatiles faciatis vo- Leu.19.4
bis.Ego Dominus Deus veſter.
Non vidiſtis aliq̃ ſimilitudinẽ in die qua locutus eſt vo- Deut.4.15.
biẏ Dñs in Oreb de medio ignis: Ne forte decepti faciatis
vobis ſculptã ſimilitudinem,aut imaginẽ,maſculi vel fœmi
næ,ſimilitudinẽ omniũ iumentorum quæ ſunt ſuper terrã,
vel auium ſub cælo volatilium,atq; reptilium quæ mouen-
tur in terra,ſiue piſcium,atq; ſub terra morãtur in aquis:ne
forte eleuatis oculis ad cælũ,videas Solẽ & Lunam, & om-
nia aſtra cæli & errore deceptus adores eas,& collas.
Non plantabis lucum & omnem arborẽ iuxta altare Do-
mini Dei tui,Nec facies tibi atque conſtitues ſtatuam, quæ 16.21.
odit Dominus Deus tuus.
Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienũ.
Quoniam omnes Dij Gentium dæmonia. Pſal. 80. 10.
Cui ergo ſimilẽ feciſtis Deum?aut quã imaginem pone- 95.5.
tis ei?Nunquid ſculptile conflabit faber?aut artifex auro fi- Eſa.40. 18.
gurabit illud & laminis argenteis argentarius?

## *Conditio vana.*

NVnquid vltores eſtis Baal,vt pugnetis pro eo?Si Deus eſt, Iud.6.31.
vindicet ſe de eo,qui ſuffodit aram eius.
Simulachra gentiũ argentum & aurũ opera manuũ ho- Pſal.113. 12
minũ,Os habẽt & nõ loquẽtur:Aures habent & non audiẽt:

Manus habẽt & non palpabunt: Pedes habẽt & non ambu labunt.

Sap.13.10. Infelices aũt ſunt, qui inter mortuos ſpes illorum, qui appellauerunt Deos, opera manuum hominum, aurum & argẽtum, artis inuentionem, & ſimilitudines animaliũm, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

Ibid.17. Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt, & pro ſanitate quidem ifirmũ deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt, & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis.

14.27. Infandorũ enim cultura idolorum, omnis mali cauſa eſt & initium & finis, aut enim dum lętentur inſaniunt, aut certè vaticinantur falſa aut viuunt iniuſtè, aut peierant citò.

Eſa.44.8. Nunquid eſt Deus abſque me, & formator quem ego nõ nouerim? Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorũ non proderunt eis: ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vidẽt, neque intelligunt vt confundantur.

46.5. Cui aſſimulaſtis me, & adæquaſtis, & cõparaſtis me & feciſtis ſimile? Qui cõfertis aurũ de ſaculo, & argẽtum ſtatera ponderatis conducẽtes artificẽ, vt faciat Deum, & procidunt & adorant, portant illum in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo, et ſtabit ac de loco ſuo non mouebitur.

Ibid.7. Sed et cum clamauerint ad eum non audiet, de tribulatione non ſalutabit eum. Mementote illud et confundamini, redite præuaricatores ad cor.

1.Ioan.5.21. Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris..

## Punitio.

Deut.4.25. SI genueritis filios ac nepotes, et morati fueritis in terra, decepti'q; feceritis vobis aliq̃ ſimilitudinẽ, patrãtes malũ corã Dño Deo veſtro, vt eum ad iracundiam prouocetis teſtes inuoco hodie cælum et terrã, citò perituros vos eſſe de terra, quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis.

13.6. Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuę, aut filius tuus, ſiue vxor, q̃ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quẽ diligis vt animã tuam, clã dicens: Eamus, et ſeruiamus Diis alienis, quos ignoras tu et patres tui, cunctarum in circuitu Gentiũ, quæ iuxta vel procul ſunt ab initio vſque ad finẽ terræ, non acquieſcas ei, nec audias, neq; pareat ei oculus tuus, vt miſerearis, et occultes eũ: ſed ſtatim interficies. Sit primũ manus tua



tua ſuper eum: & poſt te, omnis populus mittat manum lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo.

Maledictus homo qui fecit ſculptile, & conflatile abominationem Domini, opus manuum artificum ponetque illud in abſcondito. 27.15.

Confundantur omnes qui adorant ſculptilia & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Pſal.96.7.

Gloriã meam alteri non dabo, & laudẽ meã ſculptilibus. Eſa.42.8.

Confundantur confuſione qui confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili, Vos dij noſtri. Ibid.17.

Tranſite ad inſulas Cethim, & videte ſi ſanctum eſt huiuſcemodi: ſi mutauit gens deos ſuos. Et certe ipſi non ſunt dij. Populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehemẽter, dicit Dominus. Ierem. 2. 11

## Occoſio voluptuoſa.

SVrgẽteſq; manè obtulerũt holocauſta & hoſtias pacificas & ſedit Populus mãducare & bibere, & ſurrexerũt ludere. Exod.32.6.

Initium enim fornicationis eſt, exquiſitio idolorũ, & adinuentio illorum corruptio vitę eſt. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominũ hæc adinuenit. Sap.14.12.

Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginẽ, & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat nunc tanquam Deum collere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia. Ibid.15.

## I

*IAbes in Galaad opprimitur ad Iſrael, Iudic, 21.10. obſidetur. 1. Reg. 11.1. viri Iabes Galaad exhibent miſericordiam Sauli, & filio eius. 31.12.*

*Iacob filius Iſaac naſcitur, Geneſ. 25.23. emit à fratre Eſau primigoenita. Gen. 25.31. præripit Eſau benedictionẽ 27.5.* proficiſcitur ad Labã. 28.10. videt ſcalã, & vouet votũ, 28.12.20. ſeruit Laban pro duab⁹ filiabus, 29.18. reuertitur in patriam. 31.17. luctatur cum angelo. 32.24. vocatur Iſrael. 32.27. ☩. 35.10.3. Reg. 18 31. mittit filios in Aegyptum, 42.1. migrat cum tota ſua familia in Aegyptum. 46.*. Deuter. 10.22. filios Ioſeph adoptat in ſuos. 48.5.8. benedicit duodecim filijs & moritur, 49.33. ſepelitur cum patribus ſuis in terra Chanaan. 50.4.7. ſecundum promiſſionem, 47.29. & ſecundum mandatum. 49.29. commendatur*

*datur, Eccl. 44.24. vide Iſrael.*

Iacob *Zebedæi filius vocatur, Matth. 4.20. occiditur,* Act. 12.2.

*Iebus appellatur Ieruſalem,* Ioſ. 15.8. Iudic. 19.10. 1. Par. 11.4. *Iebuſæos expugnare non poterat Iſrael, Iudic* 1.21. *ſuperantur tamen à Dauid* 2. *Reg* 5.8.

Iehu *filius Hanani prophetæ arguit regem Ioſaphat.* 2. Par. 19.2. *mittitur ad Baaſa regem Iſrael* 3. Regum. 16.1.7. *Iehu filius* Ioſaphat *filij Namſi vngitur vt rex eſſet Iſrael, ad delendam domũ* Achab. 4. Reg. 9. 1.6. *iuxta præſcriptum* 3 Re. 19.16. *occidit* Ieſabel. 4. *Reg.* 9. 30.33. *occidit ſeptuaginta filios* Achab, 10.1. *iubet comprehendi & iugulari fratres Ochoziæ* Regis *Iudæ*, 10.14. *perdit ſeruos Baal,* 4. Reg. 10.17.25. *moriť.* 10.35.

## *Ieiunium & ieiunandum eſſe, Vide Quadrageſima.*

Ioel 2.12. NVnc ergo dicit dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio et fletu et planctu.

Tob. 12.8. Bona eſt oratio cũ ieiunio, et eleemoſina magis quã theſauros auri recondere.

Matth. 6.16. Cùm autẽ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminãt autem facies ſuas, vt appareant hominib. ieiunantes. Amen amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuã.

Marc. 2.20. Venient autem dies cùm auferetur ab eis, ſponſus et tũc ieiunabunt in illis diebus, Luc. 35. idem.

Luc. 2.37. Quæ non diſcedebat de templo (loquitur de Anna) ieiuniis et obſecrationibus ſeruiens nocte ac die.

2. Cor. 6.5. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in plagis, in carceribus, in laboribus in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in longanimitàte, in Spiritu ſancto in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, etc.

Cap. 11.27. In laboribus (fui) et erumna, in vigiliis multis, in fame et siti in ieiuniis multis, in frigore et nuditate, etc.

Act. 13.2. Miniſtrantibus autem illis domino, et ieiunantibus dixit ſpiritus ſanctus. Segregate mihi Saulum et Bernabam, in opus ad quod aſſumpſi eos, tunc ieiunantes et orantes, imponeńtque ei manus dimiſerunt eos.

Cap. 14.22. Cùm conſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias preſbyteros: et orantes cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderũt, Vide verbum, *Quadrageſima.*





## *Ieiunij meritum.*

PRæualuerunt ſermones Ionadas filij Rechas quos præce Hiere. 35.14.
pit filiis ſuis, vt non biberent vinum, & non biberunt vſ-
que ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui.
19. Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael,
non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechas ſtans in con-
ſpectu meo cunctis diebus.

Et clamauit (Ionas) & dixit in Niniue, ex ore regis atque principium eius dicẽs: homines & iumẽta & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcantur & aquã non bibãt, &c. 9. Quis ſcit ſi cõuertatur & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ & non peribimus. Et vidit Deus opera eorum quia cõuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis & nõ fecit. *Ionæ.* 3.7.

Et clamauit omnis populus ad Dominum inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis & orationib. ipſi & mulieres eorum. *Iudith.* 4.8

Deſcribitur pœnitentia Iudith, &c. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi cubiculum ſecretum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & habens ſuper lumbos ſuos ciliciũ ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter ſabbatha, & Neomenias & feſta domus Iſrael. *Cap.* 8.5.

Hoc autem genus Dæmoniorum non eiicitur niſi per orationem & ieiunium. *Matth.* 17.21

Tu autem cũ ieiunas, vnge caput tuum et faciẽ tuã laua. *Cap.* 6.17.

## *Ieiunatur pro mortuis.*

SAul, cũ filiis ſuis in pugna caſi corpus truncato capite, in muro Bethſan ſuſpenditur, armaq; eius in tẽplo Aſtaroth, vir aũt Iabes ablatis Saul & filiorum eius corporibus, 12. ſepelierunt in nemore, & ieiunauerunt ſeptem dieb. 1. Reg. 31.

## *Ieiunij exempla.*

INgreſſuſque Moyſes medium nebulæ aſcendit in montẽ & fuit ibi 40. Diebus & 40. noctibus & Cap. 34. 28. *Exod.* 24.18.

Dicitur de illo quod fuerit ibi cùm Domino, 40. Dies & 40. noctes, panem non comedit, & aquam non bibit & ſcripſit in tabulis verba fœderis 10. Præcepta. *Cap.* 34.28.

Quando aſcendi in montẽ (ait Moyſes) vt acciperẽ tabulas lapideas pacti q̃ pepigit vobiſcum Deus, & perſeuerauit in mõte, 40. Dieb. & noctibus panẽ nõ comedens, & aquam nõ bibens. &c. 28 et procidi ante Deũ ſicut prius, 40. diebus *Deut.* 9.9.

& noctibus panem non comedens & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra, quæ geſſiſtis contra Dominum & eum ad iracundiam prouocaſtis.

*Iudic.* 20.26 Quamobrem omnes filij Iſreel venerũt in domum Dei & ſedentes flebant contra Dominum, ieiunaueruntque die illo vſque ad veſperum, & obtulerunt ei holocauſta atque pacificas victimas & ſuper ſtatu ſuo interrogauerunt.

2.*Reg*.7.7. Et conuenerunt (Iſraelitæ) in Maſphah, hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt in die illa atque dixerunt ibi peccauimus domino.

1.Reg.3.35. Hęc faciat mihi Deus (iurauit Dauid dicẽs,) & hæc addat ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud quicquam

*Cap*.12. 16. Deprecatus eſt Dauid dominum pro paruulo (quem ſuſcitauerat ex Vriæ Berſaba) & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram.

2.*Par*.20. ☩ Ammonitis ac Moabitis, ac Syriis cõtra Ioſaphat inſurgẽtib. ipſe prædicato ieiunio vnà cum populo ſuo ſupplex, ad Deum confugit, ſicq; ſe mutuo cædentibus, ſpolia collegit.

1. *Eſd*.1.4. Et prædicaui ibi ieiuniũ iuxta fluuiũ Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo noſtro, & peteremus ab eo viam rectam, nobis & filiis noſtris vniuerſæ ſubſtantiæ noſtræ.

2. *Eſd*.4. 1. Cùm audiſſem verba huiuſmodi (de afflictione magna in Ieruſalem eo tempore, eò quod diſſipabatur populus, & murus ciuitatis) ſedi & fleui, & luxi diebus multis & ieiunabam & orabam ante faciem Dei cœli.

*Eſter*.4. ☩ Luctus Mardochæi ac reliquorum Iudæorum, ob paratũ ipſis interitum. Eſter autem iuſſu Mardochæi Iudæorũ neci occurrit & non vocata ad regem ingreditur, iubet cum ieiunio pro ſe triduo orari, idem ipſa faciente.

*Pſal*.34.13. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

*Hiere*. 36. 9. Prædicauerunt (Hieremias & Baruch) ieiunium omni populo in Hieruſalẽ, & vniuerſæ multitudini quæ cõfluxerat de ciuitatibus Iuda in Hieruſalem.

*Daniel*. 10.3 Panem deſiderabilem non comedi & caro & vinum, non introierunt in os meum, ſed neque vnguẽto vnctus ſum, do nec complerentur trium hæbdomadarum dies.

*Ionæ*.3.5. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium & veſtiri ſaccis à maiore vſque ad minorem.

*Iudith*.4.[illegible] Et fecerũt filij Iſrael ſecundũ ꝙ conſtituerat eis ſacerdos Domini Eliachim, & clamauit omnis populus ad Dñm inſtantia magna & humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis & orationibus ipſi & mulieres eorum, & cap.8.5.



Nunquid & occidere me vis ſicut occidiſti iam ſeptem viros? ad hãc vocem perrexit in ſuperius cubiculum dom⁹ ſuæ & trib. dieb. & tribus noctibus non manducauit, neque bibit, ſed in oratione perſiſtens cũ lachrymis deprecabatur Deum vt ab iſto improperio liberaret eam (ancillam.) *Tob*.3. 10.

Et cùm ieiunaſſet Ieſus 40. diebus & 40. noctibus poſtea eſuriit. *Matth*. 4. 2.

Acceſſerunt ad eũ diſcipuli Ioannis dicẽtes, quare nos et Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus, nunquid poſſunt filij ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus et tunc ieiunabunt. Idem Luc. 5. 33. *Cap*.9.14.

Loquitur de Anna, et hæc vidua vſque ad annos 84. quæ non diſcedebat de templo ieiuniis et obſecrationibus ſeruiens nocte et die *Luc*.2.37.

Tunc ieiunantes et orantes imponentéſque eis manus dimiſerunt illos, cap.14.23. *Act*.13.3.

## *Ieiunium inductum à rege Saul, vide, Abſtinentia.*

ET viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa, adiurauit aũt Saul populũ dicẽs, maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperã donec vlciſcar de inimicis meis. A *Ioſapha*.2.*Pa*. 30.3. Ioſaphat aũt timore perterritus totum ſe contulit ad rogãdum Dominũ et prædicauit ieiunium vniuerſo Iudaæ. Niniuitis et corũ rege. Ionæ.3.5. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deũ, et prædicauerunt ieiuniũ et veſtiti sũt ſaccis à maiore vſque ad minimum, et peruenit verbũ ad regem Niniuæ, et ſurrexit de ſolio ſuo, et abiecit veſtimẽtum ſuũ à ſe et indutus eſt ſacco et ſedit in cinere, et clamauit et dixit in Niniue ex ore regis et principũ eius dicẽs: homines et iumẽta et boues et pecora nõ guſtẽt quicquam nec paſcantur et aquã non bibant: et operiantur ſaccis homines et iumenta et clamẽt ad Dñm in fortitudine, et cõuertatur vir à via ſua mala et ab iniquitate quæ eſt in manib. eorũ etc. *Ab Eſd*. 1. *Eſd*.8.21. Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuiũ Ahaua vt affligerẽ corã Domino Deo coſtro et peteremus ab eo viã rectã nobis et filiis noſtris vniuerſæque ſubitantiæ noſtræ. *1.Reg*.14.24

*Ab Heſter & Mardochæo*, Heſter 4.16. Vade & congrega omnes Iudæos quos in Suſan repereris, & orate pro me (ait Heſter) non comedatis & non bibatis tribus diebus, & trib. noctibus & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo, & tūc ingrediar ad regem contra legem faciens, non vocata, tradenſque me morti & periculo, Vide *Abſtinentia*.

*Ieremias propheta ex Anathoth*. Iere. 29.27. *vocatur, & à Deo mittitur*, 1.4. (1. ☩ 37.11. ☩ 38.4.7.

*Ieremias perſecutionē patitur*, Ier. 18.19. ☩ 20.1. ☩ 26.7. ☩ 33.

*Ieremias inuenit gratiā apud Nabuchodonoſor*, Iere. 39.11.

*Ieremias vinculis ſoluitur à* Nabuzardan, *Iere*. 40.1.

Ieremias *luget* Ioſiam, 2. Par. 35.25.

*Iericho expugnatur & exuritur*, Ioſ. 6.20.24. *reædificatur ab Hiel*. 3. *Reg*. 16.34. *appellatur ciuitas* Palmarum, Deut. 34. 3. 2. Par. 8.15.

*Ieroboam filius Nabat, ſeruus Salomonis, fit inimicus Iſrael* 3. *Reg*. 11.26. 2. Par. 13 *fit rex decem tribuū*, 3. *Reg*. 12. 20. *iuxta verbum Abiæ*, 11.29. *erigit duos aureos vitulos, & falſum cultū Dei*, 12.28.31. *idq; punit̄ & exprobrat̄*, 14.7. ☩ 15.2. ☩ 16.19. 29. 4. *Reg*. 3.3. ☩ 10.29.31. ☩ 13.2.6.11. ☩ 14.24. ☩ 15.9.18.24. ☩ 17.22. ☩ 23.15. *manus eius exareſcit*. 3. Reg. 13.4 *curatur*, 13.6. *moritur*, 14.20. *tota eius domus perditur*, 15.29. *iuxta quod prædictum fuerat*, 14.10. *contra* Ieroboam. Amos. 7.10.

Ieroboā *fili⁹ Ioa, fit rex* Iſrael, 4. *Re*. 13.13. ☩ 14.16. *morit̄*, 14.29.

*Ieruſalem expugnatur à filiis Iudæ, Iud*. 1.8. *eligitur à Deo inhabitaculum* 3. *Reg*. 8. * 2. *Paral*. 6.2. ☩ 7.16.

*Ieruſalem appellatur* Iebus, Ioſ. 15.8. *Iudic*. 19.10. 1. Par. 11.4.

*Ieruſalem appellatur Salem*, *Pſal*. 75.3. (11.1.

Ieroſolymam *quæ trib*. Iacob *inhabitauerint*, 1. *Par*. 9.3.2. *Eſ*.

*Ieruſalem obſidetur à rege Syriæ & Iſraelis*. 4. Reg. 16. 5. *à rege Nabuchodonoſor*, 4 Reg. 24.10. ☩ 25.1.

*Ieruſalem exuritur & euertitur*. 4. Reg. 25.9. *iterū excolitur & reparatur*. 3. *Eſd*. 3. * ☩ 6.15.

Ieruſalem *deſtruenda per Romanos, Dan*. 9.26. *Zach*. 14. 1. *Matth*. 24.1.15. *Luc*. 13.35. ☩ 19.41. ☩ 20.16. ☩ 21 6. *Ioan*. 11. 48.

## *Hyeruſalem ſpiritualis, Eccleſia ſancta.*

*Pſal*. 121.3. HYeruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum.

*Eſai*. 33.20. Reſpice Syon ciuitatem ſolēnitatis noſtræ, oculi tui videbunt Hyeruſalem habitationē opulentam, tabernaculum qd̄ nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum & omnes funiculi eius non rūpentur, quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter. &c.

Paupercula tempeſtate cōuulſa abſq; vlla cōſolatione: ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, & ponam Iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles, &c. *Cap*. 54. 11.

Eccleſiam ad exultationē hortatur, quod in ea Domini gloria reluceat, ad quam acceſſuræ ſunt plurimæ nationes, & quæ ad eā non venerunt peribunt, in qua pax, iuſtitia & laus Dei inuenientur, ablata iniquitate, eritque Dominus in lucē ſempiternam, & gloriam. *Cap*. 60. ☩.

Super muros tuos Hyeruſalē conſtitui cuſtodes tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *Cap*. 62. 6.

Gaudebitis, & exultabitis vſq; in ſempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Hyeruſalem exultationem & populum eius gaudium & exultabo in Hyeruſalē, & gaudebo in populo meo & non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris. *Cap*. 65. 18.

Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Hyeruſalem ciuitatem ſuam à cunctis tribulationibus ſuis. *Tob*. 13. 19.

Exue te Hyeruſalē ſtola luct⁹, & vexationis tuæ & indue te decore & honore eius q̄ à Deo tibi ſempiterna gloria. & 7. *Baruch*. 5. 1.

Illa autem quæ ſurſum eſt Hyeruſalem libera eſt quæ mater eſt noſtra, cap. 11. 10. *Gal*. 4.26.

Sed acceſſiſtis ad Syon montem, & ciuitatē Dei viuētis Hyeruſalē cœleſtē & multorū milliū Angelorū frequentiā & Eccleſiā primitiuorū, qui conſcripti ſunt in cœlis & iudicem omnium Deum & ſpiritus iuſtorum perfectorum. *Hebr*. 12. 22.

Qui vicerit faciam illum colūnam in tēplo Dei mei, & foras nō egredietur amplius & ſcribā ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hieruſalem, quæ deſcendit de cœlo à Deo meo & nomen meum nouum. *Apoc*. 3.12.

Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hyeruſalē nouā deſcendentē de cœlo à Deo paratam, ſicut ſpōſam ornatam viro ſuo, & 10. Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altū et oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hyeruſalem deſcendentē de cœlo à Deo, habentē claritatem Dei, et lumen ei⁹ ſimile lapidi precioſo, tāq̄ lapidi Iaſpidis ſicut chriſtallū. *Cap*. 21. 2.

## *Contra Ieruſalem & eius incolas.*

4.Reg.21.12. HÆc dicit Dominus Deus Iſrael:Ecce ego inducã ma
la ſuper Hieruſalẽ & Iudam & quicunq; audierit tin
niant ambę aures eius,extendã ſup Hieruſalẽ funicu-
lũ Samarię & põdus dom⁹ Achab & delebo Hyeruſalẽ ſicut
deleri ſolẽt tabulę,delẽs vertã & crebri⁹ ſtylũ ſup caput ei⁹.

Cap.23. 27. Dixit Dominus,etiam Iudam auferam à facie mea ſicut
abſtuli Iſrael & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi Hye-
ruſalem & domum de qua dixi:erit nomen meum ibi.

Eſa.3. 1. Ecce.n.dominator Dñs exercituũ auferet à Hyeruſalẽ &
à Iuda validũ & forte omne robur panis,& omne robur aquę
fortẽ & bellatorẽ virũ iudicẽ & prophetã & ariolũ & ſenẽ.

[illegible]p.22.3. Sermo Domini contra Hyeruſalẽ cuius deflet propheta
vaſtitatem,& quod neglecto Deo, fruſtra ſe muniat ad reſi-
ſtendum Aſſyriis:carpuntur quod cum plangere debeant,gu
læ indulgeant & reiecto Sobna tẽpli præpoſito ſubſtituitur
Eliacim,cui magna datur poteſtas.

Cap.29.1. Væ Ariel,Ariel ciuitas,quam expugnauit Dauid, additus
eſt annus ad annum,ſolennitates euolutæ ſunt & circũuala-
bo Ariel & erit triſtis & mœrẽs,& erit mihi quaſi Ariel, &c.
4.humiliaberis , de terra loqueris,& de humo audieť elo-
quium tuum,& erit quaſi Pythonis de terra vox tua, & de
humo eloquium tuum muſſitabit &c.& 7.

Cap. 6. 5. 2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum
qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas.

Hiere.4.3. Hæc dicit Dominus , viro Iuda & habitatori Hyeruſalẽ.
Nouate vobis nouale & nolite ſerere ſuper ſpinas, circũcidi
mini Domino & auferte præputia cordiũ veſtrorum viri Iu
da & habitatores Hyeruſalẽ,ne fortè egrediatur vt ignis in-
dignatio mea & ſuccendatur & nõ ſit qui extinguat propter
malitiã cogitationum veſtrarum , 9. Et erit in die illa dicit
Dominus,peribit cor regis & cor principum & obſtupeſcẽt
ſacerdotes & prophetæ conſternabuntur.

Cap.7.✠ Quod fruſtra confidant in templo , peſſima perpetrãtes,
prophetas audire nolentes ſicut & patres eorũ , quapropter
denunciat templum abiiciẽdum & terrã Iuda redigendã in
ſolitudinem , nec profuturam orationẽ Hyeremiæ pro eis
nec oblata pro eis ſacrificia.&c.

Cap.13.9. Hęc dicit Dñs,ſic putreſcere faciã ſuperbiã Iuda & ſuper-
biã Hyeruſalẽ multã,populũ iſtũ peſſimũ qui nolũt audire
verba mea & ambulãt ĩ prauitate cordis ſui,&c.13. Hęc dicit
Domi-



Dñs,Ecce ego implebo oẽs habitatores terrę huius,& reges
qui ſedẽt de ſtirpe Dauid ſuper thronũ eius & ſacerdotes &
prophetas,& omnes habitatores Hyeruſalẽ ebrietate,& diſ-
perdã eos virũ à fratre ſuo & patres & filios pariter,ait Dñs.

Hæc dicit Dominus ad me:vade & ſta in porta filiorũ po Cap.17.19.
puli per quã ingrediuntur reges Iuda & egrediunť,& in cun
ctis portis Hyeruſalẽ,& dices ad eos:audite verbũ Domini
reges Iuda,& omnis Iuda , cunctiq; habitatores Hyeruſalẽ
qui ingredimini per portas iſtas, Hæc dicit dominus:cuſto-
dite animas veſtras,& nolite portare pondera in die Sabba-
thi,nec inferatis per portas Hyeruſalem.&c.

Audite verbũ Dñi reges Iuda & habitatores Hyeruſalẽ Cap. [illegible]
hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael:ecce ego inducã
afflictionẽ ſuper locũ iſtũ,ita vt omnis qui audierit, tinniẽt
ambę aures eius,eo qđ dereliquerint me,& alienũ fecerint
locũ iſtũ,& libauerint in eo Diis alienis , quos neſcierũt ipſi
& patres eorum & reges Iuda,& repleuerũt locũ iſtũ ſangui
ne innocentiũ &c.6.Propterea ecce dies venient dicit Dñs
& nõ vocabiť amplius locus iſte Topheth & vallis filij En-
nõ,ſed vallis occiſionis,& diſſipabo cõſiliũ Iuda & Hyeruſa
lẽ in loco iſto & ſubuertã eos gladio in conſpectu inimico-
rum ſuorũ,& in manu quærentiũ animas eorum,& dabo ca
dauera eorum eſcam volatilibus cœli & beſtiis terræ.

Reſpõdẽt Hyremias nũciis Sedechię regis ſup obſidione Cap.2[illegible]
Nabuchodonoſor. Iudã vaſtãdã,peſte,gladio,fame,& capti
uitate,ſoloſq; eos victuros,q̃ trãsfugerĩt ad caldęos,Irẽ.c.25.

Ecce ego tollam vos port[illegible]ns & derelinquam vos,& ciui- Cap.2[illegible]
tatẽ quam dedi vobis,& patribus veſtris à facie mea,& dabo
vos in opprobriũ ſempiternũ & in ignominiam æternam,
quæ nunquam obliuione delebitur.

Clauſerat enim eũ (Hyeremiã) Ezechias rex Iuda dicens, Cap.32.3.
quare vaticinaris dicens:hæc dicit Dñs,ecce ego dabo ciui
uitatẽ iſtã ĩ manu regis Babylonis (Nabuchodonoſor) & ca Idem C.i.28.
piet eam,& Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chal
dæorum,ſed tradetur in manus regis Babylonis,&c.

Hęc dicit Dñs Deus Iſrael , vade & loquere ad Sedechiã Cap.34.2.
regẽ Iuda,& dices ad eũ:hæc dicit Dominus,ecce ego tradã
ciuitatẽ hãc in manu⁹ regis Babylonis & ſuccẽdet eã igne &
tu nõ effugies de manu eius Nabuchodonoſor,ſed cõprehẽ-
ſione capieris & in manu eius traderis:Idem cap.38.3.

Domus Iſrael noluit audire te q̃a noluit audire me,omnis Ezech. 3.7.
quippe

quippe domus Iſrael attrita fronte eſt & duro corde.

Cap.4.☩ Iubetur propheta figurare obſidionem Hyeruſalē ac dormire ſuper latus ſiniſtrũ 390.diebus, ſuper dextrum vero 40. ac vilem cibum & fœdè cõfectum ſibi præparare quibus deſignet calamitatē filiorum Iſrael, obſidionē & afflictionem habitantium Hyeroſolimis.

Cap. 5.☩ Per detõſos capitis & barbæ prophetæ pilos iuſſu Domini varièq; conſumptos deſignantur Iudæi, propter ſua peccata, fame & gladio cõſumẽdi, ſic vt patres filios, filij patres comedant, reliqui verò in captiuitatem ducendi vbi ſint opprobrium ac ſtupor gentibus quarum ſuperarunt ſcelera.

Cap.15.☩ Sicut de vite præciſum ſoli ſeruit igni, ita Iudæos ob inueterata peccata Hyeruſalem dicit exurendos.

Cap. 22.☩ Varia narrat ſcelera Hyeruſolymis perpetrata ꝓpter quæ dicit ſe ſuper eos effuſurum indignationem ſuam, narratq; ſcelera ſacerdotum, principum pſeudoprophetarum ac populi terræ vt nullus inuentus ſit qui pro auertendo furore Domini ſe opponeret, & cap.23.

Sophō.3.☩ Arguit Hyeruſalem & præcipuè rectores eius, quibus minatur celerem Dei vindictam, quod neque beneficiis neque flagellis ſint ad ipſum conuerſi.

## *Ignorantia.*

Prou. 1.22. VSquequo imprudentes odibunt ſcientiam?

19. 2. Vbi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum.

Eccleſ. 10.3. Stultus in via ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat.

Eccleſ. 10. 3. Rex inſipiens, perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum perdentium.

Sap.7. 28. Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat.

Eccleſ.21. 14. Non erudietur qui non eſt ſapiens in bono.

Ibidem. 17. Cor fatui quaſi vas cõfractũ, & omnē ſapiētiā nõ tenebit.

Iere. 8. 9. Verbum Domini proiecerũt, & ſapientia nulla eſt in eis.

1. Cor. 8. 2. Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum agnouit quomodo oporteat eum ſcire.

## *Ignorantia turpiter admittitur.*

Sap. 13. 1. VAni autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei.

1. Cor. 15. 34. Ignorantiam enim Dei quidam habent.

Epheſ.4. 17. Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant.

Gre-



## *Grauiter punitur.*

LEones interficiunt eos, qui ignorant ritum Dei terræ. 4. Reg.17.26

Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Iob.4. 20.

Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Prou. 8. 36

Qui euitat diſcere, incidet in mala. 17. 16.

Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſcientiam. Eſaie. 5.

Non enim eſt populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non parcet ei. 27. 11.

Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Baruch 3.

Quia tu ſcientiam repuliſti, repellã te ne ſacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorũ tuorum & ego. Oſee. 4. 6.

Et populus non intelligens vapulabit. Ibidem. 14.

Si quis ignorat, ignorabitur. 1.Cor. 14.38.

*Iezabel impia, impij Achab coniunx, 3. Reg.16.31.*☩*21.5. 7. occidit prophetas Domini. 18. 4. 13. minatur Heliæ prophetæ mortem, 19. 2. à canibus dilaceratur. 4. Reg. 9. 33. iuxta verbum Heliæ prophetæ* 3.Reg. (21.23.

*Illuminati dicuntur Baptizati.* Heb.6.4.

## *Imagines iuſſit Deus fieri.*

DVos quoque Cherubin aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi Cherub. vnus ſit in latere vno, & alter in altero. Exo. 25.

Fac ſerpentem æneum & pone eum pro ſigno qui percuſſus aſpexerit eum viuet, fecit ergo Moyſes ſerpentem æneũ & poſuit eũ pro ſigno, quē cũ percuſſi aſpicerēt ſanabantur. Num. 21.8.

## *Imagines fecit Salomon.*

ET ſculpſit Cherubin & palmas & cælaturas valde eminētes, operuitq; oĩa laminis aureis opere quadro ad regulam. 3. Reg. 6.35.

Et ſtabãt ſuper 12. (colũnas) boues ex quibus tres reſpiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentē, & tres ad Meridiem, & tres ad orientē, &c. 29. & inter coronulas & plectas, leones & boues & Cherubin & in iũcturis ſimiliter deſuper & ſubter leones & boues quaſi lora ex ære deſcēdētia, 36. ſculpſit quoq; in tabulatis illis quę erãt de ære & in angulis cherubin & leones & palmas quaſi in ſimilitudinē hominis ſtãtis vt nõ cęlata, ſed appoſita ꝑ circuitũ viderētur. Irē c.10.19. Cap.7. 25.

Fecit

2.Para.3.10. Fecit etiã (Salomon) in domo ſancti ſanctorũ Cherubin duos,opere ſtatuario & texit eos auro, alę Cherubin viginti cubitis extendebatur,&c.14.Itẽ ca.4.3. Similitudo quoq; bo um erat ſubter illud ( ſcilicet altare ) q̃d ſtruxerat Salomon.

### *Imaginum vſus.*

Num.21. 01. ORauitq; Moyſes vt tollerẽtur ſerpẽtes à populo & locutus eſt Dñs ad eum,fac ſerpentẽ æneum & põne eũ pro ſigno,qui percuſſus aſpexerit eum viuet, & poſuit eum pro ſigno,quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur.

Sap.16. 6. Sed non in perpetuum ira tua permãſit,ſed ad correptionẽ in breui turbati ſunt,ſignũ habentes ſalutis ad cõmemorationẽ mãdati legis tuę,qui enim conuerſus eſt,nõ per hoc quod videbat ſanabatur,ſed per te ſaluatorem omnium.

Ioſue.22. 26. Extruamus nobis altare non in holocauſta neque ad victimas offerendas,ſed in teſtimonium inter nos & vos & ſobolem noſtram veſtrámque progeniem,vt ſeruiamus Dño &c.34.Vocaueruntque filij Ruben & Gad altare quod extruxerunt(ante tabernaculum Domini) teſtimonium noſtrum. quod Dominus ipſe eſt Deus.

Ioan.3.14. Serpens æneus figura erat Chriſti futuri.vt habetur Ioannis 13.dicentis:Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat,ſed habeat vitam æternam.

### *Imitandus homo homini.*

Pſal.36.1. NOli emulari in malignantibus,neque zelaueris facientes iniquitatem.

Ibidem.7. Noli æmulari in eo,qui proſperatur in via ſua.

Prou.3.31. Ne æmuleris hominẽ iniuſtum, nec imiteris vias eius.

4.14. Ne delecteris in ſemitis impiorum,nec tibi placeat malorum via.

24.1. Ne æmuleris viros malos,nec deſideres eſſe cum eis.

1.Cor.4.16. Rogo ergo vos imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti:Ideo miſi ad vos Timotheum,qui eſt filius meus chariſſimus & fidelis in Domino ,qui vos cõmonefaciat vias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu.

2.Cor.2.15. Chriſti bonus odor ſumus Deo,in his,qui ſalui fiunt,& in his qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vitę in vitam.

2.Theſſ.3.5. Denunciamus aũt vobis fratres in nomine Domini Ieſu Chriſti,vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate,& non ſecundum traditionem quã accepiſtis à nobis. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat immitari nos.



Cupimus autem vnumquenque veſtrum eandem oſtentare ſolicitudinẽ.ad expletionã ſpei.vſq; ad finẽ, vt non ſegnes efficiamini,verũ immitatores eorum,qui fide & patientia hęreditabunt promiſſiones. Heb.6.12.

Chariſſime,noli immitari malum,ſed quod bonum eſt. 3.Ioan.11.

### *Immiſericordia & eius meritum.*

QVantoque opprimebant eos,tanto magis multiplicabãtur & creſcebant oderantq; filios Iſrael Aegyptij. Exo.1.12.

Ammonites & Moabites etiam poſt decimã generationẽ non intrabunt eccleſiam Domini in æternũ, quia noluerũt vobis occurrere cum pane & aqua in via quam egreſſi eſtis de Aegypto. Deut.23 3.

Dixitq; Gedeõ ad viros Socoth, date obſecro panẽ populo qui mecũ eſt,quia valde defecerunt vt poſſimus perſequi Zebee & Salmana reges Madian.Reſponderũt principes Socoth. Forcitan palmæ manũ Zebee & Salmana in manu tua ſunt,& idcirco poſtulas vt demus exercitui tuo panes.15.Venitq; Gedeõ ad Socoth.& dixit eis:En Zebee & Salmana ſuper q̃b⁹ exprobraſtis Mihi,dicẽtes forcitan in manibus tuis ſunt & idcirco poſtulas vt demus viris q̃ laſſi ſunt & defecerũt panes.Tulit ergo Gedeõ ſeniores ciuitatis & ſpinas deſerti ac tribulos & contriuit cũ eis atque comminuit viros Socoth. Judic.8.5.

Reſpondẽs Nabal pueris Dauid ait:Quis eſt Dauid & q̃s eſt filius Iſai?Hodie increuerunt ſerui qui fugiunt Dominos ſuos,tollã ergo panes meos & aquas meas & carnes peccorũ q̃ occidi tõſoribus meis,& dabo viri quos neſcio vnde ſunt &c.38 Cũque pertranſiſſet Dauid cum ſuis decẽ dies,percuſſit Dominus Nabal & mortuus eſt &c. 1.Reg.25.10

Quoniam confringens nudauit pauperes, domum rapuit &non ædificauit eam. Iob.20.19.

Anima impij deſiderat malũ nõ miſerebitur proximo ſuo. Prou.21.10.

Redde q̃d debes(dixit rex ſeruo ſuo)Procidẽs ſeruus eius rogabat eũ dicens:Patientiã habe in me & omnia reddã tibi Ille autem noluit ſed abiit & miſit eum in carcerem donec redderet debitum &c.34.Et iratus Dominus eius tradidit eũ tortoribus quo adusque redderet vniuerſum debitum.Sic & pater meus(ait Chriſtus)faciet vobis ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Matt.18.30

Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ qui paratus eſt diabolo Cap.25.41

diabolo & angelis eius, eſuriui enim ,, & non dediſtis mihi manducare.&c.

*Luc.* 6.19. Homo quidā erat diues,& induebatur purpura & byſſo & epulabatur quotidie ſplēdidè. Et erat qdā mēdicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuā eius vlcerib⁹ plenus cupiēs ſaturari de micis quæ cadebāt de mēſa diuitis & nemo illi dabat,ſed & canes veniebāt & lingebāt vlcera eius.Sed & factū eſt vt moreretur mēdicus & portabatur ab angelis in ſinum Abrahæ,mortuus eſt autē & diues & ſepultus eſt in inferno.

*Iaco.*2.13. Iudicium enim ſine miſericordia fiet illi,qui non fecit miſericordiam,ſuperexaltat autem miſericordia iudicium.

## *Impatientia & eius punitio.*

*Exod.*14.11. *Idē.ca.*21.11. *Nume.*5. ET dixerūt ad Moyſen filij Iſrael.forſitā nō erāt ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine. Quid hoc facere voluiſti vt educeres nos de Aegypto? Nōne iſte eſt ſermo quē loquebamur ad te in Aegypto dicētes: recede à nobis vt ſeruiamus Aegyptiis? multo enim melius erat ſeruire eis quā mori in ſolitudine. Et ait Moyſes ad populum nolite timere,ſtate & videte magnalia Domini quæ facturus eſt hodie.&c.

*Cap.*15.14. Aſcenderunt populi & irati ſunt,dolores obtinuerunt habitatores Philiſtiim & ca.17.2.

*Exo.*16.2. Et murmurauit omnis cōgregatio filiorū Iſrael cōtra Moyſen & Aarō in ſolitudine dixerūtq; filij Iſrael ad eos, vtinā mortui eſſemus ꝑ manū Dñi in terra Aegypti qn̄ ſedebamus ſup ollas carniū & comedebam⁹ panē in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertū iſtud vt occideretis oēm multitudinē fame? dixit autem Dominus ad Moyſen. Ecce ego pluā vobis panē de cœlo &c.7. Mane videbitis gloriam Domini (dicunt Moyſes & Aaron,illis murmurantibus) audiui enim murmur veſtrum contra Dominum, nos vero quid ſumus quia muſſitatis contra nos.

*Num.*11.1. Interea ortū eſt murmur populi Iſraelis quaſi dolētiū pro labore contra Dominū. Quod cū audiſſet Dominus iratus eſt,& accēſus in eos ignis Domini deuorauit extremā caſtrorum partē &c.10.audiuit ergo Moyſes populū flentē per familias ſingulas per oſtia tētorij ſui.Iratuſque eſt furor Domini valde,ſed & moyſi intolleranda res viſa eſt.

*Cap.*14.1. Vociferās oīs turba fleuit nocte illa,& murmurati ſunt cōtra Moyſen & Aaron cuncti filij Iſrael,dicentes. Vtinā mortui



eſſemus in Aegypto & non in hac vaſta ſolitudine &c.26 Locutuſq; eſt Dñs ad Moyſen & Aaron dicens: Vſquequo multitudo hæc peſſima murmurat cōtra me? Querelas filiorum Iſrael audiui dic ergo eis: Viuo ego ait Dominus, Sicut locuti eſtis audiente me,ſic faciam vobis.

Quia non concluſit oſtia ventris qui portauit me,nec abſtulit mala ab oculis meis. Quare nō in vulua mortuus ſum egreſſus ex vtero non ſtatim perij &c. *Iob.*3.10.

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam,qui autem diſſimulat iniuriam calidus eſt. *Prou.* 12. 16.

Væ ij qui perdiderūt ſuſtinentiā & qui dereliquerunt vias rectas & diuerterunt in vias prauas. *Eccl.*2.16.

### *Impiorum dicta,facta,& cogitata contra pios*

DIxerunt enim impij cogitātes apud ſe nō rectè exiguū & cū tędio eſt tēpus vitę noſtrę & nō eſt refrigeriū ī fine hominis & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis,qa ex nihilo nati ſumus & poſt hoc erimus tanq̄ nō fuerimus &c.6. Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt & vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. Vino precioſo & vnguentis nos impleamus & non prætereat nos flos temporis.&c. *Sap.* 2.1.

Dum ſuperbit impius incēditur pauper,cōprehēduntur in conciliis quibus cogitāt. Quoniā laudatur peccator in deſideriis animæ ſuę & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dñm peccator ſcđm multitudinē iræ ſuę nō quęrat,nō eſt Deus in conſpectu eius inquinatæ ſunt viæ illius in omni tēpore &c.27.Dixit.n.in corde ſuo non mouebor à generatione in gñationē ſine malo,cuius maledictione os plenū eſt & amaritudine & dolo,ſub lingua eius labor & dolor ſedet in inſidis cum diuitibus in occultis vt interficiat innocentem. &c. *Pſal* 9.23.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcū, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra vt ſagittēt in obſcuro rectos corde. *Pſal.* 10.2.

Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum labia doloſa in corde & corde locuti ſunt &c. *Pſal.*11.2.

Dixit inſipiēs in corde ſuo nō eſt Deus,corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis nō eſt qui faciat bonū nō eſt vſque ad vnū. 3.Rom. Sepulchrū patēs eſt guttur eorum linguis ſuis doloſè agebant,venenum aſpidū ſub labiis eorū quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt,veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. *Pſal.*13.1.

Ne delecteris in ſemitis īpiorū,nec tibi placeat malorū via. *Prou.* 4.14.

Cc 2 fuge

fuge ab ea nec tranſeas per illam, declina & deſere eã, non enim dormiunt niſi malefecerint.

### *Impiorum proſperitas.*

*Iob.*10.3. NVnquid bonum tibi videtur ſi calũnieris & opprimas me opus manuũ tuarũ & conſilium impiorum adiuues &c.

*Cap.*21.7. Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis 10. Bos eorum cõcepit & nõ abortiuit, vacca peperit & non eſt priuata fetu ſuo.

*Pſal.*72.8. Cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelo locuti ſunt.

*Pſal.*91.8. Cum exorti fuerint peccatores ſicut fenũ, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

4.*Eſdr*.3.28. Nunquid meliora faciunt qui habitãt Babylonẽ, & ꝑpter ea dominabitur Syõ? 31. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc? nunquid meliora fecit Babylon quã Sion?

*Hyere*.12.1. Iuſtus quidem tu es domine ſi diſputem tecũ, verũtamen iuſta loquar ad te. Quare via impiorũ preſperatur, bene eſt oĩbus q̃ preuaricantur & inique agunt? plantaſti eos & radicẽ miſerunt: proficiunt & faciunt fructum, prope es tu ori eorũ & longe à renibus eorum & tu Domine noſti me &c.

*Abacuc*.1.13 Mundi ſunt oculi tui ne videas malũ & reſpicere ad iniquitatem non poteris, quare non reſpicis ſuper iniqua agentes. & taces deuorante impio iuſtiorem ſe.

### *Impiorum proſperitas bonis admirationem parit.*

*Iob*.21.7. QVare ergo impij uiuũt ſubleuati ſunt, confortatiq; diuitiis &c. 13. Dicunt in bonis dies ſuos & in puncto ad interna deſcendunt.

*Pſal*.72.2. Mei autem plenè moti ſunt pedes. plene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns.

*Ecclеſ*.7.16 Non oderis laborioſa opera & ruſticitatem creatam ab altiſſimo..

*Hiere*.12.1. Iuſtus quidem tu es Dñe ſi diſputem tecũ, veruntamen iuſta loquar ad te. quare via impiorũ ꝓſperatur, bene eſt oĩb⁹ qui præuaricantur & inique agunt? Plantaſti eos & radicem miſerunt, proficiunt & faciunt fructum, prope es tui ori eorum & longe à renibus eorum & tu domine noſti me &c.

*Abacuc*.i.13. Mundi ſunt oculi tui ne videant malũ & reſpicere ad iniquitatem non poteris, quare non reſpicis ſuper iniqua agentes & taces deuorante impio iuſtiorem ſe: &c.

*Mach*.3.15. Ergo nũc beatos⁹ dicim arrogantes ſiquidẽ ędificati ſunt facien-



tes impietetem & tentauerunt Deũ & ſalui facti ſunt.

### *Impij incidunt in mala quæ piis pararunt.*

CVmq; inſpexiſſet Philiſteus et vidiſtet Dauid, erat autẽ adoleſcens rufus et pulcher aſpectu, Et dixit ad Dauid nũqd ego canis ſũ & tu venis ad me cũ baculo? et maledixit Philiſteus ad Dauid, Veni ad me et dabo carnes tuas volatilibus cœli et beſtiis terræ etc. 48. Cũ ergo ſurrexit Philiſteus vt veniret et appropinquaret cõtra Dauid, Feſtinauit Dauid et cucurrit ad pugnã ex aduerſo Philiſtei et miſit manũ ſuã in perã, tulitq; vnũ lapidẽ et funda iecit et circunducẽs ꝑcuſſit Philiſteũ in fronte, et infixus eſt lapis in fronte eius et cecidit in faciem eius ſuper terram etc. 1.Reg.17.42

Dixitque Saul ad armigerũ ſuũ, Euagina gladiũ tuũ et ꝑcute me ne forte veniant incirconciſi et interficiant me illudentes mihi, et noluit armiger eius: Fuerat enim nimio terrore perterritus: arripuit ita Saul gladiũ ſuũ et irruit ſuper eum (ſcilicet gladiũ). Quod cum vidiſſet armiger eius (videlicet quod mortuus eſſet Saul) irruit et ipſe ſuper gladiũ ſuum et mortuus eſt cũ eo. Mortuus eſt ergo Saul et tres filij eius et armiger illius et vniuerſi viri eius in die illa pariter. 2.Reg.31.4.

Suſpẽſus eſt itaque Amã in patibulo quod parauerat Mardocheo et regis ira quieuit. *Heſter*.7.16,

Laccum aperuit et effodit eum et incipit in foueam quam fecit. *Pſal*.7.16.

Exultabo in ſalutari ſuo: infixæ ſunt gẽtes in interitu quẽ fecerunt. 9.16.

Veniet illis laqueus quem ignorant et captio quã abſcẽderunt apprehendat illos et in laqueum cadunt in ipſum. 34.8.

Gladiũ euaginauerunt peccatores, intẽderunt arcũ ſuũ vt decipiãt pauperẽ et inopẽ, vt trucident rectos corde gladius eorum intret in corda ipſorum et arcus eorum cõfringatur. 36.14.

Qui fodit foueum incidet in eam et qui voluit lapidem reuertetur ad eum. *Prou*.26.27.

Qui fodit foueam incidet in eã et qui diſſipat ſepẽ mordebit eum coluber Hyerem.48. per totum. Iudith.13.4. *Ecclеſ*.10.8.

Vę qui prædaris, nonne et ipſe prædaberis? et qui ſpernis nõne et ipſe ſperneris? cũ conſummaueris deprædationem, deprędaberis, cũ fatigatus deſieris contemnere, cõtemneris. *Eſa*.33.1.

Nã iuſſio regis vrgebat. Fornax autẽ ſucceñſa erat nimis, Porro viros illos qui miſerant Sidrach, Miſach et Abdenago *Dan*. 3.22.

interfecit flamma ignis.,
Cap.6.24. Iubente aũt rege adducti ſunt viri illi qui accuſauerunt
Danielẽ & in lacum leonum miſſi ſunt ipſi & filij eorum &
vxores eorum & nõ peruenerunt vſque ad pauimẽtum laci
donec arriperẽt eos Leones & omnia oſſa eorũ cõminuerũt.
Cap.13.✠ Caſtiſſimã Suſannã impudẽtiſſimi preſbiteri cũ eius cõcu
bitu frui nõ poſſent, falſo adulterij accuſant, ſed cũ ad mor-
tẽ duceretur orantẽ exaudiuit Deus & per puerum Danielẽ
proprio ore cõuictos ſenes iure talionis populus interimit.
Ecclеſ.27.28 Qui in altum mittit lapidem ſuper caput eius cadet & pla
ga doloſa doloſi diuidet vulnera, & qui fodit foueam inci-
det in eam & qui ſtatuit lapidem proximo offendit in eo, &
qui laqueam alij ponit peribit in illo.
Apoc.18.7. Reddite illi ſicut & ille reddidit vobis, & duplicate duplicia
ſecũdũ opera eius, in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplũ

### *Impij incidunt frequenter in malum quod timent.*

Iob.6.16. QVi timent pruinam irruet ſuper eos nix &c.
Prou.1.29. Ego quoque in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo,
cùm vobis id quod timebatis euenerit. (bitur.
Cap.10.24. Quod timet impius veniet ſuper eũ, deſideriũ ſuũ iuſtis da
Eſa.66.3. Hæc omnia eligerunt in viis ſuis & in abominationibus
ſuis aĩa eorum delectata eſt. Vnde & ego eligam illuſiones
eorum & quæ timebant, adducam eis: quia vocaui & non
erat qui reſponderet, locutus ſum & non audierũt, fecerũt-
que malum in oculis meis & quæ nolui elegerunt.

### *Impiorum ſubita & improuiſa punitio & euerſio.*

Geneſ.7.✠ INgreſſo Noe cũ ſuis in arca, ſtatim aqua omniũ cacumi-
na mõtium 150. dieb. ſuperauit reliquaque animãtia ſub-
uerſit. cap.6 Hominis peccata fuere diluuij cauſa. &c.
Cap.14. 15. Et diuiſis ſociis, irruit ſuper eos nocte (Abraham) percuſ-
ſitque eos & perſecutus eſt eos qui ſeruierant Chodorlao-
mor, vſque Hoba & Phœnicen quæ eſt ad leuam Damaſci.
Cap.19.24. Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſul
phur & ignem à Domino de cœlo & ſubuertit ciuitates has
& omnem circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium
& cuncta terræ virentia & ca.34.25.
Exod.14.24. Iãq; aduenerat vigilia matutina & ecce reſpiciẽs dñs ſup ca
ſtra Ægyptiorũ per colũnã ignis & nubis interfecit exerci-
tuũ eorũ & ſubuertit rotas curruũ ferebãturq; in profũdũ
Egreſſuſque



Egreſſuſque ignis à Domino deuorauit eos & mortui Leuit.10.2
ſunt coram Domino.
Adhuc carnes erant in dentibus eorum (Iudæorum) nec Num.11.33.
defecerat huiuſcemodi cibus, & ecce furor Domini conci-
tatus in populum percuſſit eum plaga magna nimis.
Cõfeſtim igitur vt ceſſauit loq (Moyſes) dirupta eſt terra Cap.16.31.
ſub pedibus eorũ (Chore, Dathan & Abyron) & aperiens os
ſuũ deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtã
tia eorum, deſcẽderuntq; viui in infernũ operti humo, & pe
rierũt de medio multitudinis & c.35. Sed & ignis à dño egreſ
ſus interfecit ducentos 50. viros qui offerebant incenſa.
Quinque reges oppugnantes Gabaon immoto ſole vnius Ioſue.10.✠
diei ſpacio vincuntur (a Ioſue) & ex ſpelunca extracti ſuſpẽ-
duntur, pluréſque aliæ ciuitates capiuntur.
Expugnat Ioſue Iabin cum aliis plurimis regibus ac po- Cap.11.✠
pulis omnia ſeruans quæ Dominus Moyſi præceperat.
Debora pphetiſſa ac Barac aduerſus Syſarã principẽ regis Iudic.4.
Iabin dimicãt, quẽ profugũ occidit Iabel, vxor Aber Cinei
Probatis ad aquas his quæ ad bellũ eſſẽt pgreſſuri Gedeõ Cap.7.
audito vni9 è caſtris Madianitarũ sõnio in eos irruit tubis,
lagenis ac lucernis armat9, quos cũ Oreb & Zeb principib.
eorũ deuicit. (mana viros Socoth & Phanuel perdidit.
Ephraim inſurgit aduerſus Gedeõ q deuictis Zebee & Sal Cap.8.✠
Sampſon obſeruantibus eum cuſtodibus portas Gazę vr Cap.16.✠
bis in montem detulit, à Dalida autem cui ſæpius illuſtrat
cognita cauſa fortitudinis detruſus excæcatur ab hoſtibus,
quos tandem vna ſecum interimit.
Et percuſſit eos David (Amalechitas Sicceleg qui incende 1.Reg.30.17
rãt ablata præda) a veſpere vſque ad veſperam alterius diei
& non euaſit ex eis quiſquam niſi 400. viri adoleſcentes qui
aſcenderant camelos & fugerant.
Præceperat autem abſalon pueris ſuis dicens. Obſeruate 2.Reg.13.28.
cum temulentus fuerit Ammõ vino & dixero vobis, Percu
tite illum interficite, nolite timere ego enim ſum qui præ-
cipio vobis, roboramini & eſtote viri fortes.
Pro eo q exaltaui te de puluere (ſermo Domini ad Iehu fi 3.Reg.16. 2.
liũ Hanani & poſui te ducẽ ſuper populum meum Iſrael, tu
autẽ ambulaſti in via Hyeroboã & peccare feciſti populum
meũ Iſrael vt me irritares in peccatis eorum, ecce ego de-
metam poſteriora Baaſa & poſteriora domus eius & faciã
domum tuam ſicut domum Hyeroboam Filii Nabal

 Dei

*Cap.* 18. ✠ Dei zelo Elias. 850. pſeudoprophetas occidi iubet, dato de
cœlo igne ad cõſummationẽ Holocauſti &c. cap. 20. 13. 19.

*Iob*. 4. 7. Recordare obſecro te (ait Iob Eliphæ) quis vnquam inno
cens periit? aut quando recti deleti ſunt? quin potius vides
eos, qui operantur iniquitatem & ſeminant dolores & me-
tuit eos, flante Deo periiſſe & ſpiritu iræ eius conſumptos

*Cap.* 8. 13. Sic viç omnium qui obliuiſcuntur Dominum, & ſpes Hy
pocritæ peribit.

*Cap.* 15. 20. Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit et numerus annorũ
incertus eſt tyrannidis eius. (immerito.

*Iob*. 18. ✠ Iob crudelitatis amicos arguens ſe à Deo flagellati dicit

*Cap.* 20. 4. Hoc ſcio à principio ex quo poſitus eſt homo ſuper ter-
ram quod laus impiorum breuis eſt & gaudium Hypocritę
ad inſtar puncti, ſi aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius
& caput eius nubes tetigerit quaſi ſterquilinium in fine per-
detur, et qui eam viderant, dicent vbi eſt &c.

*Cap.* 27. 14. Si multiplicati fuerint filij eius in gladio erunt, et nepotes
eius non ſaturabuntur pane.

*Cap.* 36. 12. Si autem non audierunt correptionem Domini tranſibũt
per gladium & conſumentur in ſtultitia. (bit eos.

*Pſal*. 1. 5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua & in furore ſuo cõturba

*Pſal*. 36. 2. Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent, & quem-
admodum olera herbarum cito decident.

*Prove*. 1. 27. Cũ irruerit repentina calamitas & interitus quaſi tẽpeſtas
ingruerit, quãdo venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia.

*Prov*. 1. 12. Homo apoſtata vir inutilis graditur ore peruerſo, annuit
oculis, terit pede, digito loquitur prauo corde machinatur
malum, & omni tempore iurgia ſeminat, hinc ex templo ve
niet perditio ſua & ſubito conteretur, nec habebit vltra me
dicinam. ca. 10. 23. & ca. 127.

*Eſa*. 5. 24. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis & calor
flammæ exurit, ſic radix eorũ quaſi fauilla erit & germẽ eo
rum vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim legẽ Domini exer
cituum & eloquium Sancti Iſrael blaſphemauerunt, & cap.
47. Babylonis humiliatio prædicitur, &c.

*Hierem*. 15. Nec Moyſis nec Samuelis precibus flectendum ſe dicit
Dominus, quia populum Hyeruſalem tradet peſti, gladio
fami & captiuitati, quare caſtigatus non eſt emendatus &c.

1 *Mac*. 2. 62 A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius
ſtercus & vermis eſt.

*Matt* 24. 38 Sicut. n. erãt in dieb. ante diluuiũ comedentes & bibẽtes,
nubentes



nubẽtes & nuptiui tradentes vſque ad eum diem, quo intra
uit Noe in arcã & nõ cognouerunt donec venit diluuiũ &
tulit omnes, ita erit aduentus filij hominis, Idem Luc. 17. 27.

Dixit autem illi Deus Stulte hac nocte, animam tuam, re- *Luc*. 12. 20.
petent à te, quæ autem paraſti cuius erunt? Sic eſt qui ſibi
theſaurizat & non eſt in Deum diues & 96.

Leuãs aũt. (diues epulo) oculos ſuos cũ eſſet in tormẽtis *Cap*. 16. 23.
vidit Abrahã à lõge & Lazarum in ſinu eius, 25. & dixit illi,
Abrahã, fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & La-
zarus ſimiliter mala, nũc verò hic cõſolat᷑, tu verò cruciaris

Qua die autem exiit Loth à Sodomis, pluit ignem & ſul *Cap*. 17. 29.
phur, de cœlo, & omnes perdidit.

Cùm. n. dixerint pax & ſecuritas tũc repẽtinus eis ſuper- 1. *Theſſ*. 5. 3.
ueniet interitus ſicut dolor in vtero habẽtib. & nõ effugiẽt.

*Impiorum punitio bonis eſt ad timorem & cautelam.*

PRopheta aut fictor ſomniorum interficietur quia locu- *Deut*. 13. 5.
tus eſt vt vos auerteret à Domino Deo veſtro, q̃ eduxit
vos de terra Ægypti, & redemit vos de domo ſeruitutis,
vt errare te faceret de via quã tibi cõcepit dominus Deus
tuus & auferes mala de medio tui. Si tibi voluerit perſuade
re frater tuus filius matris tuæ, aut filius vel filia ſiue vxor
quæ eſt in ſinu tuo aut amicus quem diligis vt animam tuã
clã dicẽs. Eamus & ſeruiamus diis alienis quos ignoras tu &
patres tui &c. nõ acquieſcas ei, neque audias, neque parcat
ei oculus tuus, vt miſerearis & occultes eum, ſed ſtatim in-
terficies eũ, ſit primũ manus tua ſuper eũ & poſt te omnis
populus mittat manum, lapidib. obrutus necabitur, quia vo
luit te abſtrahere à Domino Deo tuo qui eduxit te de ter-
ra Ægypti, de domo ſeruitutis, vt omnis Iſrael audiens ti-
meat, & nequaquam vltra faciat quippiam huius rei ſimile.

Cumq; diligentiſſimè perſcrutãtes inuenerũt falſum teſtẽ *Cap*. 19. 18.
dixiſſe, cõtra fratrẽ ſuũ mendacium, reddent ei ſicut fratri
ſuo facere cogitauit & auferes malũ de medio tui, vt audiẽ
tes cęteri timorẽ habeant: & nequaquam talia audeãt facere
non miſereberis ei, ſed animã pro anima, oculũ pro oculo,
dentẽ pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges

Si genuerit homo filium contumacem, & proteruũ qui nõ *Cap*. 21. 18.
audierit patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire cõtẽ
pſerit, apprehẽdẽt eum & ducẽt ad ſeniores ciuitatis, dicẽt-
que ad eos filius iſte noſter proteruus & cõtumax eſt, mo-
nita noſtra audire contẽnit, cõmeſſationib. vacat & luxuriæ

 atque

atque conuiuiis,lapidibus eum obruet omnis populus ciuitatis & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.

Prou. 19. 25. Peſtillente flagellato,ſtultus ſapientior erit,ſi autem corripueris ſapientem diliget diſciplinam.

Cap. 21. 11. Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus,& ſi ſectetur ſapientem ſum et ſcientiam.

Eccle. 21. 37. Agnoſcẽt quid derelicti ſunt,quoniã nihil melius eſt quã timor De & nihil dulci⁹ q̃ reſpicere in mãdatis dñi. Act. 5. 11

1. Tim. 5. 20 Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.

### *Impius deridebit Deus.*

Pſal. 2. 4. QVi habitat in cœlis irridebit eos & Dominus ſubſannabit eos.

36. 13. Dominus autem irridebit eũ quoniam proſpexit quod veniet dies eius.

58. 9. Et tu Domine deridebis eos,ad nihilum deduces omnes gentes.

Prou. 1. 26. Ego quoque in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo, cũ vobis id quod timebatis aduenerit.

### *Impij ſeipſos perdunt: In Anima.*

Iob. 10. 15. ET ſi impius fuero,væ mihi eſt:& ſi iuſtus,non leuabo caput,ſaturatus afflictione & miſeria.

21. 30. Quia in diem perditionis ſeruatur impius,& ad diem furoris ducetur.

Pſal. 20. 9. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Pones eos vt in clibanum ignis in tempore vultus tui: Quoniam declinauerunt in te mala.

Prou. 5. 22. Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Ipſe morietur quia non habuit diſciplinam & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

10. 27. Anni impiorum breuiabuntur.

11. 5. In impietate ſua corruet impius.

14. 32. In malitia ſua repelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſua.

Eccleſ. 7. 18. Ne impiè agas multum,& noli eſſe ſtultus ne moriaris in tempore non tuo.

Sapien. 3. 10. Impij ſecundum quæ cogitauerunt correctionem habebunt,qui neglexerunt iuſtum,& à Domino receſſerunt.

5. 15. Talia dixerũt in inferno hi,qui peccauerunt quoniã ſpes impij



impij tanquam lanugo eſt,quæ à vento tollitur:& tanquam ſpuma gracilis,quæ à procella diſpergitur:& tanquã fumus, qui à vento diffuſus eſt:& tãquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.

Vindicta carnis impij ignis & vermis. Eccl. 7. 19.

Væ vobis viri impij,qui dereliquiſtis legem altiſſimi. Et ſi 41. 11.
nati fueritis,in maledictione naſcemini:& ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra.

Omnia quæ de terra ſunt,in terram cõuertentur,ſic impij Ibid. 13.
à maledicto in perditionem.

Væ impio in malum: retributio enim manuũ eius fiet ei. Eſaiæ. 3. 11.

Miſereamur impio & non diſcet iuſtitiam facere. In terra 26. 10.
ſanctorum iniqua geſſit,& non videbit gloriam Domini.

Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatẽ ſe- Ezec. 18. 24
cundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecit, non recordabuntur. In præuaricatione,qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo,quod peccauit,in ipſis morietur.

### *Prole.*

OCculi autem impiorum deficient,& effugium peribit Iob. 11. 20.
ab eis,& ſpes illorum abominatio animæ.

Quoties lucerna impiorũ extinguetur,& ſuperueniet eis 21. 17.
inũdatio,& dolores diuidet furoris ſui? Erũt ſicut paleæ ante faciem venti,& ſicut fauilla,quã turbo diſpergit. Deus ſeruauit filiis illius dolorem patris,& cum reddiderit,tũc ſciet.

Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filiis Pſal. 11. 20.
hominum.

Iniuſti autem diſperibunt,ſimul reliquiæ impiorum inte- 36. 28.
ribunt.

Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos. Eccleſ. 40. 15.

### *Fama.*

NOmen impiorum putreſcet. Prou. 10. 7.

Qui derelinquunt legem,laudant impium. 28. 4.

Condemnat autem iuſtus mortuus viuos impios, & iu- Sapien. 4. 16.
uentus celerius conſummata,longam vitam iniuſti.

Videbunt enim finem ſapientis, & non intelligent quid Ibid. 17.
cogitauerit de illo Deus,& quare munierit illum Dominus. Videbunt enim & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit & erunt poſt hæc decedentes ſine honore,& in contumelia inter mortuos in perpetuum.

Subſtan-

### *Subſtantia temporali.*

Iob.8.22. TAbernaculum impiorum non ſubſiſtet.
Pſal.1.4. Non ſic impij,non ſic,ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.
36. Vidi impium ſuperexaltatum: & eleuatum ſuper cedros Libani.Et tranſiui & ecce non erat.
Prou.3.33. Egeſtas à Domino in domo impij.
10.24. Quod timet impius veniet,ſuper eum.
12.3. Non roborabitur homo ex impietate.
14.11. Domus impiorum delebitur.
28.1. Fugit impius nemine perſequente.
Eccleſ.40.13. Subſtantiæ iniuſtorũ ſicut fluuius ſiccabuntur,& ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt.

### *Impoſitio manuum varia in veteri teſtamento.*

Gen. 48.14. QVI (loquit̃ de Iacob ægrotãte & benedicẽte Ioſeph, cuius filios Manaſſem & Ephraim,Iacob ſibi adoptat & benedicit) extendẽs manum dexterã poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe,qui maior natu erat.&c.
Exod.29.10 Applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonij,imponentq; Aaron,& filij eius manus,ſuper caput illius,& mactabis eum in conſpectu Domini. &c.
Leuit.1.4. Ponétque manus ſuper caput Hoſtiæ, & acceptabilis erit atque in expiationem eius proficiens,immolabítque vitulũ coram Domino. &c.
Cap.3.2. Ponetque manum ſuper caput Victimæ ſuę quæ immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonij, fundéntq; filij Aaron ſacerdotis ſanguinem per altaris circuitum.
Num.27.22 Fecit Moyſes,vt conceperat Dominus , cúmque tuliſſet Ioſue,ſtatuit eum coram Eleazaro Sacerdote , & omni frequentia populi,& impoſitis capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.
Dani.13.34 Conſurgentes autem duo presbyteri in medio populi,poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius ( Suſannæ ſcilicet.)
Mar.10.16. Et comprehendens eos (ſcilicet paruulos) & imponẽs manus ſuper illos benedicebat eos.

### *Impoſitio manus in Sacramentum Ordinis & Confirmationis.*

Act.6.5. ELegerunt Stephanum virum plenum fide & Spirituſancto,& Philippum,& Prochorum & Nicanorẽ, & Simonem & Pernenã,& Nicolaũ aduenã Anthiochenũ hos ſtatuerũt ante cõſpectũ Apoſtolorũ & orãtes ĩpoſuerũt eis manꝰ.

Qui cùm veniſſent (Petrus & Ioannes in Samariã ) orauerunt pro ipſis,vt acciperẽt Spiritum ſanctũ, nondũ enim in quenquã illorũ venerat,ſed baptizati tamen erant in nomine Domini Ieſu.Tunc imponebant manus ſuper illos & accipiebant Spiritum ſanctum. Cap. 8.15.

Segregate mihi Paulũ & Barnabã,in opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & orantes imponentéſque eis manus dimiſerunt illos. Cap.13.3.

His auditis baptizati ſunt (quidã diſcipuli Epheſi ) in nomine Dñi Ieſu.Et cũ impoſuiſſet illis manus Paulus , venit ſpiritus ſanctus ſuꝑ eos & loquebãtur linguis & ꝓphetabãt. Cap.19.5.

Noli negligere gratiã,quæ in te eſt,quæ data eſt tibi,per propheciam cum impoſitione manuum presbyteri. 1.Tim.4.14.

Manus cito nemini impoſueris,neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Cap 5.22.

Propter quã cauſam admoneo te (loquit̃ de fide Timothei nõ ficta) vt reſuſcites gratiam Dei q̃ eſt in te, per impoſitionem manuũ mearũ.non enim dedit vobis Deus ſpiritũ timoris,ſed virtutis & dilectionis & ſobrietatis. 2. Tim.1.6.

### *Impudicitia contra naturam.*

Gen.19.5. VOcaueruntq; Loth (viri ciuitatis Sodomæ ) & dixerũt ei:Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte?(Erãt enim duo Angeli,quos Loth recepit,in domum ſuam. )Educ illos vt cognoſcamus eos.Egreſſus ad eos Loth poſt tergum occludens oſtiũ,ait:Nolite queſo fratres mei,nolite malũ hoc facere,habeo duas filias,quę necdũ cognouerũt virũ,educã eas ad vos,& abutimini eis ſicut volueritis.Dũmõ viris iſtis nihil mali faciatis,q̃a ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei.

Cũ maſculo nõ cõmiſcearis coitu fęmineo q̃a abominatio ẽ Leuit.18.22.

Qui dormierit cum maſculo coitu fęmineo vterq; operatus eſt nefas,morte moriantur,ſit ſanguis eorum ſuper eos. Cap 20.13.

Illis epulãtibus (Leuita cũ vxore ſua quàm à parentũ domo reduxerat) & poſt laborem itineris,cibo & potu reficiẽtibus corpora,venerũt viri ciuitatis illiꝰ filij. Belial abſq; iurgio & circũdãtes domũ ſenis fores pulſare cœperũt, clamãtes ad Dominũ domus,atque dicẽtes.Educ virũ qui ingreſſus eſt domum tuã,vt abutamur eo. Egreſſuſque eſt ad eos ſenex , & ait. Nolite fratres , nolite facere malũ hoc , quia ingreſſus eſt homo hoſpitiũ meum , & ceſſate ab hac ſtultitia Iudic.19.22

ſtultitia,habeo filiã virginẽ,& hic homo hẽt cõcubinã,edu-
cã eas ad vos,vt humilietis eas & veſtrã libidinẽ cõpleatis.
Tm̃ obſecro:ne ſcel⁹ hoc cõtra naturã operemini ĩ virũ,&c.

*Rom*.1.26. Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ,nã
fœminæ eorum immutauerunt naturalẽ vſum,in eum vſum
qui eſt contra naturã.Similiter autem,& maſculi relicto na-
turali vſu fœminæ,exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicem,
maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes,& mercedẽ (quã
oportuit) erroris ſui in ſemetipſos recipiẽtes,& ſicut nõ ꝓ-
bauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in
reprobum ſenſum:vt faciant ea quæ non conueniunt.

1.*Cor*.6.9. Nolite errare,neque fornicari,neque idolis ſeruientes,ne-
que adulteri neque molles,neque maſculorum cõcubitores
neque auari,neque ebrioſi,neque maledici, neque rapaces,
regnum Dei poſſidebunt.

1.*Tim*.1.10. Lex iuſto non eſt poſita,ſed iniuſtis & nõ ſubditis, impiis
& peccatoribus,ſceleratis & cõtaminatis,parricidis & matri
cidis,homicidis,fornicariis, maſculorũ cõcubitoribus.&c.

### *Incantationes & maleficia.*

*Exo*.7.11. VOcauit autem Pharao ſapientes & maleficos,& fecerũt
& ipſi per incãtationes Ægyptiacas,& arcana quędã ſi-
militer:proiecerúntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt
in dracones,ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum.

*Cap*.8.18. Fecerũtq; ſimiliter malefici incãtationibus ſuis,vt edu-
cerent cyniphes,& non potuerunt, erántque cyniphes tam
in hominibus quàm in iumentis.

*Cap*.22.18. Maleficos non patieris viuere.

*Leuit*.19.31. Nõ declinetis ad magos,nec ab ariolis aliquid ſciſcitemi-
ni & polluamini per eos ego Dominus Deus veſter.

*Cap*.20.6. Anima quę declinauerit ad magos & ariolos,& fornicata
fuerit cũ eis,ponam faciẽ meam contra eam, & interficiam
illã de medio populi ſui.27.Vir ſiue mulier,in quibus pitho-
nicus vel diuinationis fuerit ſpiritus,morte moriantur,lapi-
dibus obruet eos,ſanguis eorum ſit ſuper eos.

*Deut*.18.1. Nec inueniat̃ in te qui luſtret filiũ tuũ,aut filiã ducens per
ignẽ,aut qui ariolos ſciſcitetur,& obſeruet ſomnia atque au
guria,nec ſit maleficus,nec incantator, neque qui pithones
cõſulat,neque diuinos & quærat à mortuis veritatẽ. Nu.23.

*Reg*.28. Philiſtei cõtra Saul armãtur ad quod bellũ pollicetur fidẽ
Achis Saul occiſis magis,Pithoniſſã cõſulit, ſciſcitari iubẽs
Samuelẽ, à quo ſuam ſuorũmque proximã mortem dedicit

Et



Et conſecrarunt (filij Iſrael,quorum facinora hic cõme- 4.*Reg*.17.17
morantur) filios ſuos,& filias ſuas per ignẽ, & diuinationi-
bus inſeruiebãt & auguriis,& tradiderunt ſe,vt facerent ma-
lum coram Domino,vt irritarent eum.

Et traduxit (Manaſſes) filiũ ſuũ per ignem, & ariolatus *Cap*.21.6.
eſt,& obſeruauit auguria,& fecit pithones,& aruſpices mul
tiplicauit, vt faceret malum corã Domino & irritaret eum.

Proiecisti enim populum tuum domum Iacob,quia reple *Eſa*.2.6.
ti ſunt,vt olim & augures habuerunt vt Philiſtiim, & pueris
alienis adhæſerunt.

Ego ſum Dominus,irrita faciẽs ſigna diuinorum,& ario- *Cap*.44.25
los in furorem vertens,conuertens ſapiens retrorſum,& ſci-
entiam eorum ſtultam faciens.

Defeciſti (Babylon) in multitudine conſiliorũ tuorũ, ſtẽt *Cap*.47.13.
& ſaluent te augures cœli,qui cõtemplabãtur ſydera,& ſup-
putabant menſes,vt ex eis annunciarent ventura tibi.

Hæc dicit dominus Deus:Iuxta vias gentium nolite diſ- *Hyere*.10.2.
cere & à ſignis cœli,nolite metuere,quæ timẽt gẽtes, quia
leges populorum vanæ ſunt.

Præcepit autem rex (Nabuchodonoſor) vt conuocaren- *Daniel*.2.2.
tur arioli,& magi,& malefic, & Chaldæi,vt indicarent regi
ſomnia ſua,&c.& 10.

Perdam ciuitates terræ tuæ (Hyeruſalem)& deſtruam om *Mic*.5.11.
nes munitiones tuas,& auferam maleficia de manu tua, &
diuinationes non erunt in te.

Vir quidã nomine Symõ,q̃ ante fuerat in ciuitate magus *Act*.8.9
ſeducẽs gẽtẽ Samariæ,dicẽs ſe eſſe aliquẽ magnum.ca.13.6.

Factum eſt autem euntibus nobis,ad orationem puellam *Cap*.16.16.
quandã habentem ſpiritum pithonem obuiare nobis, quæ
quæſtũ magnũ præſtabat Dominis ſuis diuinãdo. Ca.19.19

Manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt fornicatio,immun- *Gal*.5.20.
ditia,Impudicitia,luxuria,idolorum ſeruitus,veneficia,cõtẽ
tiones,inimicitiæ,ſimulationes,&c.Apoc.18.23.

Timidis autem,& incredulis,& execratis, & homicidis, *Apoc*.21.8.
& fornicatoribus,& veneficis,& idololatris,& mendacibus
pars illorum erit in ſtagno ardenti,igne & ſulphure, quod
eſt mors ſecunda.

### *Infernus & damnatio parata Diabolo & ange-*
### *lis eius.Vide Damnatio.*

*Vide Damnatio.*

### *Inferni pœna varia & horribilis.*

IGnis ſuccẽſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni *Deut*.32.22.
nouiſſima

nouiſſima deuorabitque terram cum germino ſuo,& montium fundamenta comburet.

Iob.24.19. Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius.

Pſal. 10. 6. Pluet ſuper peccatores laqueos ignis,& ſulphur, & ſpiritus,procellarum,pars calicis eorum.

20.10. Pones eos,vt clibanum ignis,in tempore vultus tui, Dominus in ira conturbabit eos,& deuorabit eos ignis.

48.15. Sicut omnes in inferno poſiti ſunt mors depaſcet eos, & dominabuntur eorum iuſti in matutino & auxilio eorum veteraſſet in inferno à gloria eorum.

111.10. Peccator videbit,& iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet,deſiderium peccatorum peribit.

Sap.11.17. Per quæ peccat quis per hæc & torquetur.

Eccleſ.21.10. Stuppa collecta ſynagoga peccantium & conſummatio illorum flamma ignis.

Eſa. 30. 33. Preparata eſt enim ab heri Tapheth à rege preparata,profunda & dilatata,nutrimenta eius ignis & ligna multa, flatus enim ſicut torrens ſulphuris ſuccedens eam.

Cap.33.11. Cõcipietis ardorẽ,parietis ſtipulam,ſpirtus veſter & ignis vorabit vos.14.cõterriti ſunt in Syõ peccatores,poſſedit tremor hypocritas,qs poterit habitare de vobis cũ igne deuorãte?aut quis habitabit de vobis cum ardorib. ſempiternis.

Ca.34.9. Et conuertentur torrentes eius in picem,& humus eius in ſulphur,& erit terra eius in picem ardentem.Ierem.9.15.

Mala.4.1. Ecce enim dies veniet ſuccenſa,quaſi caminus & erũt omnes ſuperbi,& omnes facientes impietatem ſtipula,& inflãmabit eos dies veniens dicit Dominus exercituum quæ nõ derelinquet eis radicem et germen.

Mat.8.12. Filij antẽ regni eiicietur in tenebras exteriores,ibi erit fletus et ſtridor dentium.

Luc. 13.27. Et dicet vobis neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite à me oẽs operarij iniquitatis,ibi erit fletus,et ſtridor dentium. Cũ videritis Abrahã et Iſaac et Iacob,et omnes prophetas in regno Dei,vos autem expelli.Apoc.14.9.

Cap. 16.23. Eleuans autem oculos,cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longe et Lazarum in ſinu eius.

Apoc.18.7. Quantũ glorificauit ſe et in delitiis fuit,tantũ date illi tormentũ,et luctum,quia in corde ſuo dicit: ſedeo regina,et vidua non ſum et luctum non videbo.

Cap. 20. 14. Et infernus et mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis.

Inter-



## *Interminabilis.*

VErmis eorum non morietur,& ignis eorũ nõ extinguetur:& erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Eſaiæ.66.24

Diſcedite à me maledicti,ite in ignem æternum qui præ- Matt.25.41
paratus eſt diabolo,& angelis eius.

Et ibunt in ſupplicium æternum,iuſti autẽ in vitã æternã. Ibidem. 46.

Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei quã duos Mar.9. 47.
oculos habentes mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorũ non moritur,& ignis non extinguitur.

Qui pęnas dabunt interitu æternas à facie Domini, & à 2.Theſſ.1.9.
gloria virtutis eius cum venerit gloriari in ſanctis ſuis,& ad mirabilis fieri in omnibus,quæ crediderunt in die illo.

Si quis adorauerit beſtiam & imaginem eius, & acceperit Apoc.14.9.
characterem eius in fronte ſua, aut in manu ſua, hic bibet de vino iræ Dei,quod miſtum eſt mero,

## *Infidelitas vide fides.*

## *Infirmitas corporalis.vide ægritudo.*

## *Inceſtus graue peccatum.*

OMnis homo ad proximum ſanguinis ſui non accedat Leuit.18.6.
vt reuelet turpitudinẽ eius.Ego Dominus turpitudinem patris tui,& turpitudinẽ matris tuæ non diſcoperias turpitudo enim patris tui eſt.

Qui dormierit cum nouerca ſua & reuelauerit ignominiã Cap.20.11.
patris ſui morte moriantur ambo,sãguis eorũ ſit ſuper eos. 14.Qui ſupra vxorem filiam duxerit matrẽ eius ſcelus operatus eſt,viuus ardebit cum eis nec permanebit tantum ſcelus in medio veſtri.

Nec accipiet homo vxorem patris ſui nec reuelabit ope- Deut 22.3
rimentum eius.

Omnino auditur inter vos fornicatio & talis fornicatio 1.Cor.5.1.
qualis nec inter gentes, ita vt vxorẽ patris aliquis habeat, & vos inflati eſtis & non magis luctum habuiſtis,vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.

## *Indulgentia.*

NE dicas,reddam malum pro malo,expecta Deum,& Prou. 20.22.
liberabit te.

Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc depre- Eccleſ.28.2.
canti tibi peccato diſſoluitur.

Mat.5.23. Si aufers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

6.14. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis peccata veſtra.

Ibid.15. Si autẽ non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

Epheſ.4.32. Cũ patientia ſupportantes inuicẽ in charitate, & donãtes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam.

Colloſſ.3.13. Sicut Deus (in Chriſto) donauit vobis, ita & vos facite.

1.Pet.3.9. & Rom.12.17 Non reddentes malum pro malo vel maledictũ pro maledicto, ſed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis in vna ſpe, vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

*Indulgentiæ.*

2.Cor.2.10. QVi autẽ aliquid donaſtis, & ego: nã & ego, quod donaui ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti.

*Ex meritis etiam ſanctorũ.*

Collo.1.34. QVi nunc gaudeo (loquitur de ſe apoſtolus) in paſſionibus meis pro vobis & adimpleo ea quę deſunt paſſionũ Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt eccleſia,

*Indumenta*

Prou.31.30. FAllax gratia & vana eſt pulchritudo.

Matt.6.25. Corpus veſtrum plus eſt quàm veſtimentum.

Luce.3.11. Qui duas tunicas habet, det non habenti, & quid habet eſcas ſimiliter faciat.

1.Tim.6.8. Habentes aũt alimenta & quibus tegamur, his cõtenti ſimus.

*Induratio oritur ex Gratiæ ſubtractione iuſta.*

Exod.4.21. VIde, vt oĩa oſtenta, quæ poſui in manu tua, facias corã Pharaone. Ego indurabo cor eius, & nõ dimittet populũ meum.

10.1. Ego enim induraui cor eius, & ſeruorum illius.

14. Et indurabo cor eius, & perſequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius.

Iom.9.16. Igitur non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei: dicit enĩ ſcriptura Pharaoni: Quia ad hoc ipſũ excitaui te, vt oſtendã in te virtutẽ meã, & vt annũcietur nomẽ meũ in vniuerſa terra. Ergo cuius vult, miſeretur. & quẽ vult indurat.

Nun-



Nunquid Iſrael non cognõuit? Primus Moyſes dicit, Ego ad æmulationẽ vos adducã in nõ gentẽ, in gentẽ inſipientẽ, in irã vos mittã. Eſaias aũt audit, & dicit: Inuentus ſum à nõ quęrẽtibus, palam apparui his, qui me non interrogabãt. Ad Iſrael autem dicit: tota die expandi manus meas ad populũ non credentem, & contradicentem mihi. 10.19.

*Ex gratiæ repulſione iniqua.*

ET teſtificatus eſt in Iſrael & Iuda, per manum omniũ prophetarũ, & videntiũ, dicẽs reuertimini à viis veſtris peſſimis: & cuſtodite pręcepta mea. Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicẽ ſuam iuxta ceruicẽ patrũ ſuorũ, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo. 4.Reg.17.13

Audite me duro corde, q lõgè eſtis à iuſtitia. Propè feci iuſtitiã meã non elongabitur, & ſalus mea non morabitur. Eſa.46.12.

Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. 48.4.

Quare dixit populus meus: Receſſimus, non veniemus vltra ad te. Iere.2.31.

Frõs mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere Ergo ſaltẽ amodo voca me. Pater meꝰ, dux virginitatis meæ es tu. Ecce locuta es, & feciſti mala, & potuiſti. Et pro verbis pœnitentiæ, verba ſuperbiæ blaſphemaſti. 3.3.

Percuſſiſti eos, & non doluerũt: attriuiſti eos, & renuerũt accipere diſciplinã: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi: forſitan pauperes ſunt & ſtulti ignorantes viam Domini, & iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerũt viã Domini, & iudiciũ Dei ſui: & ecce, magis hi ſimul confregerunt iugum, & ruperunt vincula. 5.3.

Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. &c. Heb.3.7.

*Induratio dirè punitur.*

VAe qui contradicit factori ſuo. Eſa.45.9.
Ecce ego inducã ſuper ciuitatẽ hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ locutus ſum aduerſus eam quoniam indurauerunt ceruicem ſuã, & non audierunt ſermones meos Iere.19.15.

*Ingratitudo & eius punitio.*

AMonites & Moabites ẽt poſt decimã gñrationẽ nõ intra- Deut.23.

bunt eccleſiã Dñi in æternum, quia noluerunt vobis occur rere cũ pane & aqua, via q̃ egreſſi eſtis de Ægypto, & qa cõduxerant contra te Balaã filiũ Beor de Meſopotamia ſyriæ vt malediceret tibi. (Idẽ.ca.5.8.6.

Iudic.2.✠ Angelus Dei beneficia refert, quo audito flet popul⁹ Iſrael.

Ca.8.33. Poſtquã autẽ mortuus eſt Gedeũ auerſi ſunt filij Iſrael & fornicati ſunt in Balin, percuſſerũtq́; cũ Baal fœdus vt eſſet eis in Deũ, nec recordati ſunt Domini Dei ſui qui eruit eos de manibus inimicorũ ſuorũ omniũ per circuitum ca. 12. 1.

1.Reg.10.18. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego eduxi Iſrael de Ægypto & erui vos de manu Aegyptiorum & de manu omniũ regũ qui affligebãt vos, vos autem hodie proiecistis Dominum Deũ veſtrũ qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis & tribulationibus veſtris.

Ca.12.8. Quomodo Iacob ingreſſus eſt de Ægyptũ & clamauerũt

Ca 25.10. patres veſtri ad Dñm et miſit Dominus Moyſen & Aaron & eduxit patres veſtros de Ægypto & collocauit eos in loco hoc qui obliti ſunt Domini Dei ſui & tradidit eos in manu Siſaræ magiſtri militiæ regis Haſor et in manu Philiſtinorũ & in manu regis Moab & pugnauerunt aduerſum eos.

2.Reg.14.30. Miſit Abſalon ad Ioab vt mitteret eum ad regẽ qui noluit venire ad eum. Cũq; ſecundo miſiſſet ad eum & ille noluit venire ad eũ, dixit ſeruis ſuis, Scitis agrũ Ioab iuxta agrum meum habentem meſſem hordei. Ite igitur & ſuccẽdite eũ igni. Succenderunt ergo ſerui Abſalon ſegetẽ igni, & venientes ſerui Ioab ſciſſis veſtibus ſuis dixerunt: Succenderunt ſerui Abſalon partẽ agri igni. Surrexitque Ioab & venit ab Abſalon in domo eius & dixit: quare ſuccẽderunt ſerui tui ſegetem meum igni? &c.

2.Par.24.21. Quomodo Ioas à ſeruis ſuis occiditur lapidibus.

Prou.17.13. Qui reddit mala ꝓ bonis nõ recedit malũ de domo eius.

Eſa 1.2. Audite cœli & auribus percipe terra qm̃ Dominus locutus eſt filios enutriui & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerũt me, Bos cognouit poſſeſſorem ſuũ & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autẽ me non cognouit & populus me non intellexit. Væ gẽti peccatrici, populo graui iniquitate ſemini nequã filiis ſceleratis dereliquerũt Dominũ, & blaſphemauerunt ſanctum ab alienati ſunt retrorſum.

Hyere.2 5. Hæc dicit Dñs, quid inuenerũt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt ſe à me & ambulauerunt poſt vanitatem & vani facti ſunt? 6. & non dixerunt vbi eſt Dominus qui



Qui aſcendere nos facit de terra Aegypti, qui traduxit nos per deſertum per terrã inhabitabilẽ & inuidiã, per terrã ſitis & imaginã mortis, per terram in qua non ambulauit vir neque habitauit homo.

Ieruſalem prius abiectiſſima mirũ in modũ à Deo exaltata oſtendit ingratitudinẽ, varia idolatria in qua & Samariã & Sodomã ſuperauit. idcirco tradet eam Dominus, in vaſtationem, in ignominiam omnibus gentibus. Ezech.16.✠

Abominationes Iſrael oſtendit propter quas ipſis minatur exitium, Dominus dicit ſe ſolũ eſſe Deũ & liberatorẽ, arguens Iſrael ingratitudinis de beneficiis in deſerto acceptis grauemque ob id vindictam illis comminatur. Oſee.13.✠

Diſceptat Dominus cum ingratis, recenſens collata eis beneficia, indicans etiã quid ſit bonũ & quid Dominus à populo ſuo requirat, ſed propter iniuſtitiam aliaq́; ſcelera filiorum Iſrael comminatur eis Dominus varias afflictiones. Michee.6.✠

Ingrati enim fides tanquam hibernalis glacies tabeſcet & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua. Sap.16.29.

Tunc cœpit Ieſus exprobrare ciuitatibus in quibus factæ ſunt plurimę virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam, Luc 17.18. Ioannis.11.46. Matt.11.20.

Qui cũ cognouiſſent Deũ non ſicut Deum glorificauerũt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum. Rom.1 21.

Hoc autẽ ſcito quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tẽpora periculoſa & erunt homines ſeipſos amantes, elati, ſuperbi, blaſphemi, parẽtibus non obediẽtes, ingrati, ſine affectione. &c. 2.Timo.3.2.

*Inimicus non paſſim contemnandus eſt.*

ET dixit Philiſteus ad Dauid: nunquid canis ego ſum, quod venis ad me cum baculo? ca.14.14. 1.Reg.14.14.

Syri Samariã obſidentes ceduntur à pueris principũ prouinciarũ, rurſumq́; anno altero in cãpeſtribus cęduntur Rex autẽ Achab à propheta reprehenditur quod fœdus cum Benadab rege Syriæ inierit, illumque viuum dimiſerit. 3.Reg.20.✠

*Inimico reconciliato non temere credendum eſt.*

Cùm autẽ cõpleſſet Dauid loquens ſermones huiuſmodi ad Saul, dixit ad Saul (26.21.) Peccaui. Reuertere fili mi Dauid, nequaq̃.n. vltra tibi maleficiam, eo quod precioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie, apparet enim quod ſtulte egerim & ignorauerim multa nimis. 1.Mach.12.24. 1.Reg.24.17.

## *Iniquitas abundabit vide impij & mali.*

4.Eſd.5.✠ DE ſignis autem, Ecce dies venient in quibus apprehendẽ
tur qui inhabitãt terrã in cenſu multo & abſcõdetur ve-
ritatis via, & ſterilis erit à fide regia & multiplicabitur iniu
ſtitia super hãc quã ipſe tu vides & ſuper quã audiſti olim.
Cap. 14. 16. Quantum enim inualidum fiet ſæculum à ſenectute tan
tum multiplicabuntur ſuper inhabitantes mala.
Matt. 24. 12. Et quoniã abũdabit iniquitas refrigeſcet charitas multorũ
1. Ioan. 5. 19. Scimus quoniam ex Deo ſumus & mundus totus in ma
ligno poſitus eſt.

## *Innocentia ſua cuique tuenda & malæ ſuſpiciones amouendæ.*

Ioſu. 22. 22. FOrtiſſimus dominus Deus ipſe nouit & Iſrael ſimul
intelliget ſi præuaricationis animo hoc altare cõſtruxi
mus nõ cuſtodiat nos, ſed puniat nos, in pręſenti & ſi
ea mente fecimus vt holocauſta & ſacrificiũ & pacificas vi-
ctimas ſuper eo imponeremus ipſe quærat & iudicet. &c.
3. Reg. 18. 17. Et cùm vidiſſet (Achab) eum (ſcilicet Eliam) ait. Tũne es
ille qui conturbas Iſrael? at ille ait. Non ego turbaui Iſrael,
ſed tu & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Do-
mini & ſecuti eſtis Baalim.
Hyere. 37. 12 Ierias cuſtos portę p vices filius Selemię filij Ananię, appre
hendit Hyeremiã prophetã dicẽs, ad Chaldęos profugis: &
reſpõdit Hyeremias: Falſum eſt, nõ fugio ad Chaldæos, &c.
Act. 2. 14. Stãs autẽ Petrus cũ vndecim, leuauit vocẽ ſuã & locu-
tus eſt eis: Viri Iudæi & qui habitatis Hieruſalem vniuerſi.
Hoc vobis notum ſit & auribus percipite verba mea, non
n. ſicut vos exiſtimatis hi ebrij ſunt cùm ſit hora diei tertia
Cap. 28. 17. Poſt tertium autem diem conuocauit primos Iudæorũ,
Cumque cõueniſſent dicebat eis: Ego viri fratres nihil ad-
uerſum plebem faciens aut morem paternum, vinctus ab
Hyeroſolymis traditus ſum in manib. Romanorum.

## *Inobedientia eiuſque punitio.*

Geneſ. 3. 16. MVlieri quoque dixit multiplicabo ærumnas tuas &
conceptus tuos, in dolore paries filios & ſub viri
poteſtate eris & ipſe dominabitur tui. 17. Adæ verò
dixit. Quia audiſti vocẽ vxoris tuæ & comediſti de ligno
de quo præceperam tibi ne comederes maledicta terra in
opere tuo, in laborib. comedes ex ea cũctis dieb. vitæ tuæ.





Reſpicienſque vxor Loth poſt ſe, verſa eſt in ſtatuã ſalis. Cap. 19. 26
Abreptiſq; Nadab & Abiu filij Aron thuribulis impoſuerũt Leuit. 10. 1.
ignẽ & incenſum deſuper, offerẽtes coram Domino ignem
alienum quod eis præceptũ non erat, egreſſuſque eſt ignis
à Domino & deuorauit eos & mortui ſunt corã Domino.
Quod ſi non audieritis me nec feceritis omnia mandata Cap. 26. 14.
mea, ſi ſpreueritis leges meas & iudicia mea cõtempſeritis
vt nõ faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt & ad irritũ per-
ducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam vobis. Viſi-
tabo vos celeriter in egeſtate & ardore qui cõficiat oculos
veſtros & conſumat animas veſtras &c.
Vſquequo multitudo hæc peſſima murmurat contra me? Num. 14. 27
Querelas filiorũ Iſrael audiui, dic ergo eis: viuo ego ait Do
minus ſicut locuti eſtis audiente me ſic faciam vobis in ſo
litudine hac iacebunt cadauera veſtra. 41. Quibus Moyſes
cur iniquis trãſgredimini verbum Domini quod vobis nõ
cedet in proſperum? &c.
Chore, Dathan, & Abyron ſeditionem mouent hóſque vi Cap. 16. ✠
uos terra abſorbet, illum verò cum ſociis deuorat ignis, ſed
& alios 14700. murmurantes conſumpſit incendium.
Pergat Aaron ad populos ſuos. Non enim intrabit terrã Cap. 20. 24.
quam dedi filiis Iſrael eo quod incredulus fuerit ori meo
ad aquas contradictionis.
Cauete ne fortè decipiat cor veſtrum & recedatis à Dño Deut. 11. 16.
ſeruiatiſque diis alienis & adoretis eos iratuſque Dominus
claudat cœlum & pluuiæ non deſcendant, nec terra det ger
men ſuũ, pereatiſque velociter de terra optima quam Dñs
Deus veſter daturus eſt vobis. 27. Benedictionem, ſi obedie
ritis mandatis Domini Dei veſtri quæ ego hodie præcipio
vobis, Maledictionem ſi non obedieritis mandatis domini
Dei veſtri ſed receſſeritis de via quam ego nunc oſtendo vo
bis & ambulaueritis poſt Deos alienos quos ignoratis.
Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis impe- Cap. 17. 12.
rio qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo ex decreto
iudicis morietur homo ille & auferes malum de Iſrael.
Qui autẽ verba eius q loquitur in nomine meo audire no Cap. 18. 19.
luerit: ego vltor exiſtã, Propheta autem qui arrogantia de-
prauatus voluerit loq in nomine meo quæ ego nõ præcepi
illi vt diceret, aut ex nomine deorum alienorum, interficiet.
Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem & Cap. 27. 16.
dicet omnis populus Amen &c.

*Cap*. 28. 25. Quod ſi audire nolueris vocẽ Dñi Dei tui vt cuſtodias &
facias omnia mãdata eius & cerimonias quas ego pręcipio
tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ & ap
prehẽdẽt te, maledict⁹ eris in ciuitate, maledict⁹ in agro, &c
1. *Reg*. 12. 15. Si autem n õaudieritis vocem Domini, ſed exaſperaueri
tis ſermones eius, erit manus Domini ſuper vos & ſuper pa
tres veſtros (alloquitur Iſraelitas Samuel.)
*Cap*. 15. 24. Dixit Saul ad Samuelem, Peccaui quia præuaricatus ſum
ſermonem Domini & verba tua, timens populum & obe-
diens voci eorum. ca. 28. 16. 3. Reg. 11. 9.
3. *Reg*. 13. 21. Propheta miſſus de Iuda ad Hyeroboam) dicit hæc di-
cit dominus. Quia non obediens fuiſti ori domini & non
cuſtodiſti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus
tuus &c. 22. non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum pa-
trum tuorum. ca. 14. 17. ca. 20. 35.
2. *Par*. 7. 19. Si autẽ auerſi fueritis & dereliqueritis iuſtitias meas &
præcepta mea quæ propoſui vobis & abeũtes ſeruieritis diis
alienis & adoraueritis eos, euellam vos de terra mea quam
dedi vobis & domum hanc quam ſanctificaui nomini meo,
proiiciam à facie mea & tradam eam in parabolam & in e-
xemplum cunctis populis.
*Cap*. 26. 16. Sed cum Ozias roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius, in
interitum ſuum & neglexit Dominum Deum ſuum ingreſ-
ſuſque templum Domini adolere voluit incenſum ſuper al
tare thymiamatis. 19. Iratuſque Ozias & tenẽs in manu thu
ribulum vt adoleret incenſum minabatur ſacerdotibus, ſta-
timque orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus in
domo Domini ſuper altare thymiamatis.
*Eſa*. 24. 5. Et terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis quia tranſgreſſi
ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternũ
propter hoc maledictio diſſipabit ferrum. &c.
*Hyere*. 11. 3. Dices ad eos, hęc dicit dñs Deus Iſrael; maledictus homo
qui non audierit verba pacti huius quod præcepi patribus
veſtris in die qua eduxi eos de terra Ægypti de fornace fer
rea. &c. 8. & non inclinauerunt aurem ſuam, ſed abiecerunt
vnuſquiſq; in prauitate cordis ſui mali & induxi ſuper eos
oĩa verba pacti huius ꝙ præcepi vt facerent & nõ fecerunt.
*Cap*. 13. 18. Factũ eſt verbũ dñi ad me (Hieremiã) dicẽs, hæc dicit dñs
Sic putreſcere faciam ſuperbiã Iuda & ſuperbiam Hyeruſa
lẽ multã, populũ iſtũ peſſimũ qui nolunt audire verba mea
& ambulãt in prauitate cordis ſui, abierunt poſt deos alie-
nos



nos vt ſeruirent eis, & adorarent eos. &c.
Si autem non audieritis me: vt ſanctificetis diem Sabba- *Cap*. 17. 27.
thi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Hyeruſalẽ
in die Sabbathi; ſuccendam ignem in portis eius, & deuora-
bit domos Hyeruſalem, & non extinguetur. Cap. 26. 9.
Exemplo obedientiæ Rachabitarum, præcepta patris ſui *Cap*. 35.
licet dura ſeruantium, expoſtulat Dominus de pertinaci Iu
dæorum inobediẽtia aduerſus ipſius præcepta, quapropter
his prænunciat Dominus mala, illis autem bona.
Iis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcũt *Rom*. 2. 8.
veritati, credunt autem iniquitati ira & indignatio. Matt. 17.
17. Acto. 7. 39. Galat. 3. 10.
In flamma ignis dantis (Angeli) vindictam eis, qui non 2. *Theſ*. 1. 8.
nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini
noſtri Ieſu Chriſti

*Infernus Lymbus.*

SI ſuſtinuero infernus domus mea eſt, et in tenebris ſtra- *Iob*. 17. 13.
ui lectulum meum.
Nudus eſt infernus coram illo et nullum eſt operimẽ *Cap*. 26. 6.
tum perditioni.
Non derelinques animam meam in inferno, non dabis *Pſal*. 15. 10.
ſanctum tuum videre corruptionem.
Infernus et perditio coram Domino, quanto magis cor- *Prou*. 15. 11.
da filiorum hominum
Non eſt in inferno accuſatio vitæ. *Eccleſ*. 41. 7.
Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os *Eſa*. 5. 14.
ſuum abſque vllo termino. &c.
Loquentur ei potentiſſimi robuſtorum de medio inferni *Ezec*. 32. 21.
qui cum auxiliatoribus eius deſcenderunt & dormierunt
incircuncisi, interfecti gladio.
Ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero inferne, conſola- *Oſee*. 13. 14.
tio abſcondita eſt ab oculis meis.
Quoniam non derelinques animam meam in inferno, *Acto*. 2. 27.
nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit, ſi quid ei *Gene*. 42. 38.
aduerſitatis acciderit in terra ad quam pergitis deducetis
canos meos ad inferos. Idem. Cap. 44. 29.
Facies iuxta Sapientiam tuam, & non deduces caniciem
eius pacificè ad inferos 3. Reg. 2. 6.

*Infernus Limbus patrum.*

*Geneſ.*25. 8. ET deficiens, mortuus eſt (Abraham) in ſenectute bona prouectæque ætatis, & plenus dierum congregatuſque eſt ad populum ſuum, 17. Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta ſeptem, deficienſque mortuus eſt, & appoſitus eſt ad populum ſuum.

*Num.*20.24 Pergat (inquit Dominus ad Moyſen) Aaron ad populos ſuos, non enim intrabit terram quam dedi filiis Iſrael.

*Cap.* 27. 13. Cùm videris (ſcilicet terram quam daturus ſum filiis Iſrael) ibis & tu (dicit Dominus ad Moyſen) ad populum tuũ ſicut iuit frater tuus Aaron.

*Cap.*31. 2. Vlciſcere prius filios Iſrael (dicit Dominus ad Moyſen) de Madianitis, & ſic colligeris ad populum tuum.

*Deut.*31.7. Audi Domine verba Iudæ (ait Moyſes) & ad populum ſuum introduc eum (ſic Moſes moriturus benedixit ei.)

*Iudith.*14. 6. Tunc Achior videns virtutẽ, quam fecit Dominus Deus Iſrael, relicto gẽtilitatis ritu: credidit Deo, & circũcidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael.

*Pſal.*15.9. Inſuper & caro mea requieſcet iuſtè: uoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuũ videre corruptionem.

*Eccleſ.*24.45 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormiẽtes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.

*Zachar.*9.11. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos, de lacu in quo non eſt aqua.

*Oſee.* 3. 14. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, ô mors, morſus tuus ero inferne.

*Matth.*12.29 Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius deripere, niſi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

*Ioan.*2.19. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis ſui.

*Marc.*16.6. Surrexit, non eſt hic. Surgens autem mane, prima Sabbathi, apparuit primò, Mariæ Magdalenæ, &c.

*Act.*2.24. Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo: Dauid enim dicit in eum: prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper quoniam. &c.

*Luc.* 1. 79. Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent.

*Cap.*16. 22. Factum eſt aũt vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.

*Hebre.*2.14. Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium

perium



perium, i. diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti. *Coloſ.* 2. 14.

Delens quod aduerſus nos erat Chirographũ decreti, qđ erat contrariũ nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: & expoliãs principatus, & poteſtates, traduxit cõfidẽter, palam triumphans, illos in ſemetipſo. 1. *Petr.* 3. 18.

Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu, in quo & his qui in carcere, erãt, ſpiritu veniens prædicauit: qui increduli fuerãt aliquãdo, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe cũ fabricaretur arca. *Apoc.* 1. 5. 6.

Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorũ 17. Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis, & inferni.

## *Infernus ſepulchrum.*

IVſſimus (ait Aman) vt nefarij homines vno die ad inferos deſcendentes, reddant imperio noſtro pacem quam turbauerant. *Eſter* 13.7.

Pedes eius (ſcilicet meretricis) deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant. *Prou.* 5. 5.

Qui enim applicabitur illi (meretrici) deſcendet ad inferos, nam qui abſceſſerit ab ea, ſaluabitur. *Cap.* 9. 18.

Illi autem qui in potentem venere noctem, & ab infimis & ab altiſſimis inferis ſuperuenientem eundem ſomnium dormientes. &c. *Sap.* 17. 14.

Si ſuſtinuero infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meum. *Iob.* 17. 13.

Auxilium eorum (filiorum Core) veteraſcet in inferno à gloria eorum. *Pſal.* 48. 15.

Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. 140. 7.

Infernus & os vuluæ, & terra quæ non ſatiatur aquis: ignis verò nunquam dicit, ſufficit. *Prou.* 30. 16.

A ſonitu ruinæ eius commoui gentes: cùm deducerem eum (Pharaonem) ad infernum cum his, qui deſcendebãt in locum. 17. Nam & ipſi cum eo deſcendent ad infernum ad interfectos gladio. *Ezec.* 31. 16.

Ioan.

## *Inſtabilitas.*

*Gen.*4.12. VAgus & profugus eris ſuper terrã:(maledictio Caim)
*Num.*9.18. Ad imperium Domini proficiſcebantur, & ad imperium eius figebant tabernaculum.
*Iob.*4.18. Ecce qui ſeruiunt ei,non ſunt ſtabiles
11.15. Eris ſtabilis & non timebis.
*Pſalm.*54.23. Non dabit in æternum fluctuationem iuſto.
*Prou.* 27.8. Sicut auis tranſmigrãs de nido ſuo:ſic vir qui derelinquit locum ſuum.
*Eccleſ.* 10.4. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te,locum tuum ne dimiſeris.
*Eccleſ.*5.14. Nõ ventiles te in omnẽ ventũ, & nõ eas in omnem viam.
11.22. Confide in Deo,& mane in loco tuo.
27.12. Stultus ſicut luna mutatur.
34.11 Qui implantatus (non radicatus)eſt,abundabit nequitia.
*Eſai.*57.20. Impij quaſi mare feruens,quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.
*Ierem.*14.10. Dilexit mouere pedes ſuos,& non quieuit, & Domino non placuit.
*Thren.* 1.8. Peccatũ peccauit Ieruſalẽ, propterea inſtabilis facta eſt.
*Matth.*11.7. Quid exiſtis in deſertũ videre?arundinẽ vento agitatam?
*Luc.*9.4. In quancunque domum intraueritis, ibi manete,& inde ne exieritis.
Nolite tranſire de domo in domum.
10.7. Fratres mei dilecti,ſtabiles eſtote,& immobiles:abundan-
1.*Cor.*15.58. tes in omni opere Domini ſemper,ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.
Nunquid leuitate vſus ſum?
Non eſt in illo eſt,& non:ſed eſt in illo fuit.
2.*Cor.*17. Non ſimus paruuli fluctantes,et circũferamur omni ven-
*Ibidem.* 18. to doctrinæ.
*Epheſ.* 4.14. Rogamus vos fratres,vt operam detis vt quieti ſitis,et vt
1.*Theſſ.*4.11. veſtrum negotium agatis.
Scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam
2.*Theſ.*36.7. non inquieti fuimus inter vos.
Otioſæ diſcũt circuire domos:Non autem ſolum otioſę,
1.*Tim.*5.13. ſed et verboſæ,et curioſæ,loquentes quæ non oportet.
Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.
*Iacob.* 1.8.

## *Iniuſtitia.*

Domi-



DOminus aduerſatur omnem iniuſtitiam. *Deut.*25.16.
Si non permanſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, tunc *Iob.* 11.14.
leuare poteris faciem tuam abſque macula,& eris ſtabilis,& non timebis.
Non permanebunt iniuſti ante oculos tuos. *Pſalm.*5.6.
Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo. 35.2.
Iniuſti aũt diſperibunt:ſimul reliquę impiorũ interibunt. 36.38.
Vſquequo loquuntur omnes qui operantur iniuſtitiam, 93.4.
Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtã,facien- 100.3.
tes præuaricationes odiui.
Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. 106.
Creatura tibi factori deſeruiens excandeſcit in tormentũ *Sap.*16.24.
aduerſus iniuſtos,& leuior fit ad benefaciẽdum pro his, qui in te confidunt.
Non tibi placeat iniuria iniuſtorum. *Eccleſ.*9.17.
Regnum à gente in gẽtem transfertur propter iniuſtitias 10.8.
& iniurias,& contumelias,& diuerſos dolos.
Reuertere ad Dominum & auertere ab iniuſtitia tua. 17.27.
Erubeſcite à ocio & amico de iniuſtitia tua. 41.23.
In corruptiõe ſua peribũt percipiẽtes mercedẽ iniuſtitię. 2.*Pet.*2.13.

## *Inuidia & odium.*

AD Caim autem,& ad munera eius nõ reſpicit.Iratuſq; *Gen.*4.5.
eſt Caim vehementer,& concidit vultus eius.
Oderat ſemper Eſau Iacob,pro benedictione,qua benedi *Cap.*27.41.
xerat ei pater,dixitq; in corde ſuo.Veniẽt dies luctus patris mei,& occidam Iacob fratrem meum.
Cernens autem Rachel quod infecũda eſſet, inuidit ſoro *Cap.*30.1.
ri ſuæ,& ait marito ſuo, Da mihi liberos, alioqui morior, Cap.37.11.Exod.1.8.
Non occides. *Exod.*20.13.
Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè ar- *Leui.*19.17
gue eum ne habeas ſuper illo peccatum.
Si per odium quis hominem impulerit vel iecerit quippiã *Num.*35.20.
in eum per inſidias,aut cum eſſet inimicus manu percuſſerit & ille mortuus fuerit,percuſſor homicidij reus erit, cognatus occiſi ſtatim vt inuenerit eum iugulabit.
Si quis odio habens proximum ſuum inſidiatus fuerit *Deut.*19.11.
vitæ eius,ſurgenſq; percuſſerit illum,& mortuus fuerit.&c. tradẽt illum ſeniores ciuitatis illius in manu proximi cuius ſanguis effuſus eſt & morietur.
Inuidia aũt diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ Rõ.1.29. *Sapie.*2.24.

Odium

*Prou.*10.12. Odium ſuſcitat rixas,& vniuerſa delicta operit charitas. 18.abſcundunt odium labia mendacia,qui profert contumeliam inſipiens eſt.

*Luc.* 15. 28. Indignatus autem (filij prodigi frater) & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus,cœpit rogare illum.

*Ioan.*12.4. Dixit autem vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes qui erat eum traditurus.

*Rom.* 13. 13. Sicut in die honeſtè ambulemus non in commeſſationibus & impudicitiis,non in contentione,& emulatione.

*Gala.* 5 15. Quod ſi inuicem mordetis & comeditis.Videte ne ab inuicem conſumamini & 20.Inimicitiæ,contentiones,& æmulationes,iræ,rixæ,diſſentiones,ſectæ,inuidię, &c. quæ ſunt opera carnis.

*Iacob.* 3. 14. Quod ſi zelum amarum habetis,& contentiones ſunt in cordibus veſtris,nolite gloriari,& mendaces eſſe aduerſus veritatem.

*Cap.* 4. 2. Concupiſcitis,& non habetis:occiditis & zelatis,& non poteſtis adipiſci,litigatis & belligeratis,&non habetis,propter quod non poſtulatis.

1. *Petr.* 2.1. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & ſimulationes,& inuidias ,&c. Omnes detractiones ſicut modo geniti infantes. &c.

1. *Ioan.*3. 13. Nolite mirari , ſi odit vos mundus , 15. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt.

*Cap.* 4. 20. Si quis dixerit quoniam diligo Deum , & fratrem ſuum oderit,mendax eſt.

## *Inuidia Deum prouocat.*

*Prou.*17.5. QVi in ruina lætatur alterius,non erit impunitus.
24.17. Cùm ceciderit inimicus tuus,ne gaudeas,& in ruina non exultet cor tuũ,ne fortè videat Dominus & diſpliceat ei,& auferat ab eo iram ſuam.

28. 22. Vir qui feſtinat ditari & aliis inuidet,ignorat, quòd egeſtas ſuperueniet ei.

*Sapien.* 6.25. Neque cum inuidia tabeſcente iter habebo,quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ.

*Galat.*5. 26. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes inuicem inuidentes.

*Iac.*3. 16. Vbi zelus & cõtentio,ibi incõſtãtia & omne opus prauũ.
*&* 2. 1. Deponentes igitur omnẽ malitiam,& inuidias,& omnes detractiones,ſicut modo geniti infantes,rationabiles,&ſine dolo



dolo lac concupiſcite,vt in eo creſcatis in ſalutem.

## *Proximum ſupplantat.*

RVrſum contẽplatus ſum omnes labores hominum , & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas,& cura ſuperflua eſt. *Eccl.*4.4.

Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarũ, imitantur autem illum ,qui ſunt ex parte illius. *Sapien.*2.24

## *Seipſam cruciat.*

PAruulum occidit inuidia. *Iob.*5.2.

Vita carnium,ſanitas cordis:putredo oſſium,inuidia. *Prou.* 14. 30.

Qui ſibi inuidet,nihil eſt illo nequi⁹,& hæc redditio eſt malitiæ illius. *Eccleſ.* 14.6.

*Ioab filius Saruiæ.2.Reg.*2.13.*confodit Abner*,3.27.*reconciliat Abſalonem per* Thecuam 14.*× confodit* Amaſa.20.9.*confoditur ipſe.3.Reg.*2.28.34.*iuxta mandatum Dauid*.2.5 7.

Ioachaz *filius Ieu,rex Iſrael.4.Reg* 10.35.☩13.1.

Ioachaz *filius* Ioſiæ *exuitur regno,& vehitur in* Aegyptum, *vbi & moritur*.4.Reg.23.34.*captiuitas eius prædicitur, Ezech*.19.4.*appellatur* Iohanan, 1. Paral.3. 15.*poſt ipſum creatur rex frater eius Eliachim*.4 Reg.23 34

*Ioachin filius Ioacim,fit rex* Iuda.4.Reg.24.8.*ducitur captiuus à* Nabuchodonoſor *in Babyloniam*.24 12. 15.*dimittitur ex carcere,et ad honores euehitur*.15.24 *appellatur Iechonias,Iere*.37 1.*appellatur* Neri, *Luc*.2. 27. *ei ſuccedit patruus* Matthanias.4.*Reg*.24.17.

Ioacim , *antea dictus Eliacim,filius Ioſiæ ,fit rex Iuda*. 4. *Reg*.23.34.3. *Eſdre*.1. 37. *combuſsit libros ſermonum Ieremiæ. Iere*.36.21 *appellatur Melchi. Luc*.3 24.*moritur*.4. Reg.24.1.5. *poſt ipſum conſtituitur rex filius Ioachim*,4 *Reg*.24.6.

*Ioanna vxor Chuſæ ſequitur* Chriſtum,*Luc*.8.3.

*Ioannes Baptiſta filius Zachariæ,Luc*.1.55.59.60. *Euangelium regni denũciat,& baptizat*,Mat.3.1.*Mar*.1.4.5. Ioã.1.28.☩3.23.26.*veſtitus ei⁹ ex pilis camelorũ,& victus locuſtæ et mel ſilueſtre*,Mar.1.6.*noluit haberi maior quã erat.Ioã*.1.19.20.26.☩3.28.*mittit diſcipulos ad Chriſtũ,Mat*.11.2.Capite *trũcatur*, Mat.14.8.*dicitur Helias*,Mala.4.5.Mat.11.14.☩17.10.Luc.1.17

*Ioannes filius* Zebedæi *vocatur*,Mat.4. 22. *vnice à Chriſto diligitur,Ioan*.13.23.☩19.26 ☩20.2☩21.7.20.*ſcribit quæ vidit*.Ioã.19.35.☩21.24.1.Ioan.1.1.

Ioas *fili⁹ Ochoſiæ ſolus euadit ,dũ ſenatus regius occiditur*.4. *Reg*.11.2.*coronatur rex in Iuda*,11.12. *occidit* Zachariã *filium*

Ioiadæ

Ioiada.2 Para.24.21.Mat.23.35.occiditur à ſuis miniſtris.2.Par. 24.25.4.Reg.12. 20.poſt ipſum filius eius Amaſias rex conſtitutus eſt,1.Paral.3.12.2.Paral. 24.27.

Ioas filius Ioachaz rex Iſrael,4.Reg.13.9. pugnat contra Amaſiam.ſubuertit mœnia Ieruſalem,deſtruit templum,& moritur,4.Reg.14.1·.16.

Ioiada Sacerdos iuſsit occidi Athaliam reginã, 4.Reg.11.15. 2.Paral.24.14.moritur,24.15.

Ionas prophetat,4.Reg.14 25.præcipitatur in mare , Ionæ.1. 15.deglutit eum piſcis à domino præparatus,2.1.in cuius vẽtre erat tribus diebus & tribus noctibus.Ibid.Mat.12.40.

Ionathas filius Saulis preſternit Philiſteos.1.Reg.13.3. ‡ 14. 1.11.liberatur per populũ à patre ob mel deguſtatum occidẽdus, 14.45.ferit fœdus cũ Dauide.18.3.‡20.8.‡23.18.cæditur,31.7

Ionathas filius Mathatiæ,præfectus militaris Iudæorum, 1.Mach.9.31.fœdus init cum Demetrio,10.3.15.Capitur,12.48 occiditur cum ſuis filiis,13.23.

Ioram filius Ioſaphat Regis Iuda.3.Reg.22. 51. occidit ſex fratres ſuos.2.Par.21.4.moritur,4.Reg.8.24.2.Para.21.19.

Ioram rex Iſrael.4.Reg.1.17.‡3.1.procedit contra Hazael regem Syriæ.8.28.accepto vulnere curatur in Iezrahel.9. 15. moritur,9.24.

Ioſaphat filius Aſæ rex Iuda,3.Reg.22.41.mittit qui verum Dei cultum doceant in ciuitates Iuda,2.Para.17.7.fœdere iungitur cum impio Achab,18.3.ideo que arguitur à propheta,19.2.iungit ſe Ochoſiæ,2.Par.20.35.moritur.21.1.habuit ſuccessorem filium Ioſiam,1.Paralip,3.11.

Ioſeph filius Iacob,Gen.30.23.Videt sõniũ 37.5.9.Venditur à fratrib.Iſmaelitis.37.26.Pſal. 104.17.falſo accuſatur,Gen.39. 17.Mittitur in carcerẽ.39.20.‡41.14,cõſtituitur Dominus vniuerſi Aegypti.41.40.datur ei filia Putipharis vxor. 41.45.delegit ſe fratribus ſuis.45.1.moritur 50.24.oſſa eius transferũtur ex Aegypto,Exod.13.19.ſepelitur in Sichẽ,Ioſ.24.32.

Ioſeph cõiunx B.virginis Mariæ.Mat.1.16.fugit in Aegyptũ (2.14.

Ioſias filius amõ rex Iuda,4.Reg.21.24.‡22.eius natiuitas prædicta eſt.3.Reg.13.2.Legit librũ Legis.4.Reg.23.2.celebrat paſcha.23.21.vulneratur à ſagittariis.& moritur.2.Par.35. 23. 24.4.Reg.23.29.lugetur.2.Par.35.34.ei ſuccedit Ioachas.4.Reg 23.30.34.

Ioſue pugnat cõtra Amalech.Exo.17.9.13.mittitur exploraturus terrã Chanaan.Num.13.2.eã populo commendat.14.6. conſti-



cõſtituitur loco Moyſis dux populi,27.18.Deut.3.21.‡31.3.7.14 Ioſue.1.1.6.mittit exploratores.2.1.tranſit Iordanẽ.3.16.erigit duodecim lapides in Galgal 4.3.8.20.angelus Domini apparet ei,Ioſ.5.13.benedicit populo, 8.33 aſcendit Ioſue ad liberandos Gabaonitas.10.7.ſol & luna ſteterunt ad imperiũ Ioſue.10.12. reuertitur Ioſue in Galgal poſt liberatos Gabaonitas , 10.43. percutit 31.reges.12.accipit ſuã portionẽ in diuiſione terræ. 19. 49.moritur.24.29.Iudic.2.8.commendatur.Eccl.46.1.

## Iracundia quantum mali pariat.

IRatuſque eſt Cain vehementer & concidit vultus eius. *Gen.4.5.*

Virum ſtultum interficit iracundia & paruulum occidit inuidia. *Iob.5.2.*

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam,qui autem diſſimulat iniuriam callidus eſt. *Prou.12. 16.*

Vita carnium ſanitas cordis putredo oſſium inuidia. *Cap.14.30.*

Vir iracundus prouocat rixas,qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. *Ca.15.18.*

Qui meditatur diſcordias diligit rixas & qui exaltat os ſuum quærit ruinam. *Cap.17. 19.*

Angelus crudelis mittitur contra eũ.(ſcilicet iracundum) *C.17.11.*

Qui impatiens eſt ſuſtinebit damnum,& cum rapuerit aliud apponet. *Ca.19.19.*

Sicut carbones ad prunas,& ligna ad ignẽ:ſic homo iracũdus ſuſcitat rixas. *C.26.21.*

Graue eſt ſaxum & oneroſa arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior. *Cap.27.3.*

Vir iracundus prouocat rixas & quid ad indignandũ facilis eſt,erit ad peccandum procliuis. *Ca.29.22.*

Ne ſis velox ad iraſcẽdũ quia ira in ſinu ſtulti requieſcet. *Eccleſ.7. 10.*

Non eſt caput nequius ſuper caput colubri,& non eſt ira ſuper iram mulieris. *Eccleſ.25.22.*

Memento nouiſſimorum et deſine inimicari,14.Si ſufflaueris quaſi ignis exardebit & ſi expueris ſuper illã extinguetur,vtraque ex ore proficiſcuntur. *Cap.28.6.*

Zelus & iracundia minuunt dies & ante tempus ſenectã adducit cogitatus. *Ca.30.26.*

Audiſtis quia dictum eſt antiquis non occides. Qui autẽ occiderit reus erit iudicio.Luc.4.28. *Matt.5. 22.*

Inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ,rixæ,inuidiæ, &c,opera ſunt carnis.&c. *Gal.5.20.*

Ee Iraſci

Ephe.4.26. Iraſcimini &nolite peccare,ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.

Coll.3.8. Nunc autẽ deponite & vos omnia,irã,indignationẽ,malitiam,blaſphemiam,turpem ſermonem de corde veſtro.

Titum.1.7. Oportet epiſcopũ ſine crimine eſſe ſicut Dei diſpẽſatorẽ non ſuperbũ,non iracundũ, non vinolentũ, non percuſſorẽ.

Iaco.1.19. Sit aũt homo velox ad audiendum,tardus aũt ad loquendũ & tardus ad irã,ira autem viri iuſtitiã Dei non operatur.

### *Facile ſedatur.*

Prou.15.1. REſponſio mollis frãgit irã:ſermo durus ſuſcitat furorẽ

26.10. Qui imponit ſtulto ſilentium,iras mitigat.

### *Fructuoſè deuitatur.*

Iob.36.18. NOn te ergo ſuperet ira,vt aliquẽ opprimas nec multitudo donorum inclinet te.

Prou.22.24. Noli eſſe amicꝰ homini iracũdo,neq; ãbules cũ viro furioſo,ne forte diſcas ſemitas eiꝰ,& ſumas ſcãdalũ animę tuę.

30.33. Qui aũt forte premit vbera ad eliciendũ lac,exprimit butyrũ,& qui vehementer emungit elicit ſanguinẽ: & qui prouocat iras,producit diſcordias.

Eccl.7.10. Ne ſis velox ad iraſcendũ:quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.

11.10. Aufer irã à corde tuo,& amoue malitiam à carne tua.

13.31. Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bonũ, ſiue in malum.

20.2. Quàm bonum eſt arguere,quàm iraſci.

Matt.5.22. Ego autẽ dico vobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

Rom.12.19 Nõ voſmetipſos,defendẽtes,chariſſimi,ſed date locũ iræ.

Epheſ.4.31. Omnis amaritudo,& ira, & indignatio,& clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

### *Iræ alterius cedendum potius quàm repugnandum.*

Pro.22.24.25 NOli eſſe amicꝰ homini iracũdo,neq; ãbules cũ viro furioſo ne forte diſcas ſemitas eiꝰ & ſumas ſcãdalũ animę tuę.

Cap.29.22. Vir iracundus prouocat rixas , & qui ad indignandum facilis eſt erit ad peccandum procliuior.

Eccl.8.19. Cum iracundo non facias rixas & cum audace non eas in deſertum:quoniam quaſi nihil eſt ante eum ſanguis & vbi non eſt adiutoriũ elidet te.

Ange-



Matt.2.13. Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicẽs, Surge & accipe puerũ & matrem eius & fuge in Aegyptum.&c.

### *Iſrael populus & hæreditas Domini.*

Exo.3.7. AIt Dominus(Moyſi) Vide affectionẽ populi mei in Aegypto & clamorẽ eius audiui propter duritiã eorũ qui præſunt operibus & ſciens dolorẽ eius, deſcendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum &c.

Ca.5.1. Moyſes & Aaron ingreſſi ſunt & dixerũt Pharaoni hæc dicit Dominus Deus Iſrael, dimitte populũ meũ vt ſacrificet mihi in deſerto.

Ca.6.7. Aſſumã vos mihi in populũ , & ero veſter Deus & ſcietis quod ego Dominus Deus veſter,qui eduxerim vos de ergaſtulo Aegyptiorum.

Ca.19.5. Si audieritis vocẽ meã & cuſtodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cunctis populis,mea eſt enim omnis terra.

Deut.4.20. Vos aũt tulit Dominus et eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populũ hæreditariũ ſicut eſt in præſenti die.

Cap.7.6. Idẽ.ca.26.18 Quia populus ſanctus es Domino Deo tuo,te elegit Dominus Deus tuus vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram,Idem ca.14.2.

Ca.9.29. Qui ſunt populus tuus et hæreditas tua quos eduxiſti in fortitudine tua magna et in brachio tuo extento. cap.32.9.

Ca.10.15. Patribus tuis conglutinatus eſt Dominus et amauit eos elegitque ſemen eorum poſt eos:vos de cunctis gentibus ſicut hodie comprobatur.

1.Reg.10.1. Ecce vnxit te(Saul in regẽ à Samuelle)Dominus ſuper hęreditatem ſuã principẽ et liberabis populum ſuum de manibus inimicorum eius etc.

Ca.12.22. Non derelinquet Dominus populũ ſuum propter nomen ſuũ magnũ,quia iurauit Dominus facere vos ſibi populum.

2.Reg.7.23. Quæ eſt aũt vt populus tuus Iſrael gens in terra propter quàm dicit Deus vt redimeret eã ſibi in populũ et poneret ſibi nomẽ,faceretque magnalia eis & horribilia ſuper terrã à facie populi tui quẽ redemiſti tibi ex Aegypto, gentem,et Deum eius.

3.Reg.8.53. Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatẽ de vniuerſis populis terræ,ſicut locutus es per Moyſen ſeruum tuũ quando eduxiſti patres noſtros de Aegypto Domine Deus.

Eſa.19.25 Benedictus populus meus Aegypti et opus manuũ mearũ

 Aſſy-

Caſſyrio, hæreditas autem mea iſrael.
Ca.43.1. Hæc dicit Dn̄s creans te Iacob,& formãs te Iſrael noli ti
mere quia redemi te & vocaui te nomine tuo, meus.n.es tu,
Hyere.13.11. Sicut adhæret lũbare ad lũbos viri, ſic agglutinaui mihi
omnem domũ, Iſrael & omnem domũ Iuda dicit Dominus,
vt eſſent mihi in populum & in nomẽ,& in laudem,& in glo
riam & non audierunt.

*Decem tribus Iſrael ſegregant ſe à domo Dauid:*

3.Reg.12.3. VEnit Ieroboã & omnis multitudo Iſrael & locuti ſunt ad
Roboã dicentes: Pater tuus duriſſimũ iugũ impoſuit no
bis tu itaq; nũc imminue paululũ &c.& ſeruiemus tibi,
9.16.vide ibidẽ,4.reg.15.29.Transferuntur in aſſiriam.
Deut.4.26. Teſtes inuoco hodie cœlum & terrã cito perituros vos
eſſe de terra quã trãſito Iordane poſſeſſuri eſtis, non habita
bitis in ea longo tẽpore, ſed delebit vos Dominus atq; diſ-
perget in omnes gentes & remanebitis pauci in nationibus
ad quas vos ducturus eſt Dominus.

*Multi ex Iſrael ſequuntur Leuitas in Hieruſalem.*

2.Para.11.13 SAcerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſrael
venerunt ad Roboam de cunctis ſedibus ſuis.

*Iter ſalutis & perditionis.*

Exodi.23.2. NOn ſequeris turbam ad faciendũ malũ: nec in iudicio
plurimorũ acquieſces ſentẽtię, vt à vero deuies. (lorũ.
Pro.4.14. Nõ delecteris ſemitis impiorũ, nec tibi placeant viæ ma-
Ibid.19. Iuſtorũ autẽ ſemitæ, quaſi lux ſplendens, procedũt & creſ
cunt, vſq; ad perfectum diem.
Ibid.18. Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruunt.
Ibid.25. Oculi tui recta videãt,& palpebræ tuæ ꝓcedãt greſſus tuos.
Ibid.26. Dirige ſemitã pedibus tuis,& omnes viæ tuæ ſtabilientur.
Ibid.27. Auerte pedẽ tuũ à malo, vias.n. quæ à dextris ſunt, nouit
Dominus: peruerſæ verò ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt.
Prou.5.21. Reſpicit Dominus vias hominis,& omnes greſſus illius cõ
ſiderat.
Iter autẽ impiorum decipiet eos.
22.26. Iter impiorũ quaſi ſepes ſpinarum, via iuſtorum abſque
offendiculo.
[illegible] Vir prudens diriget greſſus ſuos.

Cum



Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque 16.7.
eius conuertet ad pacem.
Cũ audace nõ eas in via, ne forte grauet mala ſua in te ip Eccl.8.18,
ſe.n.ſecundũ voluntatẽ ſuam vadit,& ꝑ ſtultitiã eius peribis.
Non ventiles te in omnem ventũ,& non eas in oẽm viã. 5.14.
In via ruinæ non eas & non offendes in lapides. 32.25.
Intrate per anguſtam portã, quia lata porta & ſpacioſa eſt Matt.7.
via, quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt q intrant per eã.
Quam anguſta porta & arcta eſt via,& difficilis, quæ ducit Ibid.14.
ad vitam,& pauci ſunt qui inueniunt eam.
Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis, nõ quaſi Epheſ.5.15
inſipientes, ſed vt ſapientes.
Greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans Heb.12.13.
quis erret, magis autem ſanetur.

*Iudæorum ceremoniæ erant vmbra futurorum.*

ET erit quaſi ſignũ in manu tua,& quaſi monumentũ ante Exo.13.9.
oculos tuos,& vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo, in ma
nu.n.forti eduxit te Dominus de Aegypto Idẽ repetitur.14.
Loquere filiis Iſrael (dicit Dominus moyſi) & dices ad eos Num.15.38.
& facias tibi fimbrias per angulos palliorum ponẽtes in eis
vittas Hyacinthinas quas cum viderint recordentur omniũ
mandatorum domini &c.
Obſerua menſem nouarum frugũ & verni primũ tẽporis Deut.16.1.
vt facias phaſe Domino Deo, quoniã in iſto menſe eduxit te
Dominus deus tuus de Aegypto nocte.
Eieci eos de terra Aegyptij,& eduxi eos in deſertum. Ezech.20.10.
Nolo autem vos ignorare fratres quoniam patres noſtri 1.Cor.10.1.
oẽs ſub nube fuerunt & omnes mare tranſierunt & omnes in
Moyſe baptiſati ſunt in nube & in mari & omnes eandẽ eſcã
ſpiritualem manducauerunt.
Habẽtes talẽ ſpẽ multa fiducia vtimur & nõ ſicut Moyſes 2.Cor.3.13.
ponebat velamẽ ſuper faciẽ ſuã vt non intẽderent filij Iſrael
in faciẽ eius quod euacuatur, ſed obſtuſi ſunt ſenſus eorũ.
Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ melchiſedech. Hebr.7.17.
Habuit quidẽ & prius iuſtificationes culturæ & ſanctũ ſæ Cap.9.1.
culare 23.neceſſe eſt ergo exẽplaria quidẽ cęleſtiũ his mũda
ri ipſa autẽ cęleſtia melioribus hoſtiis quàm iſtis.cap.8.5.
Vmbram habens lex futurorũ bonorũ non ipſam imagi- Cap.10.1.
nẽ rerum per ſingulos annos eiſdẽ ipſis hoſtiis, quas offerũt
indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere.

 Iudæo

## *Iudæorum quædam certæ conſuetudines.*

*Iudic.*11.40. Mos increuit cum Iſrael et conſuetudo ſeruata eſt, vt poſt anni circulũ, vt conueniant in vnum filij Iſrael et plangent filiam Iephthe Galaaditis diebus quatuor. Gen.32.31.

*Ruth.*4.7. Hic erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos vt ſi quando alter alteri ſuo iuri cedebat vt eſſet firma conceſſio ſoluebat homo calciamentum ſuum et dabat proximo ſuo hoc erat teſtimonium in Iſrael.

2.*Par.*35.25. Hyeremias maximè (ſcilicet lugebat Ioſiam) cuius omnes cantores atque cantatrices vſque in præſentem diem lamẽtatiões ſup Ioſiã replicãt et quaſi lex obtinuit in Iſrael etc

*Iudas filius* Iacob *naſcitur*, Gene.29.35. *neſcius concumbit cũ filij ſui vxore* Thamar, 38.15. *ſpondet pro fratre ſuo Beniamin* 43.9. *prædicitur ſceptrum non auferẽdũ de Iuda, donec veniat Meßias*, 49.10. *Deu.*33.7. Iudic.1.2.2. Reg 7.12.2. Paral.6.6.

*Contra Iudam & Ieruſalem, vide Ieruſalem.*

*Iudas* Machab*æus eligitur dux fratrum ſuorum*, 1.Mach.2.66. *pugnat ſtrenuè*, 3.*.✠4.*.✠5.*.7.25. 2.Mach.8.1.✠.10.16.*✠11.6.✠12.*✠1.*.14.*.✠15.*. *cæditur*, 1.Mach.9.17.

## *Iudas eſcariotes eligitur in apoſtolum.*

*Matth.*10.4. Numerantur duodecim apoſtoli ſcilicet Simon et Andreas etc. et Iudas Iſcariotes qui et tradidit eũ ſcilicet Ieſum.

## *Init pactum cum Phariſæis.*

*Luc.*22.3. INtrauit aũt Sathanas in Iudã qui cognominatur Iſcariotes vnũ duodecim et abiit et locutus eſt cũ principib. ſacerdotum et magiſtratib. quemadmodum illum traderet eis.

## *Prodit Chriſtum Dominum.*

*Matt.*26.46 SVrgite eamus (dixit Ieſus diſcipulis dormientibus) appropinquauit qui me tradet.

*Mar.* 14.42. Surgite eamus, Ecce qui me tradet prope eſt. Et adhuc eo loquente venit Iudas Iſcariotes vnus de duodecim et cũ eo turba multa cum gladiis et lignis.

*Ioan.*18.5. Quem quæritis? (ait Ieſus) Reſponderunt ei. Ieſum Nazarenum. Dicit ei Ieſus. Ego ſum, ſtabat autem et Iudas qui tradidit eum cum ipſis.

## *Secundum prophetiam prodidit Chriſtum.*

*Pſalm.*40.10 ETenim homo pacis meæ in quo ſperaui q edebat panes meos



meos magnificauit ſuper me ſupplantationem.

Fiant dies eius pauci & epiſcopatum eius accipiat alter. 108.8.

Reſpondit eis Ieſus, nonne ego vos duodecim elegi & ex vobis vnus diabolus eſt? 1.*Ioan.*6.70.

Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes qui erat eum traditurus. *Cap.*12.4.

Cũ hęc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu & proteſtatus eſt & dixit amẽ amẽ dico vobis quia vnus ex vobis tradet mę. *Cap.*13.21.

## *Iudas pœnitentia ductus ſuſpendit ſe.*

TVnc videns Iudas qui eũ tradidit quod dãnatus eſſet, pœnitẽtia ductus retulit triginta argenteos principib. ſacerdotũ & ſacerdotib. dicens, Peccaui tradẽs ſanguinem iuſtũ. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis triginta argẽteis in tẽplo receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. *Matt.*27. 3.

Et hic quidẽ (Iudas) poſſedit agrũ de mercede iniquitatis & ſuſpẽſus crepuit medius & diffuſa ſunt omnia viſcera ei⁹. *Act.*1.18.

*Iudas Galilæus diſperſus cum ſuis, Actor*, 5.37.

*Iudas & Silas cum* Paulo *& Barnaba Antiochiam mittuntur, Act.*15.22.27.

## *Iudicabunt ſancti de hoc mundo.*

IVdicabunt nationes & dominabũtur populis & regnabit Dominus illorum in perpetuum. *Sap.*3.8.

Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt & qui abſtulerunt labores eorum. *Ca.*5.1.

Ieſus autẽ dixit illis: Amen dico vobis quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis et vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Matth.*19.28

An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt et ſi in vobis iudicatur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis ſæcularia. 1.*Cor.*6.2.

Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium cõtra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, et de omnibus duris quæ locuti ſunt contra eum peccatores impij. *Iudæ.*14.

## *Iudicium peruerſum.*

*Eccleſ.*11.9. DE ea re quæ te non moleſtat ne certeris & in iudicio peccantium ne conſiſtas.

*Matth.* 7. 1. Nolite iudicare & non iudicabimini, in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini,&c.

*Cap.*12.7. Si autem ſciretis quid eſt,miſericordiam volo & nõ ſacrificium,nunquam condemnaſſetis innocentes.

*Luc.*6.37. Nolite iudicare & non iudicabimini,nolite condemnare & non cõdemnabimini,dimittite & dimittetur vobis,date & dabitur vobis,&c.

*Cap.*7.33. Venit autem Ioannes Baptiſta,neque manducans panem neque bibens vinũ,& dicitis,dæmonium habet venit filius hominis manducans & bibens & dicitis:Ecce homo deuorator & bibens vinũ,amicus publicanorum & peccatorum.

*Ioãnis.*7.24. Nolite iudicare ſecundũ faciẽ ſed iuſtũ iudiciũ iudicate.

*Cap.*9.16. Dicebant ex Phariſæis quidam:non eſt hic homo(Chriſtus)à Deo quia Sabbathum non cuſtodit, alij autem dicebant.Quomodo poteſt homo peccator hęc ſigna facere?& ſchiſma erat inter illos.

*Act.*28.4. Vt verò viderũt Barbari pendẽtem beſtiã(ſcilicet viperã) de manu eius,ad inuicem dicebant vtique homicida eſt homo hic qui cùm euaſerit de mari vltio non ſinit eũ viuere.

R*oma.* 2. 1. Propter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas,in quo enim iudicas alterum teipſum condemnas ,eadem enim agis quæ iudicas.

*Cap.*14.4. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum,Domino ſuo ſtat aut cadit ſtabit autem, potens eſt enim Deus ſtatuere eum. 13.Non ergo amplius iudicemus inuicem, ſed hoc iudicate magis,ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.

1.*Cor.*4.5. Nolite ante tempus iudicare quoaduſque veniat Dominus qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium & tunc laus erit vnicuique à Deo.

1.*Tim.*5.21. Teſtor coram Deo & Chriſto & electis angelis vt hęc cuſtodias ſine præiudicio nihil faciẽs in aliã,partẽ declinando

*Iacob.*4.11. Nolite detrahere alterutrũ fratres mei,qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem ſuum detrahit legi & iudicat legem, Si autem iudicas legem non es factor legis ſed iudex.

## *Iudicium diuinum.*

*Exod.*20. 5. EGo ſum dominus Deus tuus fortis,zelotes,viſitans iniquitatem patrum in filiis vſque in tertiã & quartã generationẽ



nerationem eorum,qui oderunt me:& faciens miſericordiã in milia his,qui diligunt me,& cuſtodiunt præcepta mea.

Ego occidam,& ego viuere faciam:percutiam & ſanabo *Deut.*32.39.
& non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

Sapiens corde eſt, & fortis robore,quis reſtitit ei & pa- *Iob.*9. 4.
cem habuit?

Excelſior cœlo,& quid facies?Profondior inferno,& vn 11.8.
de cognoſces?Longior terra menſura eius,& latior mari. Si ſubuerterit omnia,vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei?vel quis dicere poteſt,cur ita facies?

Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua,& nullus ei ſimi- 36.22.
lis in legiſlatorib.Quis poterit ſcrutari vias eius ? aut quis audet ei dicere,operatus es iniquitatem?

Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?Et quis antè dedit *Iob.*41.1.
mihi,& reddã ei?omnia quæ ſub cælo ſunt,mea ſunt.Non parcam ei & verbis potentibus,& ad deprecandũ cõpoſitis.

Domini eſt terra,& plenitudo eius:orbis terrarum, & v- *Pſal.*23.1.
niuerſi,qui habitant in eo.

Tu terribilis es,& quis reſiſtet tibi? 75.8.

Tu dominaris poteſtati maris.Tu humiliaſti ſicut vulne- 88.10.
ratum ſuperbum.Tui ſunt cæli,& tua eſt terra.

Dominus in cœlo parauit ſedem ſuum:& regnum ipſius 102.19.
omnibus dominabitur.

Quis enim dicet tibi, quid feciſti?aut quid ſtabit contra *Sap.*12.12.
iudicium tuum?

Nõ enim eſt alius Deus,quàm tu,cui cura eſt de omnib.vt *Ibidem.*13.
oſtẽdas quoniam non iniuſtè iudicas iudicium.Neque rex neq; tyrãnus in cõſpectu tuo inquirẽt de his,quos pdidiſti.

Omne quod voluerit,faciet,& ſermo illius poteſtate ple- *Eccle.*8.3.
nus eſt:nec dicere ei quiſquam poteſt,Quare ita facis?

Qui viuit in æternum,creauit omnia ſimul Deus ſolus 18.1.
iuſtificabitur,& manet inuictus rex in æternum.

Dominus enim exercituum decreuit,& quis poterit in- *Eſai.*14. 27.
firmare?Et manus extenta,& quis auertet eam.

Et ab initio ego ſum,& non eſt qui de manu mea eruat: 43.13.
operabor,& quis auertet illud?

Heu heu heu,Domine Deus,ecce tu feciſti cœlum & ter *Ierẽm.*32.17.
ram in fortitudine tua magna,& in brachio tuo extento?nõ erit tibi difficile omne verbũ,Qui facis miſericordiã in millibus,& iniquitaten patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos,fortiſſime,magne,& potens.

Ierem.50.44 Quis eſt enim ſimilis mei?& quis ſuſtinebit me? Et quis
eſt iſte paſtor,qui reſiſtat vultui meo?
Ezec.21.3. Ecce ego ad te,& eiiciam gladium meum de vagina ſua
& occidam in te iuſtum & impium.
Sap.15.13. Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes poteſta-
tem,& deducis vſque ad portas mortis,& reducis.
Matt.10.28. Et nolite timere eos,qui occidunt corpus: animam autẽ
non poſſunt occidere:ſed potius timete eum, qui poteſt &
animam & corpus perdere in gehennam.
28.18. Data eſt mihi poteſtas in cœlo & in terram.
Rom.14.9. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt viuo-
rum & mortuorum dominetur.
Ibidem. 11. Viuo ego,dicit Dominus,quoniam mihi flectetur omne
genu:& omnis lingua confitebitur Deo.
Iaco.4.12. Vnus eſt.n.legiſlator & iudex,qui põt perdere & liberare.
Tob.13.1. Magnus es Domine in æternum, & in omnia ſæcula re-
gnum tuum: quoniam tu flagellas,& ſaluas: deducis ad in-
feros & reducis & non eſt qui effugiat manum tuam.
Pſal.144.19. Regnum tuum,regnum omnium ſæculorum:& domina-
tio tua in omni generatione & generationem.
Ierem.10.6. Nõ eſt ſimilis tui domine,magnus es tu, & magnum no-
mẽ tuũ in fortitudine. Quis non timebit te,ô rex gentium?
Ibidem,9. Opus artificum vniuerſa hæc. Dominus autem Deus ve-
rus eſt:ipſe Deus viuens & rex ſempiternus.
Ibidem.10. Ab indignatione eius commouebitur terra,& non ſuſti-
nebunt gentes comminationem eius.
Dan.7. 14. Poteſtas eius poteſtas æterna,quę non auferetur:& regnũ
eius quod non corrumpetur, (erit finis.
Luc.1.33. Et regnabit in domo Iacob in æternum:& regni eius non
Ibidem.37. Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

### *Iudicium Diuinum irreprehenſibile.*

1.Reg.15.29. POrro triumphator in Iſrael non parcet,& pœnitudine nõ
flectetur, neque enim homo eſt,vt agat pœnitentiam.
16.7. Nec reſpicias vultum eius,neque altitudinẽ ſtaturæ eius.
quoniã abieci eũ,nec iuxta intuitũ hominis ego iudico.
Tob.3.2. Iuſtus es Domine,& omnia iudicia tua iuſta ſunt: & om-
nes viæ tuæ, miſericordia & veritas & iudicium.
Iob.9.28. Verebar omnia opera mea , ſciens quod non parceres
delinquenti.
34.10. Abſit à Deo impietas,& ab omnipotẽte iniquitas. Opus e-
nim hominis reddet ei,& iuxta vias ſingulorũ reſtituet eis.
Vère



Verè Deus non condemnabit fruſtra, nec Omnipotens Ibidem. 12.
ſubuertet iudicium.
Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Pſalm. 61.13.
Iudicabit orbẽ terrarũ in iuſtitia, & populos in æquitate. 97. 9.
Iuſtus es Domine,& rectum iudicium tuum. 118.137.
Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt. Prou. 16. 11.
Non enim ſubtrahet perſonã cuiuſquã Deus,nec verebi Sap. 6. 8.
tur magnitudinem cuiuſquam : quoniam puſillum & ma-
gnum ipſe fecit,& æqualiter eſt illi cura de omnibus.
Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſe- Eſai. 11. 3.
cundum auditũ aurium arguet:ſed iudicabit in iuſtitia pau-
peres,& arguet in æquitate pro manſuetis terræ.
Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. 28.17.
Et reddam eis ſecundum opera eorum, & ſecundum fa- Ierem.25.14.
cta manuum ſuarum. Ezech. 18.4.
Ecce omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris,ita & ani-
ma filij mea eſt. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ibidem. 30.
Idcirco vnumquenque iuxta vias ſuas iudicabo domus
Iſrael ait Dominus Deus. Rom. 2.2.
Scimus enim quoniã iudicium Dei eſt ſecundũ veritatẽ Ibidem.6.
Qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Gal. 6. 5.
Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. Epheſ. 6. 8.
Vnuſquiſq; quod fecerit bonum,hoc recipiet à Domino
ſiue ſeruus ſiue liber. 1.Pet.1.17.
Et ſi patrem inuocatis eum,qui ſine perſonarũ acceptio-
ne iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus,in timore incola
tus veſtri tempore conuerſamini.

### *Verbis non fallitur.*

NOn parcam ei & verbis potentibus,& ad deprecandum Iob. 41. 3.
compoſitis.
Propter quod irritauit impius Deum?dixit enim in cor Pſalm. 9.33.
de ſuo, non requiret.
Non acquieſcet cuiuſquam precibus. Prou.6.35.

### *Munere non decipitur.*

QVi confidunt in virtute ſua. Pſalm.48.7.
Frater non redimit,redimet homo:nõ dabit Deo pla Ibidem.8.
cationem ſuam,& pretium redemptionis animæ ſuæ.
Nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Prou.6.35.
Argentũ eorũ & aurum eorũ non valebit liberare eos in Ezech.7.19.
die

die furoris Domini.
Sopho. 1. 18. Sed & argentum eorum,& aurum eorum, non poterit liberare eos in die Domini.In igne zeli eius deuorabitur omnis terra,quia conſummationē faciet cum feſtinatione cunctis habitantibus terram.
Malach.3.6. Ego enim Dominus,& non mutor.
Matt.16.27. Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis,& tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

### *Iudicium diuinum ineuitabile ob ſcientiæ claritatem. cognoſcit enim omnia generaliter.*

Iob.34.21. OCuli enim eius ſuper vias hominum , & omnes greſſus eorum conſiderat.
Ibidem. 22. Non ſunt tenebræ,& non eſt vmbra mortis,vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem.
Pſalm.32.13. De cęlo reſpexit Dominus,vidit omnes filios hominum. Qui finxit ſigillatī corda eorū, q intelligit oīa opera eorū,
138.12. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te,& nox ſicut dies illuminabitur:ſicut tenebræ eius,ita & lumen eius.
Prou. 5. 21. Reſpicit Dominus viam hominis, & omnes greſſus eius conſiderat.
Eccleſ.15.20. Ipſe agnoſcit omnem operam hominis.
17. 16. Et omnia opera illorum velut ſol in conſpectu Dei, & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum. Nō ſunt abſconſa teſtamēta propter iniquitatem eorum, & omnes iniquitates illorum in conſpectu Dei.
39. 24. Opera omnis carnis coram illo,& non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius A ſeculo,& in ſeculum reſpicit,& mihi eſt mirabile in conſpectu eius.
Ierem.23.23. Putas ne Deus è vicino ego ſum,& non Deus de longe? Si occultabitur vir in abſconditis:& ego non videbo eum, dicit Dominus.Nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?
32. 18. Fortiſſime,magne,& potēs, Dominus exercituum nomē tibi:magn⁹ cōſilio & incōprehēſibilis cogitatu: viuus oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorū Adam,vt reddas vnicuiq; ſecundū vias ſuas,& ſecūdū fructū adinuentionū eius.
Ezech. 8. 12. Certè vides,fili hominis,quæ ſeniores dom⁹ Iſrael faciūt in tenebris,vnuſquiſq; in abſcondito cubilis ſui.Dicūt enim Non videt Dominus nos,dereliquit Dominus terram.
Dani.2.22. Ipſe reuelat profunda & abſcōdita:& nouit in tenebris cōſtituta



ſtituta,& lux cum eo eſt.
Et erit in tēpore illo,ſcrutabor Ieruſalē in lucernis,& viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis:qui dicunt in cordibus ſuis:Non faciet bene Dominus,& non faciet malè. Soph. 2. 12.
Dominus iuſtus in medio eius , non faciet iniquitatem. 3.5.
Manè manè iudicium ſuum dabit in luce:& non abſcondetur.Neſciuit autem iniquus confuſionem ſuam.
Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis,& adulteris,& periuris , & qui calumniantur mercedem mercenarij,& humiliant viduas,& opprimunt peregrinum, nec timuerunt me,dicit Dominus exercituum. Mal. 3. 5.
Viuus eſt enim ſermo Dei,& efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti:& pertingēs vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus , cōpagumq́; ac medullarum,& diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius:omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Heb.4.12.

### *Scrutator corda ſpecialiter.*

REdde vnicuique ſecundum vias ſuas, quas noſti eum habere in corde ſuo:(Tu n. ſol⁹ noſti corda filiorū hominū) vt timeāt te,& ambulēt ī viis tuis cūctis dieb⁹ quibus viuunt ſuper faciē terrę quā dediſti patribus noſtris. 2.Para. 5.30.
Si fortitudo quęritur,robuſtiſſimus eſt:ſi ęquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere. Iob. 9. 19.
Scio quia omnia potes,& nulla in te latet cogitatio. 42.2.
Ipſe nouit abſcondita cordis. Pſal. 43. 23.
Intelligite inſipientes in populo:& ſtulti aliquādo ſapite 93. 8.
Qui plantauit aurem non audiet?aut qui finxit oculū, non conſiderat?
Dominus ſcit cogitationes hominū : quoniā vanæ ſunt. Ibidem 11.
Non eſt occultatum os meū à te quod feciſti in occulto. 138. 15.
Imperfectum meum viderunt oculi tui.
Omnis via viri recta ſibi videtur, appendit autem corda Dominus. Prou. 21. 2.
Qui inſpector eſt cordis,ipſe intelligit, & ſeruatorem animæ meæ nihil fallit,reddetq́ue homini iuxta opera ſua. 24. 12.
Quoniā renum illius teſtis eſt Deus,& cordis illius ſcrutator eſt verus,& linguæ eius auditor. Sap. 1. 6.
Non dicas:à Deo abſcondar , & ex ſummo quis operis mei memorabitur? in populo magno non agnoſcar:quæ eſt enim anima mea tam immenſa creatura. Eccle.16.16.

Ecce

*Ibidem.* 18. Ecce, cœlum & cœli cœlorũ, abyſſus, & vniuerſa terra, &
quæ in eis ſunt, in conſpectu illius cõmouebuntur, montes
ſimul & colles, & fundamenta terræ, & cùm conſpexerit illa
Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his inſenſatum
eſt cor: & omne cor intelligit ab illo: vias eius qs intelligit?
Non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo.
42.20. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia ſunt a-
*Eccle.*23.29. gnita: ſic & poſt perfectum reſpicit omnia.
Non te iuſtifices ante Deum, quoniã agnitor cordis ipſe
7.5. eſt: & penes regem noli velle videri ſapiens.
Abyſſum et cor hominis inueſtigabit.
42.18. Non præterit illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe
*Ibidem.* 20. ab eo vllus ſermo.
Et ſcient omnes eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes, &
*Apoc.*2.23. corda: & dabo vnicuique veſtrum ſecundum opera veſtra.
15.3. Magna & terribilia ſunt opera tua Domine Deꝰ omnipo
tens. Quis timebit te Domine, & magnificabit nomẽ tuum?
*Ibidem.* 4. Omnia iudicia tua manifeſta ſunt.

### *Iudicium extremum Dei, & quemadmodum Chriſtus in fine mundi iudicaturus eſt. Vide. Dies nouiſſimus.*

1.*Reg.*2.10. DOminũ formidabunt aduerſarij eius, ſuper ipſos in cœ
lis tonabit, Dominus iudicabit fines terræ & dabit im-
perium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. &c.

### *Iudicium extremum admirabile. ob iudicis maieſtatem.*

*Pſalm.* 2. 7. DOminus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie ge-
nui te. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes: reges eos in
virga ferrea.
9.20. Exurge Domine & non confortetur homo.
*Ibidem.* 21. Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos.
95.13. Iudicabit orbẽ terræ in æquitate: & populos ĩ veritate ſua.
*Eccleſ.*11.9. Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor
tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui:
& in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quòd pro omnibus
his adducet te Deus in iudicium.
*Eſaiæ.*3.14. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, &
principibus eius: vos enim depaſti eſtis vineam meam, & ra
pina pauperis in domo veſtra.
*Dan.*7.13. Aſpiciebã ergo in viſione noctis, & ecce cũ nubibus cœ-
li



quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum die-
rum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et de-
dit ei poteſtatem & honorem & regnum, & omnes populi
tribus & linguæ ſeruient ei.
Et accedã ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & *Mal.*3.5.
adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem merce-
narij & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregri-
num nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.
Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cœlo, & tunc plã- *Matt.*24.30.
gẽt omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venien-
tem in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate.
Amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris vir 26.64.
tutis Dei, & venientem in nubibus cœli.
Neq; enim pater iudicat quenquã, ſed omne iudiciũ de- *Ioan.*5.22.
dit filio vt omnes honorificẽt Filiũ, ſicut honorificãt patrẽ.
Et poteſtatẽ, dedit ei iudiciũ facere quia filius hominis eſt.
Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Itaq; vnuſ- *Rom.*14.10.
quiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo.
Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chri 2.*Cor.*5.10.
ſti vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue
bonum, ſiue malum.
Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, qa ipſe *Act.*10.42.
eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.
Nunc annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiã 17.31.
agant, eo quòd ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbẽ in
æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſ-
citans eum à mortuis.
Vnus eſt. n. legiſlator, & iudex qui põt perdere & ſaluare. *Iacob.*4.12.
Ecce veniet nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui *Apocal.*1.7.
eũ pupugerũt. Et plangent ſe ſuper eũ omnes tribus terræ.
Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. *Ibidem.*16.
Ecce venio cito: & merces mea mecum eſt, reddere vni- 22.12.
cuique ſecundum opera ſua.

### *Ob ſocietatis iucunditatem. Vide, Sancti iudicabunt.*

MAne notum faciet Dominus qui ad ſe pertineãt, & ſan *Num.*16.5.
ctos applicabit ſibi (malos igni) & quos elegerit ap-
propinquabunt ei. *Deut.*32.36.
Iudicabit Dñs populũ ſuum & in ſeruis ſuis miſerebitur. *Ibid.*41.
Si arripuerit iudiciũ manus mea, reddam vltionem hoſti
bus meis, & his qui oderunt me, retribuam.
Veniet Dominus Deus meus, omneſq; ſancti eius cũ eo. *Zach.*14.5.
An-

1.Cor.6.2. An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt?& ſi in vobis iudicabitur mũdus indigni eſtis, qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis ſ**ę**cularia?

Iudæ. 15. Ecce veniet Dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium contra omnes, & de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impij egerunt.

*Ob loci grauitatem.*

Ioel.3.2. COngregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibidem.

Ibidem. 12. Conſurgant, & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu.

Ibidem. 14. Populi populi in valle conciſionis, quia iuxta eſt dies domini in valle conciſionis.

Matt.24.31. Mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, à ſummis cœlorum vſque ad terminos eius.

*Horribile propter ſignorum multiplicitatem, in cæleſtibus.*

Eſa.29.6. ERitque repente cõfeſtim, a Domino exercituum, viſitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis, & flamma ignis deuorantis.

66.15. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadriga eius: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuã in flãma ignis: quia Dominus in igne iudicabit.

Ioel.2.3. Ante faciem eius ignis vorans, & poſt eum exurens flamma: quaſi hortus voluptatis coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti neque eſt, qui effugiat eum.

Ibid.10. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt lumen ſuũ.

Ibid.11 Magnus enim dies Domini, & terrebilis valde, & quis ſuſtinebit eum.

Sopho.1.7.& 14. Iuxta eſt dies Dñi magnus, iuxta & velox nimis: Vox diei Domini amara, turpiter eiulabit ibi fortis, Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeri**ę**, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebul**ę** & turbinis, dies tub**ę** & clãgoris, ſuper ciuitates munitas, et ſuper turres excelſas.

Malach.4.1 Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, et erunt omnes ſuperbi, et omnes facientes impietatem quaſi ſtipula. et inflãmabit eos, dies veniens, dicit Dominus exercituum, adeo vt non relinquatur eis radix, neque ramus.

Statim



Statim autem poſt tribulationem dierum illorũ ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum & ſtell**ę** cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur Matt.24.29. Lucæ.21.25.

Et vide cùm aperuiſſet ſigillum ſextũ, & terr**ę**motus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger, tanquam ſaccus ſilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis, & ſtell**ę** de cœlo ceciderunt ſuper terrã, ſicut ficus mittit groſſos ſuos, cùm à vento magno mouetur. Apoc. 6.12.

*In terreſtribus.*

ECce ego mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus & terribilis. Mala.4.5.

Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. Matth.17.11.

Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò: dicentes: Dic nobis quando h**ę**c erunt & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſ**ę**culi? Et reſpõdens Ieſus, dixit: Audituri eſtis pr**ę**lia, & opinionẽ præliorum. Videte ne turbemini. 24.3.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit àb initio mundi vſque modo neque fiet. Ibidem.21.

Eritque in terris preſſura gẽtium pr**ę** confuſione ſonitus maris & fluctuum areſcentibus hominib. pr**ę** timore & expectatione qu**ę** ſuperuenient vniuerſo orbi. Lucæ.21.25.

Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta õia, qu**ę** futura ſũt, & ſtare ante Filiũ hominis. Ibidem.36.

Adueniet autem dies Dominis vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autẽ & qu**ę** in ipſa ſunt opera, exurentur. Cùm hæc igitur omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis cõuerſationibus & pietatibus, expectantes & properãtes in aduẽtũ diei Domini, per quẽ cœli ardẽtes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent 2.Pet.3.10.

*Propter iudicandorum diuerſitatem:*
*Nam boni conſolabuntur.*

DOminus enim iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Eſai.33.22.

Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Danie. 21.1.

Et orietur vobis timentibus nomen Domini ſol iuſtitiæ & ſanitas in pẽnis eius, & egrediemini & ſalietis, ſicut vitul⁹ Malach.4.2

Ff de

de armento. Et calcabitis impios cum fuerit cinis ſub planta pedũ veſtrorũ, in die qua ego facio, dixit Dñs exercituũ.

1. Theſſ. 5. 23. Ipſe aũt Deus pacis ſanctificet vos per omnia vt integer ſpiritus veſter & anima,& corpus ſine querela in aduẽtu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

2. Tim. 4. 8. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Dominus in illa die Iuſtus iudex: Non ſolũ aũt mihi, ſed & his, qui diligunt aduentum eius.

## *Mali à bonis ſeparabuntur.*

Eccleſ. 3. 17. IVſtum & impiũ iudicabit Dominus,& tempus omnis rei tunc erit.

Eſa. 30. 27. Ecce nomẽ Domini venit de loginquo, ardẽs furor ei⁹ & grauis ad portãdũ: labia eius repleta ſunt indignatione,& lingua eius, quaſi ignis deuorãs. Spũs eius, velut torrẽs inundans vſque ad medium colli: ad perdendas gentes.

Matth. 3. 12 Cuius ventilabrũ in manu ſua,& permũdabit areã ſuam & cõgregabit triticũ ſuum in horreum ſuum paleas autem comburet igni inextinguibili.

25. 31. Cũ autẽ venerit fili⁹ hominis in maieſtate ſua,& omnes Angeli cũ eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę,& congregabũtur ante eũ omnes gentes,& ſeparabit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet quidẽ oues à dextris, hœdos autem à ſiniſtris.

1. Pet. 4. 18. Et ſi iuſtus quidẽ vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt.

## *De malitiis accuſabuntur.*

Iob, 20. 27. REuelabunt cœli iniquitatẽ eius, & terra cõſurget aduerſus eum.

31. 14. Quid enim faciam cùm ſurrexit ad iudicãdũ De⁹? & cũ quæſierit, quid reſpondebo?

Pſal. 48. 6. Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circundabit me.

Eccleſ. 12. 14 Cuncta quę fiunt adducet Deus in iudiciũ pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum ſit.

Sapien. 1. 9. In cogitationibus enim impij interrogatio erit.

Eccle. 16. 23. Et interrogatio hominum in conſummatione eſt.

11. 29. In fine hominis denudatio operum eius.

12. 7. Et impiis & peccatoribus reddet vindictã, cuſtodiens eos in die vindictæ.

18. 19. Ante iudiciũ, para iuſtitiã tibi,& in conſpectu Dei inuenies



nies propitiationem.

Quid facietis in die viſitationis,& calamitatis delõge venietis? Ad cui⁹ cõfugietis auxiliũ,& vbi derelinquetis gloriã veſtrã? ne incuruemini ſub vinculo & cũ interfectis cadatis. Eſa. 10. 3.

Iuxta vias tuas,& iuxta adinuentiones tuas Iudicabo te dicit Dominus. Ezec. 24. 14.

Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt. Danie. 7. 14

Non eſt enim aliquid abſconditũ, quod nõ manifeſtetur, nec factum eſt occultum, quod nõ veniat in palam. Mar. 4. 2.

Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius,& cõdẽnabit illos: quia venit à finib. terræ audire ſapiẽtiã Salomonis,& ecce pluſquam Salomon hic. Luca. 11. 31.

Viri Niniuitę ſurgẽt in iudicio cũ generatione hac, & cõdẽnabũt illã, quia pœnitentiam egerunt in prędicatione Ionæ,& ecce pluſquam Ionas, hic. Ibidem. 32.

In die irę & reuelationis iuſti iudicij Dei, reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Roma. 2. 5.

Dies enim Domini declarabit: quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. 1. Cor. 3. 13.

Quorundã hominũ peccata manifeſta ſunt, prçcedentia ad iudiciũ: quorundã autẽ ſequũtur. Similiter & facta bona manifeſta ſunt,& quę aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt 1. Tim. 5. 24.

Et vidi mortuos magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu throni & libri aperti ſunt,& alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum. Apo. 30. 12.

## *Cum malis ſociabuntur.* Amos. 5. 28

VÆ deſiderãtibus diẽ Domini: ad quid eã vobis? Dies Domini iſta tenebræ,& non lux.

Tũc dicet Rex & his q à ſiniſtris erũt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ ęternũ, q parat⁹ eſt diabolo & angelis eius. Matth. 25. 34.

## *Propter temporis velocitatem.* Zach. 14. 7.

ET erit dies vna quę nota eſt Domino. Mat. 24. 27.

Sicut enim fulgur exit ab Oriente & paret vſq; in Occidentem: ſic erit & aduentus Filij hominis. Ibidem. 36.

De die autẽ illa nemo ſcit: neque Angeli cœlorum, niſi pater ſolus. Sicut autẽ in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuiũ comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes vſque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam & non cognouerunt

tterunt donec venit diluuium & tulit omnes: ita erit & aduẽ
tus Filij hominis,( ſicuthabetur cap.25.)Media autẽ nocte
clamor factus eſt.Ecce ſponſus venit,exite obuiam ei.

*Mar.*13.32. De die autẽ illo vel hora nemo ſcit,neque Angeli in cœ-
lo,neque Filius,niſi pater.

*Luc.*17.20. Non veniet regnum Dei cũ obſeruatione,neque dicent
Ecce hic,aut Ecce illic.

*Ibidem.*26. Et ſicut factum eſt in diebus Noe.Similiter ſicut factum
in diebus Loth:ita erit in diebus Filij hominis.

21.34. Attendite autem vobis ne fortè grauentur corda veſtra
in crapula & ebrietate, & curis hui⁹ vitę , & ſuperueniat in
vos repẽtina dies illa. Tanquã laqueus enim ſuperueniet in
omnes,qui ſedent ſuper faciem omnis terræ.

1.*Theſſ.*5.1. De temporibus autem & momentis fratres,nõ indigetis
vt ſcribamus vobis.Ipſi enim diligenter ſcitis:quia dies Do
mini ſicut fur in nocte,ita veniet,Cùm enim dixerint pax &
ſecuritas:tũc repentinus eis ſuruenict interitus, ſicut dolor
in vtero habentis & non effugient.Vos autem fratres , non
eſtis in tenebris,vt vos dies illa,tanquam fur comprehẽdat,

*Heb.*10.37. Adhuc enim modicum aliquantulumque qui venturus
eſt veniet,& non tardabit.

*Actuũ.*1.7. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quę Pater
in ſua poſuit poteſtate.

*Iacobi.*5.9. Ecce,iudex ante ianuam aſſiſtit.

2.*Pet.*3.10. Adueniet autem dies Domini vt fur in nocte.

*Apoc.*16.15. Ecce venio ſicut fur, Beatus qui vigilat et cuſtodit veſtimẽ
ta ſua,ne nudus ambulet & videant turpitudinem eius.

### *Iudicium debet præcedere deliberatio & cognitio.*

CV (Adam)dixit Dominus Deus: Quis enim indicauit
tibi vt nud⁹ eſſes,niſi quod ex ligno de quo præceperã
*Gen.*3.11. tibi ne comederes,comediſti?cap.18.21.

In turris Babel ędificatione ſuperborum faſtus & lingua
*Cap.*11. confunditur.

Vidi afflictionẽ populi mei qui eſt in Ægypto & clamo-
*Exo.*3.8. rem eius audiui,propter duritiam eorum qui pręſunt operi-
bus & ſciens dolorem eius deſcendi vt liberem eũ de mani
bus Ægyptiorum & educam de terra illa in terrã bonam &
ſpacioſam,in terrã quę fluit lacte & melle,ad loca Chananęi
Hethęi,Phereſęi,Amorrhęi.

Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudi
*Cap.*23.2. cio plurimorum acquieſces ſententiæ vt à vero denies.

Si



Si tibi voluerit perſuadere frater tu⁹ filius matris tuę,aut *Deut.*13.6.
filius tu⁹,vel filia,ſiue vxor quę eſt in ſinu tuo aut amic⁹ quẽ
diligis vt animam tuam clã dicens,Eamus & ſeruiamus diis
alienis quos ignoras tu & patres tui &c. non acquieſces ei
nec audies nec parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occul-
tes eum,ſed ſtatim interficies.&c.

Si difficile & ambiguũ apud te iudicium eſſe proſpexeris *Cap.*17.9.
inter ſanguinẽ & ſanguinẽ &c.ſurge & aſcende ad locũ quẽ
elegerit Dominus Deus tuus, veniéſque ad ſacerdotes Le-
uitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore,quæreſ-
que ab eis:qui indicabunt tibi iudicij veritatem.

Cumque diligentiſſimè perſcrutantes inuenerunt falſum *Cap.*19.18.
teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium,reddent ei
ſicut fratri ſuo facere cogitauit,& auferes malum de medio
tui.Iudic.20.3.12.

Ait Ioſue ad Achan:fili mi da gloriam Deo Iſrael & con *Ioſu.*7.19.
fitere,atq; indica mihi quid feceris ne abſcõdas.Reſpõditq;
Achan Ioſue & dixit ei. Verè ego peccaui Domino Deo
Iſrael & ſic & ſic feci.

Timor Domini odit malũ,arrogantiam & ſuperbiam & *Prou.*8.13.
viam prauam & os bilingue deteſtor.

Priuſquam interroges ne vituperes quemquam & cùm *Eccleſ.*11.7.
interrogaueris corripe iuſtè,priuſquã audias ne reſpõdeas
verbum & in medio ſeniorum ne adiicias loqui.

Et dixit ad eos Daniel(ſcilicet populum iudicãtem Suſan *Dani.*13.51.
nã ex falſo iudicũ teſtimonio)Separate eos ab inuicẽ ꝓcul,
& diiudicabo eos &c.

### *Iudicium humanum dignè culpatur.*

ET ei qui vult tecũ in iudicio contendere, & tunicã tuã *Matth.*5.40.
tollere,dimitte ei & pallium.

Omni autẽ petẽti te tribue,& qui aufert quę tua ſunt, ne *Luc.*6.30.
repetas.

Iam quidẽ omnino delictũ eſt in vobis,quòd iudicia ha 1.*Cor.*6.7.
betis,inter vos. Quare nõ magis iniuriam accipitis? Quare
nõ magis fraudẽ patimini?Sed vos iniuriã facitis,& frauda
tis,vt hoc fratribus.

### *Iuſtè ordinatur,cauſam diligenter examinando.*

PRouide autẽ de omni plebe viros ſapientes,& timentes, *Exod.*18.21.
Deũ,inquibus ſit veritas,& qui oderint auaritiam,qui iu
dicent populum omni tempore.

Iudices & magiſtros conſtitues in omnib. portis tui qui *Deut.*16.18.

 iudicent

iudicẽt populũ iuſto iudicio, nec in alterã partem declinẽt.
*Iob.29. 16.* Cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam.
*Prouer.28.5.* Viri mali non cogitant iudicium,qui autem inquirũt Dominum aduertunt omnia.

## *Prudenter exequendo.*

*Leuit.19.15.* IVſtè iudica proximo tuo.
*Deut 6.20.* Iuſtè quòd iuſtum eſt perſequeris,vt viuas & poſſideas terram quam Dominus dederit tibi.
17.8. Si difficilè & ambiguũ apud te iudiciũ eſſe perſpexeris,inter ſanguinem & ſanguinem,cauſam & cauſam,leprã & nõ lepram,& iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcẽde ad locũ quẽ elegit Dominus Deus tuus,veniẽſque ad ſacerdotes Leuitici generis,& ad iudicẽ,qui fuerit illo tempore quæreſque ab eis,qui indicabunt tibi iudicij veritatem.Et facies quęcunque dixerint qui præſunt loco,quem elegerit Dominus,& docuerint te iuxta legẽ eius, ſequeriſque ſententiã eorum,nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio,qui eo tẽpore miniſtrat Domino Deo ſuo,ex decreto iudicis morietur homo ille.
25.1. Si fuerit cauſa inter aliquos,& interpellauerint iudices, quem iuſtum eſſe perſpexerint,illi iuſtitiæ palmam dabunt: quem impium,condemnabunt impietatis.Pro menſura peccati erit & plagarum modus.
*Pſalm.2. 10.* Erudimini qui iudicatis terram.
57.2. Si verè vtiq; iuſtitiã loquimini,rectè iudicate filij hominũ
81.2. Vſquequo iudicatis iniquitatem:& faciẽ peccatoris ſumitis? Iudicate egeno & pupillo,humilem & pauperem iuſtificate.Eripite pauperẽ,& egenũ de manu peccatoris liberate.
*Sapie.12. 18.* Cum tranquillitate iudicas,& cum magna reuerentia diſponis nos.
26.10. Iudicium determinat cauſas.
1.1. Diligite iuſtitiam,qui iudicatis terram.
*Eccleſ. 7. 6.* Noli quærere fieri iudex,niſi valeas virtute irrumpere iniquitas,ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.
8.17. Non iudices contra iudicem , quoniam ſecundum quod iuſtum eſt,iudicat.
*Ierem.21.12.* Iudicate manè iudicium & eruite,vi oppreſſum de manu calumniantis.

Iudicium



Iudicium verum iudicate. *Zach.7.9.*
Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris. 8.16.
(Vide in tit.*Mendacium*
Teſtator coram Deo,& Chriſto Ieſu & electis Angelis *1.Tim.5.21.*
eius,& hæc cuſtodias,ſine præiudicio,nihil faciens in alteram partem declinando.

## *Iudicium humanum deprauatur Amore.*

NOn ſuſcipies vocem mendacij:nec iunges manum tuã *Exo.23.1.*
vt pro impio dicas falſum teſtimonium.
Nõ ſequeris turbam ad faciendũ malum:nec in iudi- *Ibidem.2.*
cio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à veritate deuies. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio.
Nõ cõſideres perſonã pauperis,nec honores vultũ diuitis. *Leuit.19.15.*
Æquum iudicium ſit inter vos,ſiue peregrinus,ſiue ciuis 24.22.
peccauerit,quia ego ſum Dominus Deus veſter.
Quod iuſtũ eſt iudicate,ſiue ciuis ſit ille,ſiue peregrinus. *Deu.1.16.*
Nulla erit diſtantia perſonarũ:Ita paruum audietis, vt magnũ,nec accipietis cuiuſquã perſonã:quia Dei iudiciũ eſt.
Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco,viduæ veſtimentum. 24.17.
Accipere perſonam impij nõ eſt bonum,vt declines à ve- *Prou.18.5.*
ritate iudicij.
Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. 24.23.
Qui derelinquunt legem,laudant impium qui cuſtodiũt 28.4.
ſucceduntur contra eum.

## *Timore.*

NOli quærere fieri iudex,ne iniquè factis par eſſe nõ poſ *Eccl.7.6.*
ſis,neue extimeſcas faciem potentis,& integritati tuæ ponas offendiculum.
Quare reſpicis cõtemptores:& taces conculcante impio *Abac. 1. 3.*
iuſtiorem ſe? Et factum eſt iudicium, & contradictio potẽtior? Propter hoc lacerata eſt lex,& non peruenit vſque ad finem iudicium:quia impius pręualet aduerſus iuſtum,propterea egreditur iudicium peruerſum.

## *Munere*

NOn accipies perſonam,nec munera:quia munere excæ- *Deut.16.19.*
cant oculos ſapientum,& peruertunt cauſas iuſtorum.
Qui munera ſuper innocentem non accepit. *Pſalm.14.5.*
Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. *Prouer.17.23.*



Qui

28.21. Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benefacit, iſte & pro bucella panis deſerit veritatem.

*Iſa.* 1.23. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos.

*Mich.* 3. 11. Principes eius muneribus iudicabant & ſacerdotes eius pretio docent: prophetæ eius in pecunia diuinabant.

7.3 Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt.

*Odio.*

*Exod.* 23.17. INſontem & iuſtum non occides.

## *Iudicium iuſtum ſalubriter remuneratur.*

*Prou.* 21. 15. GAudium iuſto eſt facere iudicium.

*Eccleſ.* 4.10. In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater, & pro viro matri illorũ & eris tu velut filius altiſſimi obediẽs & miſerebitur tui plus quàm mater.

10.1. Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.

46.13. Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptũ cor, qui non ſunt auerſi à Domino: vt ſit memoria illorum in benedictione.

*Eſa.* 1.17. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me, dicit Dominus.

*Ierem.* 22.3. Facite iudicium & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris, & aduenam & pupillum & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè, & ſanguinẽ innocentem ne effundatis in loco iſto.

*Ibidem*.4. Si enim facientes feceritis verbum iſtud, ingredietur per portas domus huius reges ſedentes ſuper ſolium Dauid.

## *Iniuſtum grauiter punitur.*

*Deut.* 27.19. MAledictus, qui peruertit iudiciũ aduenæ, pupilli & viduæ.

*Prouer.* 17.15 Et qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum.

*Sapien.* 6. 2. Audite ergo reges terræ & intelligite, diſcite iudices finiũ terræ: præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem



gem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis.

Concupiſcentia ſpadonis diuirginauit iuuẽtulam, ſic qui facit per vim iudicium iniquum. *Eccleſ.* 20.3.

Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. *Eſai.* 5.23.

Væ qui condunt leges iniquitas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerũt: vt opprimerẽt in iudicio pauperes, & vim facerẽt cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorũ, & pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium. 10.1.

Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinã in holocauſtum. 61.8.

Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli nõ dixerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid ſuper his non viſitabo dicit Dominus? *Ieremi.* 5.28.

Quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſynthium, qui lætamini in nihili. Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos domus Iſrael, dicit Dominus exercituum, gentem, & conterent vos. *Amos.* 6.12.

## *Iudicum officium & poteſtas.*

MOiſes ſedit vt iudicaret populũ qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperã. 21. Proinde autẽ de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderunt auaritiã, & conſtitue ex eis tribunos & Cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos qui iudicẽt populum omni tempore, quidquid autem maius fuerit referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent, leuiuſque ſit tibi partito in alios onere. *Exod.* 18. 13.

Proponuntur præcepta iudicialia quo ad emptitios, ſeruos, & ancillas, furta, homicidia, parricidia, parentum maledicta, rixas & talionis pœnas, &c. *Cap.* 21.

Furti damnique illati pœna depoſiti, commodati atque ſtupri lex, idololatriæ ſupplicium, adveaæ, viduæ, & populo nocentium pœnæ: mutui vſuræ & pignoris lex: obedientiæ & decimarum proponuntur. *Cap.* 22.

Proponuntur leges præfixæ iudicib. bos & aſinus inimici ſeruandus, non accipienda iudicib. munera, &c. de anni & diei ſeptimi quiete, tribuſque feſtis præcipuis, de Angelo in ducem itineris præmittendo, & præmio ſeruantium præcepta, tractatur. *Cap.* 23.

*Leuit.Ca.19.* Non facies quòd iniquum eſt.nec iniuſte iudicabis,nõ cõ
*15.* ſideres perſonam pauperis,nec honores vultum potẽtis,iu-
ſtè iudica proximo tuo.&c.

*Capi.24.23* Locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael,& eduxerunt eũ(ſci-
licet filiũ mulieris Iſraelitidis quem pepererat de viro Ægy
ptio inter filios Iſrael)qui blaſphemauerat extra caſtra ,ac
lapidibus oppreſſerunt,feceruntque filij Iſrael ſicut præce-
perat Dominus Moiſi.

*Deu.Ca.1.13* Date ex vobis viros ſapientes & gnaros & quorũ cõuer-
ſatio ſit probata in tribubus veſtris.vt ponã eos vobis prin-
cipes.16.Præcepique eis dicens:Audite illos & quod iuſtũ
eſt iudicate,ſiue ciuis ſit ille,ſiue peregrinus,nulla erit diſtã
tia perſonarum,ita paruum audietis vt magnum,nec acci-
pietis cuiuſque perſonarum quia Dei iudicium eſt.

*Cap.16.18.* Iudices & magiſtros cõſtitues in omnib.portis eius quas
Dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas tribus tuas:
& iudicant populum iuſto iudicio.Item Cap.17. deſcribun.
tur variæ leges &c.

*Cap.18.15.* Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me ſuſ
citabit tibi Dominus Deus tuus ipſum audies.

*Cap.25.1.* Si fuerit cauſa inter aliquos & interpellauerint iudices,
quẽ iuſtũ eſſe perſpexerint illi iuſtitiæ palmam dabunt:quẽ
impium condemnabunt impietatis,ſin autem eum qui pec-
cauit dignum viderint,plagis proſternent,& coram ſe faciẽt
verberari,pro menſura peccati erit & plagarum modus,ita
vt quadragenarium numerum non excedant.

*Cap.27.19.* Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ,pupilli,& vi-
duæ,& dicit omnis populus,Amen.

*Ioſue.7.19.* Ait Ioſue ad Achã.Fili mi da gloriã Domino Deo Iſrael,
& confitere,atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas.

*1.Reg.8.1.* Factum eſt autem cùm ſenuiſſet Samuel poſuit filios iudi
ces ſuper Iſrael.&c.3.& non ambulauerunt filij illius in viis
eius ſed declinauerunt poſt auaritiam,acceperuntque mu-
nera & peruerterunt iudicium,&c.

*Cap.12.5.* Dixit Samuel ad eos(ſcilicet populum Iſrael)teſtis eſt Do
minus aduerſum vos & teſtis Chriſtus eius in die hac, quia
non inueneritis in manu mea quippiam.

*2.Para.19.6.* Conſtituit(rex Ioſaphat iudices terræ in cunctis ciuita-
tib.Iuda munitis.p ſingula loca,& præcipiẽs iudicib. videte
ait quid faciatis,non enim hominis exercitis iudicium,ſed
Domini,& quodcumque iudicaueritis,in vos redũdabit,ſit
timor Domini vobiſcum , & cum diligentia cuncta facite,
non



nõ eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec
perſonarum acceptio,nec cupido munerum.

Tu iudicans eſto pupillis miſericors vt pater ,& pro viro *Eccle.4.10.*
matri illorum,& eris tu velut filius altiſſimi obediens & mi-
ſerebitur tui magis quàm mater.

Iudex ſapiẽs iudicabit populum ſuum & principatus ſen- *Cap.10.1.*
ſati ſtabilis erit , ſecundum iudicium populi , ſic & miniſtri
eius,& qualis rector eſt ciuitatis,tales & inhabitantes in ea.
Cap.42.12. Prouerb.28.15.

Vſquequo iudicatis inquit,& facies peccatorum ſumitis? *Pſalm.81.2.*
iudicate egeno & pupillo:humilem & pauperem iuſtificate.

Accipere perſonam impij in iudicio non eſt bonum vt *Prouer.18.5.*
declines à veritate iudicij.19.Idem habetur verbatim.Cap.
24.23.

Exaltabitur Dominus exercituum in iudicio,& Deus ſan *Eſa.5.16.*
ctus ſanctificabitur in iuſtitia.

Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iuſtitiam
ſcripſerunt,vt opprimerent in iudicio pauperes,& vim face- *Cap.10.1.*
rent cauſæ humilium populi mei,vt eſſent viduæ prẹda co-
rum & pupillos diriperent.

Quia (dicit Dominus populo Ieruſalem) inuenti ſunt in *Hiere.5.26.*
populo meo impij,incidiantes, quaſi aucupes laqueos ponẽ
tes & pedicas ad capiendos viros, ſicut decipula plena aui-
bus,ſic domus eorum plenæ dolo, ideo magnificati ſunt &
ditati,incraſſati ſunt & impinguati , & præterierunt ſermo-
nes meos peſſimè,cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam
pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudica-
uerunt:nunquid ſuper his non viſitabo? dicit Dominus.Aut
ſuper gentes huiuſmodi non vlciſcetur anima mea?

Parabolam hanc ( dixit Chriſtus ) Iudex quidam erat in *Luc.18.2.*
quadam ciuitate,qui Deum non timebat & hominem non
reuerebatur:vidua autem erat in ciuitate illa , & veniebat
ad eum dicens. Vindica me de aduerſario meo , & nolebat
per multum tempus, poſt hæc autem dixit intra ſe ( Iudex)
& ſi Deum non timeo , nec hominem reuereor , tamen
quia moleſta eſt mihi hæc vidua vindicabo illam,ne in no-
uiſſimo veniens ſugillet me : ait autem Dominus : Audite
quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindi-
ctam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte , &
patientiam habebit in illis ? Dico vobis quia cito faciet vin
dictam illorum.

Pila-

Cap.23. Pilatus conuocatis principibus ſacerdotum,& magiſtratibus ac plebe dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi auertentem populum & ecce ego coram vobis interrogans,nullam cauſam inueni in homine iſto ex his,in quibus eum accuſaſtis,ſed neque Herodes, nam remiſi vos ad illũ,& ecce nihil dignum morte actum eſt ei, emendatũ ergo illum dimittam.&c. 23. At illi inſtabant vocibus magis poſtulantes vt crucifigeretur,& inualeſcebāt voces eorum, & Pilatus adiudicauit fieri petitionem illorum.

Ioan. 7. 14. Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Cap.8.15. Vos ſecundum carnem iudicatis (ait Dominus) ego nõ iudico quenquam,& ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt,quia ſolus non ſum,ſed ego & qui miſit me pater.

Iacob.2. 2. Si introierit in conuentũ veſtrum vir aureũ annulum habens in veſte candida,introierit autem pauper in ſordido habitu,& intendatis in eũ qui indutus eſt veſte præclara,& dixeritis ei,tu ſede hic bene:pauperi.autẽ dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum, nõne iudicatis apud voſmetipſos,& facti eſtis iudices cogitationum iniquarum?

*Iudith vidua, Bethuliæ diues & honeſta, Iudith* 8. 1. *Amputat Holoferni caput*, Cap.13.10. *Moritur ipſa*. Cap.16.28.
*Iudices Iſrael rexerunt circa annos*.350.
*Iudex vniuerſi mundi Deus, vide Deus.*

## *Iurare quatenus liceat vel non liceat, & quàm variis modis contingat iurare.*

Gen. 14. 22. ABraham reſpondit regi Sodomorum. Leuo manum meam ad Dominũ Deum meũ excelſum poſſeſſorem cœli & terræ, quòd à filo ſub tegminis vſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas ego ditaui Abraam.

Cap. 21. 23. Iura per Deũ (dixit Abimelech) & Phicol princeps exercitus eius ad Abraã, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtirpiq; meæ,ſed iuxta miſericordiam quàm feci tibi facias mihi,& terræ in qua verſatus es aduena,dixitque Abraam:Ego iurabo,&c. increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abſtulerant ſerui eius.Cap 24.3

Cap.22. 15. Vocauit Angelus Domini Abrã ſecundò de cœlo,dicẽs: Per me metipſum iuraui dicit Dominus,qui feciſti hãc rem, & nõn peperciſti filio tuo vnigenito propter me,benedicam tibi



tibi,& multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.

Ille (Eſau) reſpondit (Iacob fratri ſuo): En morior, quid mihi proderunt primogenita?ait Iacob.Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau,& vendidit primogenita. Cap. 25.32.

Peregrinare in ea (ſcilicet terra quam dixero tibi: eroq; tecũ & benedicam tibi:tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has,cõplens iuramentũ,quòd ſpopõdi Abrahã patri tuo.&c.28. Qui reſponderunt (ſcilicet Abimelech & Ocazath amicus eius & Phicol dux militum ad Iſaac) vidimus tecũ eſſe Deum,& idcirco nos diximus: ſit iuramentũ inter nos & ineamus fœdus, vt non facias nobis quicquam mali,ſicut & nos nihil tuorum attigimus,nec fecimus quòd te læderet,ſed cùm pace dimiſimus auctũ benedictione Domini.Fecit ergo eis Iſaac conuiuium, & poſt cibum & potum ſurgentes manè iurauerunt ſibi mutuo.Dimiſitque eos pacificè Iſaac in locum ſuum. Cap.26.3.

Deus Abraham & Deus Nachior iudicet inter nos.Deus patris eorum,Iurauit ergo Iacob per timorẽ patris ſui Iſaac, immolatiſq; victimis in monte,vocauit fratres ſuos vt ederent panem. Cap. 31. 53.

Exploratores eſtis (ait Ioſeph fratribus ſuis veniẽtibus in Ægyptum pro emendis frumentis) iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egredimini hinc donec veniat frater veſter minimus. Cap. 42. 15.

Cui reſpõdit Ioſeph (ſcilicet Iacob) morituro petenti vt condatur in ſepulchro patrũ ſuorum & non in Ægypto vbi Ioſeph erat princeps) ego faciã quòd iuſſiſti:& ille,iura ergo inquit mihi,quo iurante adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad lectuli caput,Idem Cap.50.5.habetur. Cap. 47. 31.

Tulit Moyſes oſſa Ioſeph ſecũ eo qđ adiuraſſet filios Iſrael,dicẽs, viſitabit vos Deꝰ efferte oſſa mea hinc vobiſcũ. Exod.13. 19.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanũ: nec enim inſontem habebit Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. Cap. 20.7.

Iuſiurandum erit in medio quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui:ſuſcipietque Dominus iuramentum & ille reſpondere non cogetur. Cap. 22. 11.

Omnia que dixi vobis cuſtodite,& per nomen externorũ Deorum non iurabitis,neque audietur ex ore veſtro. Cap. 23. 13.

Anima quę iurauerit & ꝓtulerit labiis ſuis vt vel mali qđ faceret vel bene,& idipſũ iuramẽto & ſermone firmauerit oblitáque poſtea intellexerit delictũ ſuum, agat pœnitentiã pro Leuit.5.4.

pro peccato.&c.Num.14.21.

*Cap.19.12.* Non periurabis in nomine meo,nec polues nomen Dei
tui ego Dominus.

*Num.30.* Agitur de voto ac iuramento virorum,& quando puella-
rum & vxorum vota ſeu iuramenta rata ſunt vel irrita.

*Deut.6.13.* Dominum Deũ tuum timebis, & illi ſoli ſeruies ac per
nomen illius iurabis Cap.7.8

*Cap.10.20.* Dominum Deum tuũ timebis,& ei ſeruies ipſi adhęrebis
iurabiſque in nomen illius.

*Ioſue 2.12* Nunc ergo iurate mihi per Dominum,vt quomodo ego
feci miſericordiã vobiſcũ,ita & vos faciatis cum domo pa-
tris mei,detiſque mihi verum ſignum.

*Cap.6.22.* Duobus autẽ viris qui exploratores miſſi fuerãt dixit Io
ſue,ingredimini domum meretricis ( ſcilicet Iaab ) & pro-
ducite eam & omnia quæ illius ſunt ſicut illi iuramento
firmaſtis

*Cap.9.15.* Fecitque Ioſue cum eis(id eſt Gabianitis)pacem & inni-
to fœdere pollicitus eſt vt nõ occiderentur,principes quo-
que multitudinis iurauerunt eis.

*Cap.23.7.* Ne intraueritis ad gentes,quæ inter vos futuræ ſunt, iu-
retis in nomine deorum eorum, & ſeruiatis eis,& adoretis
illos:ſed adhæreatis Domino Deo veſtro quod feciſtis vſ-
que in diem hanc.

*Iudic.21.1.* Iurauerunt filij Iſrael in Maſpha & dixerũt,nullus noſtrũ
dabit filiis Beniamin de filiabus ſuis vxorem 18. filias enim
noſtras eis dare non poſſumus conſtricti iuramento & ma-
ledictione qua diximus,maledictus qui dederit de filiabus
ſuis filiis Beniamin

*1.Reg.14.24* Viri Iſrael ſociati ſunt ſibi(Sauli)in die illa,adiurauit autẽ
Saul populum dicens,maledictus vir qui commederit panẽ
vſque ad veſperam donec vlciſcar de inimicis

*Cap.19.5.* Quare peccas(ait Ionatas Saul )in ſanguine innoxio,in-
terficiens Dauid qui eſt abſque culpa? Quod cum audiſſet
Saul placatus voce Ionathe iurauit: viuit Dominus quia nõ
occidetur.Cap.24.23.Cap.25.34.

Iurauit ei Saul(ſcilicet Pythoniſſę) in Domino,dicẽs Vi
*Cap.28.10.* uit Dominus quia non eueniet tibi quicquam mali propter
hanc rem.Cap.30.15.

Cũ veniſſet vniuerſa multitudo cibũ capere cũ Dauid
*2.Reg.3.35.* clara adhuc die,iurauit Dauid dicẽs.Hæc faciat mihi Do-
minus & hæc addat ſi ante occaſũ ſolis guſtauero panẽ vel
aliud



aliud quicquam.

Nunc igit' fuge & procede (ait Ioab Dauidi lugẽti mor *Cap.19.7.*
tem filij ſui Abſalon) & alloquens ſatisfac ſeruis tuis, Iuro
enim tibi per Dominum quod ſi non exieris, ne vnus qui-
dem remanſurus ſit tecum nocte hac & peius erit hoc tibi
quàm omnia mala quæ venerunt ſuper te ab adoleſcẽtia tua
vſque in præſens.Cap.21.2.18.

Vade (ait Nathan Berſabeæ) & ingredere ad regnum Da *3.Reg.1.13.*
uid & dic ei. Nonne tu Domine mi rex iuraſti mihi ancillæ
tuæ dicens,quòd Salomon filius tuus regnabit poſt me, &
ipſe ſedebit in ſolio meo ? Quare ergo regnat Adonias. 29.
Vocate ad me Berſabeæ, quæ cum fuiſſet ingreſſa coram
Rege & ſteti ſſet ante eum, iurauit Rex:& ait, Viuit Domi-
nus qui eruit animam meam de omni anguſtia,quia ſicut ti-
bi iuraui per Dominum Deum Iſrael dicens,Salomon filius
tuus regnabit poſt me & ipſe ſedebit ſuper ſolium meum
pro me,ſic faciam hodie. 34. & vnxit eum in regem ſuper
Iſrael Sadoch Sacerdos & Nathan Propheta.Cap.2.8.

Si peccauerit homo in proximum ſuum & habuerit ali- *Cap.8.31.*
quod iuramentum quo teneatur aſtrictus:& venerit propter
iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies
in cœlo,& facies & iudicabis ſeruos tuos condemnans im-
pium & reddens viam ſuam ſuper caput eius, iuſtificanſque
iuſtum & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam.Idem ver-
batim habetur. 2.Paral.6.22.

Hæc mihi faciant Dij ( dixit Ieſabel contra Eliam pro- *Cap.19.2.*
phetam) & hæc addant niſi hac hora cras poſuero animam
tuam ſicut animam vnius ex illis.

Iurauerunt Domino voce magna (viri Iſrael) in iubilo,& *2.Para.15.14*
in clangore tubæ & in ſonitu buxinarum omnes qui erant
in Iuda cum execratione: in omni enim corde ſuo iuraue-
runt & in voluntate quæſierunt eum & inuenerunt,præſtitit-
que eis Dominus requiem per circuitum.Cap.36.13.

Surrexit ergo Eſdras & adiurauit principes ſacerdotum *1.Eſdr.10.5.*
& Leuitarum,& omnem Iſrael, vt facerent ſecundum ver-
bum hoc & iurauerunt.

Deſignantur qui fœdus initum ſignarant quo pollicentur *2.Eſdr.10.*
& iurant ſe ſeruaturos vniuerſa Dei præcepta.

Viuit De⁹ q abſtulit iudiciũ meũ & omnipotẽs qui ad ama *Iob.27.2.*
ritudinẽ adduxit aĩam meã, q̃a dũ ſupereſt habitus in me,
& ſpiritus Dei in narib⁹ meis,nõ loquẽtur labia mea iniqui-
tatem

tatem,nec lingua mea meditabitur mendacium.

Pſalm.14.4. Qui iurat proximo ſuo & non decipit, qui pecuniã ſuam non dedit ad vſuram,& munera ſuper innocentem nõ accepit,ſcilicet,habitabit in tabernaculo tuo Domine.

Pſal.23.4. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuã,nec iurauit in dolo proximo ſuo, hic accipiet benedictionem à Domino & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Pſal.62.12. Rex verò letabitur in Domino,laudabuntur omnes qui iurant in eo,quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Pſal.88.4. Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo vſque in æternum præparabo ſemen tuum.

Pſalm.94.11. Iſti nõ cognouerunt vias meas,& iuraui in ira mea,ſi introibunt in requiem meam Pſ.101.9.

Pſal.109.4. Iurauit Dominus & nõ pœnitebit eum,tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Eſa.14.24. Iurauit Dominus exercituum dicens,ſi non vt putaui ita erit,& quomodo mente tractaui,ſic eueniet,vt conterã Aſſyrium in terra mea & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius,& onus illius ab humero illorum tolletur,Cap.19.18.

Cap.45.23. In memetipſo iuraui,egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum,& non reuertetur,quia mihi curuabitur omne genu & iurabit omnis lingua.Ca.49.18.

Cap.54.9. Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt,cui iuraui ne inducerem aquas Noe vltra ſuper terram,ſic iuraui vt non iraſcar tibi & non increpem te.

Hiere.4.2. Et iurabit(Iſrael)viuit Dominus in veritate & iudicio & in iuſtitia,& benedicent eum gentes,ipſumque laudabunt. Cap.5.2.

Cap.5.7. Super quo(ſcilicet idololatria tua & iniquitate)propiti? tibi eſſe potero? Filij tui dereliquerunt me,& iurant in his qui nõ ſunt dij,ſaturaui eos & mœchati ſũt,& in domo meretricis luxuriebantur.Cap.44.26.

Cap.12.16. Si eruditi didicerint vias populi mei vt iurẽt in nomine meo,viuit Dominus,ſicut docuerunt populũ meum iurare in Baal,ędificabuntur in medio populi mei.

Cap.22.5. Quod ſi nõ audieritis verba hæc, in memetipſo iuraui dicit Dominus,quia in ſolitudinem erit domus hæc.

Cap.51.14. Iurauit Dominus exercituũ per animã ſuã quoniã replebo te hominib.quaſi brucho & ſuper te celeuſma cãtabitur

Oſe.4.15. Si fornicaris tu Iſrael non delinquat ſaltem Iuda,& nolite

lite



lite ingredi in Galgala,& ne aſcenderitis in Bethauem,neq; iuraueritis:viuit dominus, quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael,&c.

Amos.6.9. Iurauit Dñs Deus in anima ſua,dicit dñs Deus exercituũ deteſtor ego ſuperbiã Iacob,& domus eius odi,& tradã ciuitates eius cũ habitatoribus ſuis.Idẽ habetur Ca.8.7.

Sopho.1.4. Extendam manum meã ſuper Iudã & ſuper omnes habitatores Ieruſalem & diſperdã de loco hoc reliquias Baal, & nomina æditorũ cũ ſacerdotibus & eos qui adorant ſuper tecta militiã cæli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Melchõ, & qui auertuntur de poſt tergũ Domini, & qui non quæſierunt Dominum,nec inueſtigauerunt eum.

Zach.8.17. Iuramentum mendax ne diligatis, omnia enim hæc ſunt quæ odi,dicit Dominus.

Iudith.1.† Nabuchodonoſor victo rege Medorum, cunctis regnis imperare cupiens,nuncios ad ea mittit, quibus abſque honore remiſſis indignatus iurat ſe id vlturum.

Eccl.23.9. Iurationi non aſſueſcat os tuũ,multi.n.caſus in illa,nominatio enim Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorum non admiſcearis,quoniam non eris immunis ab eis Sicut enim ſeruus interrogatus aſſiduè à liuore non minuitur,ſic omnis iurans & nominans in toto à peccato nõ purgabitur.Vir multũ iurãs implebitur iniquitate,& non diſcedet à domo eius plaga, & ſi fruſtrauerit ſcilicet iuramentũ, delictum illius ſuper ipſum erit,&ſi diſſimulauerit,delinquit dupliciter,& ſi in vacuũ iurauerit,nõ iuſtificabitur, replebitur enim retributio domus eius.17. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum,eſt enim illa verbum peccati.

Mat.5.33. Iterum audiſtis quia dictum eſt antiquis, non periurabis:reddes autem domino iuramenta tua.

Cap.23.16. Væ vobis duces cæci,qui dicitis,quicũque periurauerit,p templum nihil eſt,qui autẽ iurauerit in auro templi, debet. ſtulti & cæci,quid enim maius eſt aurum, an templũ,ꝙ ſanctificat aurũ?Et quicunque iurauerit in altari, nihil eſt, quicunque autẽ iurauerit in dono ꝙ eſt ſuper illud,debet.Cęci quid enim maius eſt,donum an altare ꝙ ſanctificat donum? qui ergo iurat in altari,iurat in eo,& in omnibus quæ ſuper ipſum ſunt,& quicunque iurauerit in templo,iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo,& qui iurat in cœlo iurat in throno Dei & in eo qui ſedet ſuper eum.Hebr.cap.6.13.

Heb.6.10. Homines enim per maiorẽ ſui iurant,& omnes contro-

 uerſiæ

uerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum.

### *Iurandum non eſt temerè nec per cælum nec per terram, nec per aliquid quod in eis eſt.*

Matth.5.34. EGo autẽ dico vobis non iurare omnino neque per cęlũ
quia thronus Dei eſt, neque per terrã, quia ſcabellũ eſt
pepũ eius, neque per Hieroſolymã quia ciuitas eſt magni
regis, neque per caput tuũ iuraueris, quia non potes vnũ ca
pillũ albũ facere aut nigrum. Sit autẽ ſermo veſter eſt, eſt,
non, non, quod autem hiis abundantius eſt, à malo eſt.

Iac.5.12. Ante omnia autẽ fratres mei nolite iurare, neque per cę-
lum, neque per terrã, neque per aliud quodcũque iuramentũ
ſit autem ſermo veſter eſt, eſt, non, non, vt non ſub iudicio
decidatis. *Vide peccatum.*

### *Iuſti veri in hac vita.*

Luc.1.6. ERant autem iuſti ambo ante Deũ (loquitur de Zacha-
ria & Elizabeth, vxore illius) incedentes in omnibus man
datis & iuſtificationibus ſine quærela. &c.

Cap.15.7. Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno pec
catore pœnitentiã egente, quàm ſuper nonaginta nouem,
iuſtis qui non indigent pœnitentia.

Ioan.8.36 Si ergo vos filius liberauit veri liberi eſtis.

1.Cor.6.11 Hæc quidem fuiſtis (ſcilicet fornicarij idolis ſeruientes
adulteri, &c ) ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtifi-
cati eſtis, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu
Dei noſtri.

Heb. 12. 22. Acceſſiſtis ad Sion montẽ, & ciuitatẽ Dei viuentis, Ieruſa
len cæleſtem, & multorum milium angelorum frequentiã,
& eccleſiarum primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cælis, &
iudicem omnium Deum, & ſpiritus iuſtorum perfectorum,
& teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſio
nem melius loquentem quàm Abel.

2.Pet.2.7 Et iuſtũ Loth, oppreſſum à nefandorum iniuria aut luxu-
rioſa conuerſatione eripuit (ſcilicet Deus) aſpectu enim &
auditu iuſtus erat, habitans apud eos qui de die in diem ani
mam iuſtam iniquis operibus cruciabant.

1.Ioan.3.1 videte qualem charitatẽ nobis pater, vt filij Dei nomine-
mur & ſimus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non
nouit eum. 7. Filioli nemo vos ſeducat, qui facit iuſtitiam iu
ſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum ex diabo-
lo eſt,



lo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat.

Sed habes pauca nomina in Sardis q̃ nõ inquinauerunt Apoc.3.4.
veſtimẽta ſua, & ambulabũt mecũ in albis quia digni ſunt.

Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgi- Cap.14.4.
nes.n.ſunt, hi ſequuntur Agnũ quocũque ierit, hi empti ſunt
ex hominibus primitiæ Deo & Agno, & in ore eorum non
eſt inuentum mendacium, ſine macula enim ſunt ante thro-
num Dei.

### *Iuſtitiæ ſumma perfectio non habetur in hac vita in qua ſine peccato non viuimus.*

VIdens autem Deus quod multa malitia hominum eſſet 6.5.
in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad ma
lum omni tempore, penituit eum quod hominem feciſſet
in terra.

Nequaquã vltra maledicam terræ propter homines ( ait Cap.8.21.
Dominus ad Noe) ſenſus enim & humani cordis cogitatio:
in malũ prona ſunt ab adoleſcentia ſua non igitur vltra per-
cutiam omnem animam viuentem ſicut feci.

Qui cuſtodis miſericordiam in milia, qui aufers iniquita Exod.34. 7.
tem & ſcelera atque peccata, nulluſque apud te per ſe inno
cens eſt.

Dominus patiens & multæ miſericordiæ, auferens iniqui Num.14.18
tatem & ſcelera, nullumque innoxium derelinquens, qui vi-
ſitas peccatum patrum in filios in tertiam & quartam gene
rationem.

Ait Salomon Domino: Quod ſi peccauerint tibi (filij 3.Reg.8. 46.
Iſrael) non eſt enim homo qui non peccet & iratus tradide-
eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimico-
rum longe vel prope, & egerint pęnitentiam in corde ſuo in
loco captiuitatis. &c. Idem.

Nunquid homo dei comparatione iuſtificabitur, aut fa- Iob.4.17.
ctore ſuo purior erit vir.

Vere ſcio (ait Iob) quod ita ſit (ſcilicet qui oderunt Do- Cap.9.1.
minum induentur confuſione) & quod non iuſtificetur ho-
mo cõpoſitus Deo. 15. qui & ſi habuero quippiã iuſtũ nõ reſ
pondebo, ſed meum iudicem deprecabor. 20. Si inſtificare
me voluero os meum condemnabit, ſi innocentem oſtende
ro, prauum me comprobabit.

Nunquid poteſt homo iuſtificari comparatus Deo, aut Cap. 25. 4.
apparere mundus natus de muliere? Ecce Luna non ſplẽdet
& ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius, quanto magis

homo putredo,& filius hominis vermis.

*Pſal.*13.1. Dixit incipiens in corde ſuo.non eſt Deus.Corrupti ſunt
& abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis , non eſt qui faciat
bonum,non eſt vſque ad vnum.Idem habetur.Pſal.52.1.

*Pſal.*50.7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum , & in peccatis
concepit me mater mea.

*Pſal.* 129. 3. Si iniquitates obſeruaueris Dñe,Domine quis ſuſtinebit?

*Pſal.* 142. 2. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo,quia non iuſtifica
bitur in conſpectu tuo omnis viuens.

*Prou.*20.9 Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, à peccato pu
rus ſum?Sap.12.10.

*Eccl.*7.21. Non eſt enim homo iuſtus in terra qui faciet bonum &
non peccet.

*Eſa.*64.4. A ſeculo non audierunt,neque auribus perceperunt, ocu
lus non vidit Deus abſque te quę præparaſti exſpectanti-
bus te.

*Hiere.*2. 19. Arguet te malitia tua ,.& auerſio tua increpabit te, ſcito
& vide quia malum & amarum eſt , reliquiſſe te dominum
Deum tuum,& non eſſe timorem meum apud te dicit do-
minus *D*eus exercituum(ſcilicet Iſrael & Iudæ.)

*Cap.*30.11. Ego tecum ſum ait *D*ominus vt ſaluem te , faciam enim
conſummationem in cunctis gentibus in quibus diſperſi te,
te autem non faciam in conſummationem,ſed caſtigabo te
in iudicio vt non videaris tibi innoxius(ait Dominus filiis
Iſrael & Iudæis.)&c.

*Mich.*7.2 Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt,
omnes in ſanguine inſidiantur : vir fratrem ſuum ad mortē
venatur. Nahum.1.3.

*Matt.* 6. 12. Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debi
toribus noſtris.

*Luc.*17.3. Attendite vobis,ſi peccauerit in te frater tuus increpa illū
& ſi pœnitentiam egerit dimitte illi,10. Vos cum feceritis
omnia quæ præcepta ſunt vobis,dicite,ſerui inutiles ſumus
quod debuimus facere fecimus.

*Rom.*3.9. Quid ergo præcellimus eos?(ſcilicet Iudæos)nequaquā,
cauſati enim ſumus Iudæos, & Græcos omnes ſub peccato
eſſe,ſicut ſcriptum eſt.Quia non eſt iuſtus quiſquam, nō eſt
intelligens,non eſt requirens Deum.23. Omnes enim pecca
uerunt & ęgent gloria Dei.Epheſ.2.3.

*Gal.*3.22. Concluſit ſcriptura omnia ſub peccato , vt promiſſio ex
fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

Si



Si dixerimus quoniam peccatum non habemus,ipſi nos 1.*Ioan.* 1. 8.
ſeducimus,& veritas in nobis non eſt.

### *Iuſti bene ordinantur erga eum.*

ET tenebit iuſtus viam ſuam. *Iob.*17.9.
Iuſtificationem meam quam cœpi tenere,non deſeram 27.6.
Lex Dei eius in corde ipſius. *Pſal.*36.31
Paratum cor eius ſperare in domino. 111.7.
Simplicitas Iuſtorum diriget eos peruerſitas pręuarica- *Prou.*11.3
torum vaſtabit eos.
Turris fortiſſima nomen Domini ad ipſam currit iuſtus 18.10.
& exaltabitur.
Iuſtus quaſi leo confidens,abſque terrore erit. 28.1.
Sunt iuſti ſapientes,& opera eorum in manu Dei. *Eccl.*9.1.
Et vir ſi fuerit iuſtus,& fecerit iudicium & iuſtitiā in mō *Ezech*, 18. 5.
tibus non comederit,oculos ſuos nō leuauerit ad idola do
mus Iſrael,& vxorē proximi ſui non violauerit, & ad mulie
rē menſtruatā non acceſſerit, & hominem non contriſtaue-
rit,pignus debitori reddiderit,per vim nihil rapuerit , panē
ſuū eſurienti dederit,& nudum operuerit veſtimento,ad vſu
ram non commodauerit,& amplius non acceperit ,,ab ini-
quitate auerterit manum ſuam , & iudicium verum fecerit
inter virum & virum,& in præceptis meis ambulauerit , &
iudicia mea cuſtodierit,vt faciat veritatem:hic iuſtus eſt,vi
ta viuet,ait Dominus Deus.
Si ſcitis quoniam iuſtus eſt: ſcitote quoniā & omnis qui 1.*Ioan.*2.29.
facit iuſtitiam,ex ipſo natus eſt.

### *Erga proximum in verbo.*

OS iuſti meditabitur ſapientiam,& lingua eius loquetur *Pſal* 36. 30.
iudicium.
Vena vitæ,os iuſti:os autem impiorum tegit iniquitatē *Prou.*10.11.
Argentum electum lingua iuſti. Lingua iuſti conſiderat *Ibid.*20.
placita.Labia iuſti erudiunt plurimos.
Os iuſti parturit ſapientiam. *Ibid.*31.
Iuſtus prior eſt accuſator ſui. 18.17.

### *Opere.*

OPus iuſti ad vitam:fructus autem impij ad peccatum. *Prou.*10.16
Cogitationes iuſtorum,iudicia. 12.5.
Noli eſſe iuſtus multum: neque plus ſapias quàm neceſ *Eccl.*7.17.
ſe eſt.

Gg 5 Plenè

## *Plenè remunerantur, Quantum ad ſe.*

Pſal. 17. 21. ET retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meã: & ſecundum puritatem manuũ mearũ retribuet mihi
33.20. Multæ tribulationes iuſtorum. (&) cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum. (plicabitur.
19.13. Iuſtus vt palma florebit: & ſicut cedrus Libani multi-
Pſalm.6.11. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Lætamini iuſti in Domino, & confitemini memoriæ ſanctificationis eius.
Prouer.4.18. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem.
10.6. Benedictio Domini ſuper caput iuſti.
Ibidem. 24. Deſyderium ſuum iuſtis dabitur.
11.6. Iuſtitia rectorum liberabit eos.
Ibidem.8. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo
Ibidem. 30. Fructus iuſti lignum vitæ.
12.21. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit.
Sap.3.1. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt & non tanget illos tormentum mortis.
4.7. Iuſtus autẽ ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.
5.11. Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.
Ibidem. 16. Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio eorum apud altiſſimum: Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſuæ teget eos.
Eſa.3.10. Dicite iuſto, quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.
Ezec.18.20. Iuſtitia iuſti ſuper eũ erit: & impietas impij ſuper eũ erit.
Matt.13.43. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.
25.46. Iuſti autem (ibunt) in vitam æternam.

## *Prolem.*

Pſal. 36. 25. IVnior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictũ: nec ſemẽ eius quærẽs panẽ. Tota die miſeretur & cõmodat.
Prou.11. 21. Semen iuſtorum ſaluabitur.
Ibidem. 23. Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt.
20.7. Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquit.
Eccl.44. 10. Sed & illi viri miſericordiæ ſunt, quorũ pietates non defecerunt. Cum ſemine eorum permanent bona: hæreditas ſancta nepotes eorum.

*Famam*



## *Famam.*

IN memoria æterna erit iuſtus. Pſalm.111.6.
Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet. Prou.10.7.
Nomen eorum viuet in generatione & generationem. Eccleſ.44.13
Nomen eorum permanet in æternum, permanente ad filios illorum ſanctorum virorum gloria. 46.15.

## *Subſtantiam temporalem.*

SI declinauit greſſus meos de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula: Iob.31.7.
Seram & alius comedat, & progenies mea eradicetur.
Iuſti autem hæreditabunt in terram. Pſal.36.29.
Qui enim recti ſunt, habitabũt in terra, & ſimplices permanebunt in ea, Impij verò de terra perdentur & qui iniquè agunt, auferentur ex ea. Prou.2. 21.
Habitacula iuſtorum benedicentur. 3.73.
Non affliget Dominus fame animam iuſti: & inſidias impiorum ſubuertet. Prou.10.3.
Tabernacula iuſtorum germinabunt. 14.11.
Domus iuſti plurima fortitudo. 15.6.
Sunt iuſti, à quibus multa bona proueniunt, quaſi opera impiorum egerint, & ſunt impij qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. Eccleſ.8.14.

## *Iuſtos mali abominantur.*

COnſiderabat peccator iuſtum. Pſal.36. 32.
Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo iuſti, neque vaſtes requiem eius. Prou.24. 15.
Abominantur iuſti virum impium, & abominantur impij eos, qui in recta ſunt via. 29.27.
Circumueniamus ergo iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ, Grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius & immutatæ ſunt viæ eius. Sap.2.12.
Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colliguntur, quia nõ eſt qui intelligat. A facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in directione ſua. Eſa.57.1.

Gg 4 *Iuſtitia*

### *Iuſtitia noſtra eſt per Chriſtum, iuſtificationem, peccatorum remiſsionem nulla bona merita præcedunt.*

Gen.15.6. CRedidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

Eſai.45.25. In Dño iuſtificabitur & laudabitur omne ſemen Iſrael.

Cap.53.8. De Anguſtia & iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium, propter ſcelus populi mei percuſſi eum.

Hiere.23.6. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter, & hoc eſt nomen quòd vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter, idem verbatim. Cap.33.16.

Dani.6.22. Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonũ & nõ nocuerũt mihi, quia corã eo iuſtitia inuẽta eſt in me, ſed & coram te Rex, ſ. Nabuchodonoſor delictũ non feci.

Abac.2.4. Ecce qui incredulus eſt non erit erecta anima eius in ſemetipſo, iuſtus autem in fide ſua viuet.

Zacha.9.11. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos, de lacu in quo non eſt aqua.

Act.10.43. Huic (Chriſto) omnes prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.

Cap.13.34. In hoc ſcilicet Chriſto, omnis qui credit iuſtificatur.

Rom.1.17. Iuſtitia eim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt, iuſtus ex fide viuit.

Cap.3.22. Iuſtitia Dei ꝑ fidẽ Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes, qui credunt in eũ, nõ enim eſt diſtinctio, 24. iuſtificati gratis per fidẽ ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Cap.5.1. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Cap.10.4. Finis enim Legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. 10. corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.

1.Cor.1.30. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis, ſapientia à Deo & iuſtitia & ſanctificatio, & redemptio

Galat.2.16. Sciẽtes autem quod nõ iuſtificatur homo ex operib. legis niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis, propter quòd ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.

Cap.3.11. Cùm autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt quia iuſtus ex fide viuit.





Nos enim ex ſpiritu, ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Cap.5.5.

Et inueniar (ait Paulus) in illo non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti. Philip.3.9.

Vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Tit.3.7.

Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus ꝑ iniuſtis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. 1.Pet.3.18.

### *Iuſtificatio qua quis ex iuſto fit iuſtior, acquiritur bonis operibus.*

NOn impediatis orare ſemper, & ne vereris vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum. Eccl.eſi8.22

Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Dominum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Rom.2.13.

Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? 24. Videtis quoniã ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Iacob.2.21.

Qui Nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, & qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Apoc.22.11.

### *Iuſtificatio impij non ſolum fidei aſcribitur, ſed etiam aliis virtutibus, vt ſpei.*

SPe enim ſalui facti ſumus, ſpes autem quæ videtur non eſt ſpes, nam quod videt quis quid ſperat? Rom.8.24

### *Charitati attribuitur Iuſtificatio.*

EGo ſum Dominus Deus tuus faciens miſericordiã in milia, his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Exod.20.6.

Odiũ ſuſcitat rixas & vniuerſa delicta operit Charitas. Prouer.10.12

Propter ꝙ dico tibi (ſcilicet quia non vnxiſti caput meũ oleo, ſicut Magdalena) remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum, cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Luc.7.47.

Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. 1.Cor.13.3.

In Chriſto Ieſu neque Circuncifio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Galat.5.6

1.Pet.4.8. Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis Charitatẽ
habentes continuam, quia charitas operit multitudinem
peccatorum.

1.Ioan.4.7. Chariſſimi diligamus nos inuicẽ quia charitas ex Deo eſt
& omnis qui diligit ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum,
qui nõ diligit nõ nouit Deum, quoniã Deus charitas eſt.
In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniã filiũ ſuum v-
nigenitum miſit Deus in mundum vt viuamus per eum.

## *Timori aſcribitur.*

Ecclеſ.1.27. TImor Domini expellit peccatum, nam qui ſine timore
eſt non poteſt iuſtificari.

## *Pœnitentiæ operibus.*

Sap.11.24. SEd misereris omniũ (ſcilicet Domine) quia omnia potes
diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

Ezech.18.21. Si autem impius pœnitentiam egerit ab omnibus pecca
tis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta, &
fecerit iuſtitiam, vita viuet, & non morietur, quoniam ini-
quitatum eius quas operatus eſt nõ recordabor, in iuſti-
tia ſua quam operatus eſt viuet.

Matt.3,2. Pœnitentiam agite (dixit Ioannes) appropinquauit enim
regnum cœlorum.

Luc.7.42. Ponitur exemplum Magdalenæ, dixit autem Ieſus ad il-
lam remittuntur tibi peccata, &c.

Cap.15. Ponitur exemplum filij prodigi, & cap.18. ponitur exem-
plum Publicani.

## *Iuſtitiæ Phariſaicæ defectio.*

Matth.5.20. DIco autem vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra
plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis
in regnum cœlorum.

Luca.16.15. Et ait illis. (*ſcilicet Phariſæis.*) Vos eſtis qui iuſtificatis vos
coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra, quia
quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum.

## *Legalis imperfectio.*

Rom.3.20. SCimus, quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis
caro coram illo.

9.30. Quid ergo dicemus? Gentes, quæ non ſectabantur iu-
ſtitiã apprehenderunt iuſtitiam: iuſtitiam autem, quæ ex fi
de eſt: Iſraël verò ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ
non peruenit. Quare? Quia nõ ex fide, ſed quaſi ex operib⁹.
Ignorantes



Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatue 10.3.
re, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.

Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus Gal.2.16.
legis, niſi per fidem, quę eſt in Chriſto Ieſu.

Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia 5.4.
excidiſtis.

Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter Philip.3.8.
eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei: propter
quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt ſtercora, vt
Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam
iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quę ex fide Chriſti Ieſu
quæ eſt ex Deo iuſtitia in fide.

Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per hunc vobis Act.13.38.
remiſſio peccatorum annunciatur ab omnibus quibus non
potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari.

L*Aban hoſpitio excipit famulum Abrahæ. Gen.24.32. Mer*
*cede conducit Iacob 29.14.20. Perſequitur Iacob.31.22.*

## *Labor & dolor communis omnibus hominibus.*

ADæ dixit Deus Quia audiſti vocem vxoris tuę, & co Gen.3.17.
mediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comede
res, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex
ea cũctis dieb⁹ vitæ tuæ. In ſudore vultus tui veſceris pane
tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es.

Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, Id em Exod.20.9.
cap.34.21. Idem verbatim. Deutero.5.13.

Anna verò vxor (eius Tobiæ) ibat ad opus textrinum Tob.2.19.
quotidie & de labore manuum ſuarum victum quẽ con-
ſequi poterat conferebat.

Labores manuum tuarũ quia manducabis: ſanctus es & Pſal.127.2.
bene tibi erit.

Vade ad formicam ò piger, & conſidera vias eius, & di- Prouer.6.6.
ſce ſapientiam, quæ cùm non habeat ducem nec præcepto
rem, nec principem parat in æſtate cibum ſibi & congregat
in meſſe quod comedat.

Ægeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem for Cap.10.4.
tium diuitias parat.

Vbi non ſunt boues præſepe vacuum eſt, vbi autem plu- Cap.14.4.
rimæ ſegetes, ibi mani feſta eſt fortitudo bonis.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo ęſtate Cap.20.4.
& non dabitur ei.

Dulcis eſt ſomnus operãti ſiue parũ ſiue multũ comedat Eccleſ.5.11.
ſaturitas

ſaturitas autem diuitis non ſinet eum dormire.

Eccle.29.29 Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quam
epulæ ſplendidæ in peregrè ſine domicilio.

Ioan.21.3. Dicit eis (.ſ.Nathanaeli & filiis Zebedei) vado piſcari, di
cunt ei venimus & nos tecum. Et exierunt & aſcenderunt in
nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.

Acto.20. 34. Ipſi ſcitis quoniam ad ea quæ mihi opus erant & piis qui
mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ.

1. Cor. 4. 10. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autẽ prudentes in Chri
ſto, nos infirmi vos aũt fortes, vos nobiles, nos aũt ignobi-
les, vſq; in hãc horã & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, &
colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operan
tes manibus noſtris, &c.

Epheſ.4. 28. Qui furabat' iã nõ furet, magis aũt laboret operãdo mani
bus ſuis, qđ bonũ eſt vt habeat vñ tribuat neceſſitatẽ patiẽti.

1.Theſſ. 2. 9. Memores enim eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis.
nocte ac die operantes, ne quem veſtrum grauaremus præ-
dicauimus Euangelium Dei: cap.4. 1.

2.Theſſ.4.7. Ipſi enim ſcitis quemadmodũ oporteat imitari nos, quo-
niam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panẽ mã-
ducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione , nocte &
die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, non quaſi non
habuerimus poteſtatem , ſed vt nosmetipſos formam dare-
mus vobis ad imitandum nos. Nã & cum eſſemus apud vos
hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult opera
ri nec manducet, audiuimus enim inter vos quoſdam ambu
lantes iniquè nihil operantes, ſed curioſè agẽtes, iis autẽ qui
eiuſmodi ſunt denunciamus, & obſecramus in domino Ie-
ſu Chriſto, vt cũ ſilẽtio operantes ſuũ panem manducent.

### *Labor non ditat ſine Dei benedictione.*

ADæ dixit Deus, quia audiſti vocẽ vxoris tuæ & comedi
Gen.3.17. ſti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes ma-
ledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cun-
ctis diebus vitæ tuæ.

Cap.26. 3. Et ait Dominus ad Iſaac, ne deſcendas in Ægyptum, ſed
quieſce in terra quã dixero tibi, & peregrinare in ea, eroq;
tecũ & benedicam tibi: tibi.n. & ſemini tuo dabo vniuerſas
has regiones cõplens iuramentũ qđ ſpopõdi Abrahã patri
tuo. Senuit aũt Iſaac in terra illa & inuenit ĩ ipſo anno cẽtu-
plũ, benedixitq; ei Dñs & locupletat⁹ eſt homo, & ibat pro-
ficiẽs atq; ſuccreſcẽs, donec magnus vehemẽter effectus eſt





Ait illi (Iacob) Laban, inueniam gratiam in conſpectu tuo Cap. 30. 17.
experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te

Recorderis Domini Dei tui, quod ipſe vires tibi prębue- Deut. 8. 18.
rit, vt impleret pactum ſuum ſuper quo iurauit patribus
tuis ſicut præſens indicat dies.

Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob magis quàm Iob. 42. 12.
principio eius, & facta ſunt ei quatuordecim milia ouium,
& ſex milia camelorum, & mille iuga boum , & mille aſinę.

Benedictio Dñi diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio. Prou.10. 22.

Mane ſemina ſemen tuum. & veſpere ne ceſſet manus tua Eccleſ. 11.6.
quia neſcis quid magis oriatur hoc autem illud , & ſi vtrun
que ſimul melius erit.

### *Laboranti merces debetur.*

NON facies calũniã proximo tuo, nec vi oprimes eũ nõ Leuit. 19.13.
morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; ad mane.

Non negabis mercedẽ indigentis, & pauperis fratris tui, Deut.24.14.
ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas
eſt ſed eadẽ die reddes ei pretiũ laboris ſui ante ſolis occa-
ſum, quia Pauper eſt, & ex eo ſubſtentat animã ſuam ne cla-
met contra te ad Dominum & reputetur tibi in peccatum.

Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Cap. 25. 4.

Quicunque tibi aliquid operat⁹ fuerit, ſtatim ei mercedẽ Tob.4.15.
reſtitue, & merces mercenarij tui apud te õinò nõ remaneat

Non lædas ſeruum in veritate operantem, neque merce- Eccleſ.7.22.
narium dantem animam ſuam.

Panis egẽtium vita pauperum eſt, qui defraudat illum, ho Cap. 34. 25.
mo ſanguinis eſt quia aufert in ſudore panẽ quaſi qui occi-
dit proximum ſuum .

Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitiá & cænacula Hiere.22.13.
ſua non in iudicio, amicum ſuũ opprimet fruſtrà, & merce-
dem eius non reddet ei.

Accedam ad vos (filios Leui) in iudicio, & ero teſtis ve- Malac. 3. 5.
lox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur
mercedem mercenarij, viduas & pupillos, & oprimunt pere
grinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum.

Dignus eſt operarius cibo ſuo. Idem Luc. 10.7. Matt.10. 10.

Scriptum eſt enim in lege Moyſi , non alligabis os boui 1. Cor. 9. 9.
trituranti.14. ita & Dominus ordinauit ijs qui Euangelium
annuntiant de Euangelio viuere.

Non infrenabis os boui triturãti, & dignus eſt operarius 1. Tim.5. 18.
mercede ſua.

Iacob.5.4. Ecce merces operariorũ,qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat:& clamor eorum & aures Domini Sabaoth introiuit.

*Laboris manuum,& agriculturæ laus & vtilitas.*

Prouer.12.11. QVi operatur terram ſuam ſatiabitur panibus,qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt.

Cap.13.4. Vult & nõ vult piger,aĩa aũt operantium impinguabitur.

Cap.14.23. In omni opere bono erit abundantia: vbi autem verba ſunt plurima ibi frequenter ægeſtas.

Cap.24.27. Præpara foris opus tuum,& diligenter exerce agrum tuum,& poſtea ędifices domum tuam.

Cap.28.19. Qui operatur terram ſatiabitur panibus,qui autem ſectatur otium,replebitur ægeſtate. (ra.11.9.

*Lachis traditur in manu Iſraelis,Ioſue 10.32.extruitur,2.Par*

*Laici ne ſe in ſacris præter officium miſceant.*

*Vide artifices qui.*

Leuit.10.✠ IGne Nadab & abiu conſumpti planguntur à populo,nõ à Sacerdotibus,eo quod impoſuerunt ignem in incenſum deſuper offerẽtes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat,in deſerto Synai.

Num.1.51. Cũ proficiſcẽdũ fuerit,deponẽt Leuitæ, tabernaculũ, cũ caſtra metãda erigent,qſquis externorũ acceſſerit occidet.

Cap.3.10. Aarõ autem & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij,externus qui adminiſtrandum acceſſerit morietur.

*Nec vaſa ſacra temere contingant.*

Num.4.15. CVmq; inuoluerint Aaron & filij eius ſanctuariũ & oĩa vaſa eius in commotione caſtrorũ,tunc intrabunt filij Caath vt portẽt inuoluta,& nõ tãgẽt vaſa ſanctuarij ne moriãtur,19.Sed hoc facite eis vt viuãt & nõ moriantur, ſi tetigerint ſancta ſanctorũ.Aarõ & filij eius intrabũt, ipſiq; diſponent opera ſingulorũ & diuidẽt,quid portare quis debeat alij nulla curioſitate videãt quę ſunt in ſanctuario Dei priuſquã inuoluãtur,alioquin morietur,Item Num.1.51.vt ſupra.

Cap.18.7. Tu autẽ & filij tui (ait Dominus Aaroni) cuſtodite ſacerdotium veſtrum,& omnia quæ ad cultum altaris pertinẽt,& intra velum ſunt, per ſacerdotes adminiſtrabuntur, ſi quis externus acceſſerit occidetur.

2.Reg.6.6. Poſtquam autẽ venerunt ad aream Nachor, extẽdit Oſa manum ad arcam Dei & tenuit eam:quoniã calcitrabãt boues,& declinauerunt eã,iratuſq; indignatur Dominus cõtra Oſam, percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi iuxta Arcam Dei.

Non eſt tui officij Oxia(ait illi Azarias ſacerdos)vt adoleas incenſum Dño,ſed Sacerdotũ,hoc eſt filiorũ Aarõ qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium:egredere de ſanctuario, ne contempſeris,quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domnio Deo. 2.Par.26.18.

*Lais oppugnatur à Danitis expugnatur,ædificatur, & appellatur Dan.Iudic.18.27.appellatur Leſen,Ioſue,19.47.*

*Lapis dicitur Chriſtus angularis.*

ECce ego mittã in fundamẽtis Syõ lapidẽ ꝓbatũ angularẽ,pretioſũ,ſolidiſſimũ fundamẽtũ,fidẽs nõ feſtinabit. Eſa.28.16

Dicit illis Ieſus:Nunquid legiſtis in ſcripturis lapidem quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt iſtud. Matt.21.42.

Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Act.4.11.

Super ædificati ſuper fundamẽtum Apoſtolorum,& Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Epheſ.2.20.

*Offenſionis.* Eſai.8.13.

DOminum exercituum ipſum ſanctificate,ipſe pauor veſter ipſe terror veſter,& ipſe erit vobis in ſanctificationem in lapidem autem offenſionis,& petram ſcandali duabus domibus Iſrael,& in laqueum, & in ruinam habitantibus Hieruſalem, & offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur,& irretientur, & capientur.

Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur, ſuper quem verò ceciderit,conteret eum. Matt.21.44.

Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael,& in ſignum cui contradicetur. Luc.2.34.

Omnis qui ceciderit ſuper lapidem illum,cõquaſſabitur: ſuper quem verò ceciderit comminuet eum. Luc.20.18.

In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant:& qui vident cæci fiant. Ioan.9.39.

Offenderunt.n. in lapidem offenſionis,ſicuti ſcriptũ eſt. Ecce pono in Syon lapidẽ offenſionis,& petram ſcandali,& omnis qui credit in eum, non confundetur. Rom.9.32.

Propter quod continet ſcriptura:Ecce pono in Syon lapidem ſummum angularem,probatum, electum, pretioſum. Et qui crediderit in illo,non pudefiet. 1.Petr.2.6.

### *Lapis dicitur Petrus.*

INtuitus autem eum Ieſus,tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cæphas,quod interpretatur Petrus.
*Ioan.* 1. 42.

### *Lapis dicitur omnis Chriſtianus.*

*1. Petr.* 2. 4. AD quem accedentes &c. *Vide intit.* Domus.

### *Laudatur homo à Deo.*

*1. Cor.* 4. 5. Tunc laus erit vnicuique à Deo.

### *A ſeipſo.*

*Prou.* 27. 2. LAudet te Alienus,& non os tuum: extraneus & non labia tua.

### *Ab alio in abſentia.*

*Matt.*11.7. SIc Saluator Ioannem diſcipulis ipſius diſcedentibus laudibus extulit. (Ioanne
*Luc.*7.24. Illis autem abeuntibus,cœpit Ieſus dicere ad turbas de

### *De innocentia.*

LAudabuntur omnes recti corde.
*Pſalm.*63.11. Non laudes virum in ſpecie ſua,neque ſpernas hominem in viſu ſuo.
*Ecc.*11.2.
Ante mortem ne laudes hominem quenquam: quoniam
*Ibidem* ,30. in filiis cognoſcitur vir.
Ante ſermonem non laudes virum,hæc enim tentatio eſt
27.8. hominum.
Laudemus viros præclaros, & quibus prognati ſumus
44.1. maiores noſtros.
Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes pacificantes in domibus ſuis.
*Ibid.*6.
Sapientiam ipſorum narrent populi,& laudem eorũ nuntiet Eccleſia.
*Ibid.*14.

### *Laudandus Deus ante & poſt cibum.*

*Deut.*8.10 CVm commederis & ſatiatus fueris,benedicas Domino Deo tuo pro terra optima quam dedit tibi.

### *Laudare Deum pro merito non poſſumus.*

*Pſal.*95.4 QVoniam magnus Dominus & laudabilis nimis terribilis eſt ſuper omnes Deos.
10.5.1. Quis loquetur potentias Domini,auditas faciet omnes laudationes eius.
118.164. Septies in die laudẽ dixi tibi,ſup iudicia iuſtitiæ tuę dñe magnus



Magnus Dominus & laudabilis nimis & magnitudinis, 144.3.
eius non eſt finis.
Glorificantes Dominum quantumcunque potueritis *Eccle.*43.32.
ſuperualebit adhuc,& admirabilis magnificentia eius.

### *Laudes Deo canendæ.*

*Pſalm.*46.2.
OMnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. 146.7.
Præcinite Domino in confeſſione,pſalite Deo noſtro in cithara.
Cantate Domino canticum nouum, laus eius in eccleſia 149.1.
ſanctorum.
Cantate Domino quoniam magnifice fecit, annuntiate *Eſai.*12.5.
hoc in vniuerſa terra.
Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed implemini *Epheſ.*5.19.
ſpiritu,loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis, & cãticis ſpiritualibus, cantates & pſallentes in cordibus veſtris Domino.
Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſa *Colloſ.*3.16.
pientia, docentes & commouentes voſmetipſos, pſallmis, hymnis,& canticis ſpiritualibus,in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo.
Per ipſum ergo (Chriſtum) offeramus hoſtiam laudis *Heb.*13.15.
ſemper Deo id eſt,fructũ labiorũ confitentiũ nomini eius.
Triſtatur aliquis veſtrum? Oret. Æquo animo eſt? *Iacobi.*5.13.
pſallat.

*Lazarus iacet ante oſtium diuitis epulonis*, Luc.16.20.
*Lazarus ſuſcitatur à morte*, *Ioan.*11.43. *perſecutionem ſuſtinet à Iudæis*.12.10.
*Lebbæus cognomine Thadæus, diſcipulus* Chriſti, *Mat.*10.3. *appellatur* Iudas *filius Iacobi*, *Luca*.6.16.

### *Lectio.*

POſt induſtriam ſequitur ſapientia. *Eccle.*10.10.
Qui legit,intelligat.Omnis autem cui multum eſt da *Matt.*24.15
tum,multum quęretur ab eo: & cui commendaue- *Luca.*12.48.
runt multum,plus petent ab eo.
Attende lectioni & exhortationi & doctrinæ. Noli negli- 1.*Tim.*4.13.
gere gratiam,quę in te eſt.
Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata,vtilis eſt ad docẽdũ 2.*Tim.*3.16.
ad arguendum.

Colloſ.3.16. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter.

Iac.4.17. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.

### *Lepra quomodo cognoſcatur,*

Leuit.13. Deſcribitur Lepra,quomodo cognoſcatur:cap.14.quæ ſacriſicia offerenda ſint pro homine lepra infecto.

### *Lepram mittit Deus propter peccatum.*

Exod.4.6. DIxit Deus Moyſi: Mitte manum tuam in ſinum tuum, quam cùm miſiſſet in ſinum protulit leproſam inſtar niuis.

Num.12. Aaron & Maria in mitiſſimum Moyſen murmurant,apud quos Deus Moyſen laudat à familiaritate erga Dominum Maria lepra percuſſa, & ſeptem diebus à populo ſeparata, ſanitati reſtituitur.

4.Reg.5.1. Naaman princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud Dominum ſuum & honoratus: Per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ,erat autem vir fortis,ſed leproſus. 27.Dixit Elizeus illi: Quia accepiſti argentum, & veſtes vt emas olіueta,& vineas & oues & boues,& ſeruos & ancillas lepra adherebit tibi Naaman,& ſemini tuo, vſque in ſempiternum,& egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.

Cap.15.5. Percuſſit autem Dominus Regem (Azariam) & fuit leproſus vſque in diem mortis ſuæ, & habitauit in domo libera ſeorſum.

2.Pa.26.18. Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino: ſed ſacerdotum,hoc eſt,filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſteriũ:egredere de ſanctuario, ne contempſeris,quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.Iratuſque Ozias, & tenens in manum thuribulum vt adoleret incenſum,minabatur ſacerdotibus,ſtatimque orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus, in domo Domini ſuper altare thymiamatis. 21. Fuit igitur Ozias rex leproſus vſque in diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenis lepra, ob quam euectus fuerat de domo Domini.

### *Lepra mundatur.*

Exod.4.7. REtrahe (ait Dominus Moyſi) manum tuam in ſinum tuum. Retraxit & protulit iterum & erat ſimilis carni reliquæ (quæ prius erat leproſa inſtar niuis) numeri.12.vt ſupra.§.



Deſcendit(Naaman)& lauit in Iordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei (Elizæi) & reſtituta eſt ei caro eius ſicut caro pueri paruuli & mundatus eſt. 4. Reg.5.14.

Cũ aũt deſcẽdiſſet de mõte ſecutę ſunt eũ turbę multę,& ecce leproſus veniẽs,adorabat eũ dicẽs: Domine,ſi vis potes me mũdare.Et extẽdẽs Ieſus manum ſuam tetigit eũ dicẽs Volo,mũdare.Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Matth.8.

Cum ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longè & leuauerunt vocem, dicentes: Ieſu preceptor,miſerere noſtri. Quos vt vidit dixit: Ite oſtendite vos ſacerdotibus, & factum eſt vt dum irent,mundati ſunt. Luc.17.

### *Leproſorum ſegregatio.*

OMni tempore quo leproſus eſt & immundus,ſolus habitabit extra caſtra. Leu.13.

Pręcipe (ait Dominus Moyſi) filiis Iſrael, vt eiiciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutuſque eſt ſuper mortuo. Num.5.

Percuſſit Dominus regem (Azariam) & fuit leproſus vſque in diem mortis ſuæ,& habitabat in domo libera ſeorſum:Ioatham autem filius Regis gubernabat palatium. 4.Reg.15.

*Leui naſcitur Geneſis.29.34. Occidit cum fratre ſuo Symeone Sichemitas.cap.34.25.punitio illius facti.ca.49.5.*

### *Leuitarum habitatio,ius,& ſuſtentatio.*

LOcutus eſt Moyſes ad Aaron & ad Eleazar, & Ithamar filios eius qui erant reſidui,Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare,quia ſanctũ ſanctorum eſt. Leuit.10.12.

Ædes Leuitarum quæ in vrbibus ſunt,ſemper poſſunt redimi: ſi redemptæ non fuerint, in iubileo conuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael. Suburbana autem eorum non veneant quia poſſeſſio ſempiterna eſt. Capi. 25.32.

Filiis Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis 23.Solis filiis Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus, & portantibus peccata populi legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris.Nihil aliud poſſidebunt decimarum oblatione contenti,quas in vſus eorum & neceſſaria paraui. Num.18.21.

*Cap.*35.2. Præcipe filiis Iſrael(ait Dominus ad Moyſen) vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis, vrbes ad habitandum & ſuburbania earũ per circuitum, vt ipſi in oppidis maneant, & ſuburbana ſint pecoribus ac iumentis.

*Deut.*12.12. Ibi(ſcilicet in terra quam Dominus daturus eſt vobis) epulabimini coram Domino Deo veſtro, vos ac filij & filię veſtræ, famuli ac famulæ atque Leuites qui in vrbibus veſtris commorantur.19. Caue (dicit Dominus populo Iſrael) ne derelinquas Leuiten in omni tempore quo verſaris in terra.

*Cap.*14.27. Caue ne derelinquas eum(Leuiten) qui intra partes tuas eſt, quia non habet aliam partẽ in poſſeſſione tua. Cap.18.1.

*Cap.*26.2. Tolles(dicit Dominus Leuitis) de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergeſque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius.

*Ioſu.*13.14. Tribui autẽ Leui non dedit poſſeſſionem, ſed ſacrificia & victimæ Domini Dei Iſrael, ipſa eſt eius hæreditas, ſicut locutus eſt illi.33. Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionem, quoniam Dominus Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius, vt locutus eſt illi. cap.18.7. ferè idem habetur.

*Cap.*21. ☨. Leuitis aſſignantur ciuitates.48. cum ſuburbanis, & completa Dei promiſſione requies datur filiis Iſrael.

1.*Eſd.*10.32. Et ſtatuemus (dicunt qui fœdus Domini initum ſeruarunt) ſuper nos præcepta, vt demus tertiam partem ſicli per annum ad opus domus Dei noſtri, ad panes propoſitionis, & ad ſacrificium ſempiternum, & in holocauſtum ſempiternum, in ſabbathis &c. 37. & primitias ciborum noſtrorum, & libamum noſtrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque & olei afferemus ſacerdotibus in gazophylatium Dei noſtri, & decimam partem terræ noſtræ Leuitis. Ipſi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum noſtrorum. cap.13.10.

*Ezec.*48. ☨. Diuiſio terrę ſanctæ in duodecim tribus, vbi ſunt primitiæ, ſanctuarium, locus ſacerdotum & Leuitarum, menſura ciuitatis in quadro cum ſuburbanis poſſeſſio principis &c.

*Ecclеſ.*7.32. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes.

## *Leuitarum miniſterium & officium.*

Tribum



Tribum Leui noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filiis Iſrael, ſed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſtimonij, & cuncta vaſa eius, & quicquid ad cæremonias pertinet, ipſi portabunt tabernaculum & omnia vtenſilia eius, & erunt in miniſterio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. *Num.*1.49.

Leuitæ in tabernaculi miniſterium aſſumpti numerantur cum ſuis principibus ac miniſteriis & loco primogenitorum Iſrael ſuſcipiuntur, reliqua primogenita numerum Leuitarum excedentia prætio redimuntur. *Cap.*3. ☨.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron dicens: Tolle ſummam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias ſuas à triceſimo anno & ſupra, vſque ad quinquageſimum annum, omnium qui ingrediuntur vt ſtent & miniſtrent in tabernaculo fœderis. *Cap.*4.1.

Candelabri & lucernarum ſitus ac formæ, ædéſque & cõſecratio Leuitarum. Ioſu.3.6. *Cap.*8. ☨.

(Dixit Dominus ad Aaron) fratres tuos de tribu Leui, & ſceptrum patris tui ſume tecum, præſtóque ſint & miniſtrent tibi: Tu autem & filij tui miniſtrabitis in tabernaculo teſtimonij. 23. Solis filiis Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus & portantibus peccata populi, legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris, nihil aliud poſſidebunt decimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui. *Cap.*18.2. *Leui.*10. 8.

Dixit Dominus ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. 1.*Paral.*6.

Genealogia filiorum Leui, & quos ex eis conſtituerit Dauid cantores ac miniſtros in domo Domini &c. Cap.9. ☨. 2.*Para.*19.8

Conſtituit Ioſaphat in Hieruſalem quoque Leuitas & ſacerdotes & principes familiarum ex Iſrael, vt iudicium & cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius. *Ezec.*44.11.

Erunt in ſanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus, & miniſtri domus, ipſi mactabunt holocauſta & victimas populi, & ipſi ſtabunt in conſpectu eorum, vt miniſtrent eis.

## *Leuitas aſſumit ſibi in miniſterium. Deus pro primogenitis Iſraelis.*



Ego

3.12. EGo tuli Leuitas à filiis Iſrael pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Iſrael, eruntque Leuitæ mei 40. Et ait Dominus ad Moyſē: Numera primogenitos ſexus maſculini de filiis Iſrael ab vno menſe & ſupra & habebis ſummam eorum, tolléſque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Iſrael, Ego ſum Dominus, & pecora eorum pro vniuerſis primogenitis pecorum filiorum Iſrael idem c.8.16. habetur.

*Leuitæ puniunt peccatum erecti vituli.*

OB vitulum adoratum Moyſes Deum precatur, talas frãgit, vitulum comburit, & Aaron abiurgato idololatras occidi iubet, cæteriſque veniam impetrat.

*Leuitæ expelluntur ex Iſrael.*

2. Para. 11. 13 SAcerdotes & Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſrael, venerunt ad eum de cunctis ſedibus ſuis) ſcilicet ad Ieroboã) relinquentes ſuburbana. & poſſeſſiones ſuas tranſeuntes ad Iudam & Hieruſalem, eo quod abieciſſet eos Ieroboam, & poſteri eius ne ſacerdotio Domini fungerentur.

*Lex prima & præceptum datur.*

Geneſ. 2. 16. PRæcepit eis (Adã & Euæ) Dominus dicens: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.

*Lex prima violatur.*

Gen. 3. 4. DIxit ſerpens ad mulierem nequaquam morte moriemini &c. 6. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile & tulit de fructu illius & comedit: deditque viro ſuo qui comedit, &c.

*Lex decem mandatorum datur Moyſi.*

MOyſes decalogum à Domino tertio auditum populo narrat, ac terreum, ac lapideum de infectis lapidibus altare fieri iubet ad quod non ſit per gradus aſcendendum.

Præceptorum decalogi repetitio & explanatio & de timore filiorum Iſrael cum Dei vocem audiſſeat, & montem ardere vidiſſet, c.

*Legis tabulæ donantur.*

DEdit Dominus Moyſi completis huiuſmodi ſermonib. in monte Synai (ſcilicet die ſabbathi obſeruatione, &c) duas tabulas teſtimonij lapideas, ſcriptas digito Dei

Hæc



Hæc verba locutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in monte de medio ignis & nubis & Caliginis voce magna (ſcilicet præceptorum decalogi repetitio & explanatio) nihil addens amplius & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. (Moyſi.) Deu. 5. 22.

*Legis tabulæ franguntur.*

OB vitulum adoratum Moyſes Deum precatur, tabulas frangit vitulum comburit, & Aaron obiurgato idololatras occidi iubet, cæteris veniam impetrat. Exod. 32.

(Alludit ad hanc illorum idololatriam) 15. Cùm de monte ardente deſcenderem & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, vidiſſémque (ait Moyſes) vos peccaſſe Domino Deo veſtro „& feciſſe vobis vitulum conflatilem , ac deſeruiſſe velociter viam eius quam vobis oſtenderat proieci tabulas de manibus meis, confregique eas in conſpectu veſtro Deu. 9.

*Dantur aliæ tabulæ.*

DIxit Dominus ad Moyſen: Scribe tibi verba hæc quibus tecum & cum Iſrael pepigi fœdus, fuit ergo ibi cum Domino 40. dies & 40. noctes, panem non comedit & aquam non bibit & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem. Exod. 34. 27.

In tempore illo dixit Dominus ad me (Moyſen) Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerant, & aſcende ad me in montem , faciéſque arcam ligneam, & ſcribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas ante confregiſti , ponéſque eas in arca, feci igitur arcam de lignis Setim. Deu. 10. 1.

*Legis officium & operatio.*

SCimus autem quoniam quæcunque lex loquitur iis qui in lege ſunt, loquitur vt omne os obſtruatur , & ſubditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro coram illo. Rom. 3. 19.

Lex enim iram operatur, vbi enim non eſt lex nec præuaricatio. Cap. 5. 4.

Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum ſuperabundauit gratia , vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiã in vitam æternam. Cap. 5. 20.

An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in nomine dominatur quanto tempore vult 7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum Cap. 7. 1.

 non

non cognoui niſi per legem, nam concupiſcentiam néſciebam niſi lex diceret non concupiſces. Occaſione autẽ accepta peccatũ per mandatum operatum eſt in me omnem cõcupiſcentiam. Sine lege autem omne peccatum mortuum erat, &c.

Gala. 3. 19. Quid igitur lex? Propter trãſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat ordinata per angelos in manu mediatoris

1. Timot. 1. 8. Scimus aũt quia bona eſt lex ſi quis ea légitimé vtatur, ſciens hoc quia lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis & non ſubditis impiis & peccatoribus, ſceleratis & cõtaminatis.

Hab. 6. 18. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati (.ſ. in lege) propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, introductio vero melioris ſpei per quam proximamus ad Deum

*Legem Dei ſiue ſpiritu eius non poſſumus implere.*

Deut. 5. 29. QVis det talem eos habere mentem (ait Dominus ad Moyſen) vt timeant me & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore, vt bene ſit eis & filiis eorum in ſempiternum

Pſal. 118. 24. Nam & teſtimonia tua mendatio mea eſt, & conſilium meum iuſtificationes tuæ

Luc. 18. 22. Ait ei (principi petenti quid faceret, vt vitã ęternã poſſideret) Ieſus, Adhuc vnum tibi deeſt, omnia quęcunque habes vende & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me.

Act. 15. 10. Nunc ergo quid tentatis Deum, impende iugum ſuper ceruices diſcipulorum quod neque patres noſtri neque nos portare potuimus, ſed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi.

Rom. 8. 2. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis, nã quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnem Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis qui non ſecundum legem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.

*Punitio vel merces eorum qui legem dei præuaricantur, vel obſeruant. Vide obedientia & inobedientia.*

*Chriſtus venit vt legem impleat.*

Matth. 5. 18. NOlite putare (ait Ieſus diſcipulis ſuis) quoniam veni ſoluere



legem aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere.

*Legis Cæremoniæ abrogantur per Chriſtum.*

OMnis enim prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt. Matt. 11. 13.

Et velum templi ſciſſum eſt in duo à ſummo vſque ad deorſum. Mar. 15. 38.

Notum ſit vobis viri fratres, quia per hunc (Chriſtum) vobis remiſſio peccatorum annuntiatur ab omnibus quib. non potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. Cap. 15. 11. Act. 13. 38.

Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Rom. 6. 14.

Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificemus Deo. Cap. 8. 3. Cap. 7. 4.

Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptum eſt, maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem Cap 4. 5. 1. Pet. 1. 11. 18. Gal. 3. 13.

Nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis lõgé facti, eſtis propè in ſanguine Chriſti. Epheſ. 2. 13.

Et vos cum mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat Chyrographũ decreti ꝙ erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit cõfidenter palam, triumphans illos in ſemetipſo. Colloſ. 3. 13.

*Lex legitur.*

COepit Moyſes explanare legem, & dicere: Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb. dicens: ſufficit vobis quod in hoc monte manſiſtis (loquitur Iſraeli in deſerto contra mare Rubrum.) Deut. 1. 5.

Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filiis Leui qui portabant Arcam fœderis domini & cunctis ſenioribus Iſrael. 11. Conuenientibus cunctis ex Iſrael vt appareant in conſpectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus leges verba legis huius coram omni Iſrael audientibus eis. Ioſue. Cap. 8. 33. Cap. 31. 9.

Aſcendit Rex (Ioſias) templum Domini & omnes viri Iuda, vniuerſique qui habitabant in Hyeruſalem cum eo ſacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vſque ad magnum, legitque cunctis audientibus omnia verba li- 4. Reg. 23. 2.

bri fœderis qui inuentus eſt in domo Domini.

1.*Eſai*.8.8. Et legit(omni populo) Eſdras in libro legis Domini diſtinctè & apertè ad intelligendum:& intellexerunt cum legeretur.3.Eſdræ.*9.39*.

*Cap*.6.3. Et conſurrexerunt ad ſtandum(omne ſemen filiorum Iſrael)& legerunt in volumine legis Domini Dei ſui, quater in die,& quater in nocte confitebantur & adorabant Dominum Deum ſuum. 2.Mach.8.19.29.

## *Lex noua Chriſtianorum conſiſtit potiſſimum in charitate.*

*Matth*.5.44. EGo autem dico vobis,diligite inimicos veſtros , benefacite his qui oderunt vos,& orate pro perſequentibus & calumniātibus vos,vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos.

*Cap*.7.12. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines , & vos facite illis,hæc eſt enim lex & prophetæ.

*Cap*.22. 37. Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege(legis doctor tentans eum interrogauit Ieſum ) ait illi Ieſus:diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mente tua,hoc eſt maximum & primum mandatum,ſecundum autem ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut teipſum:In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ.

*Ioan*. 13.34. Mandatū nouū do vobis,vt diligatis inuicem , ſicut dilexi vos,vt & vos diligatis inuicē: In hoc cognoſcent omnes q.a diſcipuli mei eſtis,ſi dilectionē habueritis ad inuicem.

*Roma*.13.10. Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis eſt dilectio.

*Gala*.5.14. Omnis enim lex in vno ſermone impletur,diliges proximum tuum ſicut teipſum.

*Cap*.6.2. Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legē Chriſti.

1.*Tim*.1.5. Finis autem præcepti eſt charitas,de corde puro & conſcientia bona,in ſide non ficta.

*Lya nubit Iacob patriarchæ Gen.29.21.*

*Gignit ei proles.Cap.29.31.*

## *Liber vitæ.*

*Exod*.32. 32 AIt Moyſes ad Dominum pro populo qui adorauerat vitulum(Aut dimitte eis Domine hanc noxam) aut ſi non facis,dele me de libro tuo

*Pſal*. 68. 32. Deleantur de libro viuentium , & cum iuſtis non ſcribantur

Etiam



*Phil*. 4. 3. Etiam rogo & te germane compar adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente , & cæteris adiutoribus meis,quorum nomina ſunt in libro vitæ.

*Apoc*. 4. 5. Qui vicerit ſic veſtietur veſtimentis albis , & non delebo nomen eius de libro vitæ & confitebor nomen eius coram patre meo & coram Angelis ſuis.

*Cap*.20. 12. Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes,in conſpectu throni,& libri aperti ſunt,& alius liber apertus eſt , qui eſt vitæ,& iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum.

*Cap*. 21. 27. Non intrabit in eam (ciuitatem cœleſtem) aliquod coinquinatum,aut abominationem faciens & mendacium , niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.

## *Liberum arbitrium etiam poſt lapſum in homine manſit.*

*Gen*. 4. 6. QVare iratus es,& cur conſcidit facies tua?nonne ſi bene egeris,recipies:ſin autē malè,ſtatim in forib⁹ peccatum tuum aderit?ſed ſub te erit apetitus eius,& tu dominaberis illius.

*Deut*.30.19. Teſtes inuoco hodie cœlū & terrā,q̄ propoſuerim vobis vitam & bonum,benedictionē & maledictionē , Elige ergo vitam vt & tu viuas & ſemen tuum : & diligas Dominum Deum tuum atque obedias voci eius &c.

*Iuſu*.24. 24. Nunc ergo timete Dominū,& ſeruite ei corde perfecto atq; veriſſimo (loquitur Ioſue Iſraëlitis) & auferte deos q̄bus ſeruierūt patres veſtri inMeſopotamia & in Ægypto,ac ſaruite Dño.Sin autē malū vobis videtur vt Dño ſeruiaris, optio vobis datur,eligite hodie quod placet cui ſeruire potiſſimū debeatis.Vtrū diis quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia,an diis Amorheorū in quorū terra habitatis.

Ego autem & domus mea ſeruiemus Domino &c.24. Dixitq; populus ad Ioſue:Domino Deo noſtro ſeruiemus , & obedientes erimus præceptis eius.

*Pſalm*. 25.4. Non ſedi cum conſilio vanitatis , & cum iniqua gerentibus,non introibo.Odiui Eccleſiam malignantiu,& cum impiis non ſedebo. Lauabo inter innocentes manus meas & circundabo altare tuum Domine &c.11.Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum,redime me & miserere mei.

*Sapien*.9.10. Mitte illam de cœlis (ſcilicet ſapientiam ) ſanctis tuis,& à ſede magnitudinis tuæ,vt mecum ſit & mecum laboret vt ſciam quid acceptum ſit apud te.

Aute

*Eccleſ.*15.18. Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuit ei dabitur illi.

*Cap.*31.10. Quis probatus eſt in illo & perfectus eſt & erit illi gloria æterna? qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, & facere mala & non fecit.

1.*Cor.*3.9. Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis.

*Cap.*7.37. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatē, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam bene facit. Hieremi.8.3.

2.*Reg.*24.12. Vade & loquere ad Dauid (dixit Deus ad Gad prophetam) Hæc dicit Dominus: Trium tibi optio datur, elige vnum qui volueris ex hiis vt faciam tibi &c. 13. Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos: & illi te perſequentur: aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. (& peſtem triduanam elegit.)

*Eſa.*1.19. Si volueritis & audieritis me bona terræ commedetis, quod ſi nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum eſt.

*Cap.* 66. 4. Fecerāt (Iudæi) malū in occulis meis & q̄ nolui elegerūt.

*Cap.*45. 22. Conuertimini ad me & ſalui eritis omnes fines terræ, quia ego Deus & non eſt alius.

*Hiere.*15. 6. Tu reliquiſti me (Hieruſalem) dicit Dominus, retrorſum abiiciſti, & extendam manum meam ſuper te & interficiam te &c. 19. Si conuerteris conuertam te & ante faciem meam ſtabis, & ſi ſeparaueris prætioſum à vili, quaſi os meum eris, conuertentur ipſi ad te & tu non conuerteris ad eos.

*Zach.*1.3. Conuertimini ad me ait Dominus, & conuertar ad vos.

*Ezech.*18.21. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia precepta mea, & fecerit iudicium & iuſticiam, vita viuet & non morietur: omnium iniquitatum eius quas operatus eſt non recordabor, in iuſtitia ſua quam operatus eſt viuet. 30. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.

*Num.*30. Agitur de voto & iuramento, & quando puellarū & vxorum vota ſeu iuramenta rata ſint vel irrita.

*Eccle.*18.30. Poſt cōcupiſcentiā tuā nō eas & à volūtate tua auertere.

*Hiere.*3. 5. Ecce locuta es & feciſti mala & potuiſti.

*Ozee.*13.9. Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum

Subſtantiam



Subſtantiam tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebas, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat conuertebatur. *Sapiē.* 16.21

Voluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine quoniam bonum eſt. *Pſalm.* 53. 8.

Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. 94.8.

Intelligite incipiētes in populo, & ſtulti aliquādo ſapite. 93.8.

Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. *Matt.*16.24.

Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata (ait Chriſtus) ad illum qui petiit quid faceret vt vitam æternam haberet. 19.17.

Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti. *Cap.*23. 37

Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum (ait Ieſus Phariſæis) aut facite arborem malam & fructum eius malum, ſiquidem ex fructu arbor cognoſcitur. *Marc.* 14.7. *Cap.* 12. 33.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius &c. *Ioan.* 1. ✠

Et dixit illi (cæco) Ieſus, Quid tibi vis faciam? *Luc.*18.24.

At ille dixit: Domine vt videam, & Ieſus dixit ei reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Cap.12.47.

Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua. *Apoc.* 2. 21.

Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illū, & cœnabo cum illo & ipſe mecum. &c. *Cap.*2.20.

Quod enim operor non intelligo, non enim quod volo hoc ago, ſed quod odi illud facio. 18. velle adiacet mihi perficere autem bonum non inueni. *Rom.*7.15.

Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. *Cap.* 12. 21.

Conſilium in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt (ait Corinthis) qui non ſolum facere, ſed & velle cepiſtis ab anno priore: nunc verò & facto perficite, vt quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. 2. *Cor.* 8.10.

### *Liberum arbitrium comparatur gratiæ Dei.*

AIT autem Samuël ad vniuerſam domum Iſraël dicēs: Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, 1. *Reg.* 7.3.

auferte

auferte deos alienos de medio veſtri Baalim & Aſtaroch & præparate corda veſtra domino,& ſeruire ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſtijn.

2. *Paral*. 12. 14. Fecit autem malum (Hieroboam) & non præparauit cor vt quereret dominum &c.

*Pſalm*. 9. 17. Cognoſcitur dominus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

72. 13. Et dixi,ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum,& laui inter innocentes manus meas.

*Prouer*. 16. 1. Hominis eſt præparare animã, & domini gubernare linguã. 5. Abominatio dñi eſt omnis arrogens, etiam ſi manus ad manũ fuerit,non eſt innocens. 9. Cor hominis diſponit viam ſuam,ſed domini eſt dirigere greſſus ſuos.

*Eccleſ*. 2. 20. Qui timẽt Deum præparabunt corda ſua & in conſpectu illius ſacrificabunt animas ſuas 21. Qui timent dñm cuſtodiunt mandata illius, & patentiam habebunt vſq; ad inſpectionẽ illius dicentes: Si pœnitentiã non egerimus, incidemus in manus domini & non in manus hominum.

*Eſaie*. 1. 16. Lauamini mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere:quærite iudicium,ſubuenire oppreſſo, iudicate pupillo,defendite viduam,& venite & arguite me dicit dominus,ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum,quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.

*Cap*. 40. 3. Vox clamantis in deſerto parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri idem habetur Matt. 3. 3. verbatim Ioan. 1. 23. Marci. 1. 3. Item Lucæ. 3. 4.

*Cap*. 46. 8. Mementote iſtud & confundamini,redite preuaricatores ad cor.

*Cap*. 55. 6. Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt,derelinquat impius viam ſuam,& vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum & miſerebitur eius,& ad Deum veſtrum,quoniam multus eſt ad ignoſcendum Hiere. 4. 3.

*Iere*. 3. 12. Vade & clama ſermones iſtos contra Aquilonem,& dices:Reuertere aduerſatrix Iſrael ait dominus, & non auertam faciem meam à vobis, quia ſanctus ego ſum,dicet dominus,& non iraſcar in perpetuum. 22. Conuertimini filij reuertentes & ſanabo auerſiones veſtras, ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noſter.

Laua



Laua à malitia cor tuũ (Hieruſalem) vt ſalua fias, vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Cap*. 14. 14.

Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, bonas facite vias veſtras.& ſtudia veſtra,& habitabo vobiſcũ in loco iſto. *Cap*. 7. 3.

Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo ꝙ locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. 11. Cap. 25. 5.& idem feré habetur. 26. 13. Capit. 32. 15. *Cap*. 18. 1.

Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea,& fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non morietur.omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor, in iuſtitia ſua quam operatus eſt viuet. 27 Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam ipſe animam ſuam viuificabit. 28.&c. 30. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas proiicite à vobis præuaricationes veſtras in quibus præuaricati eſtis,& facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum:& quare moriemini domus Iſrael? *Ezec*. 18. 21.

Si autem dixero impio morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo &c.vita viuet. 16. omnia peccata eius quæ peccauit non imputabuntur ei. &c. 19. 1. Corintheorum 3. 9. *Cap*. 33. 14.

Hæc dicit dominus exercituum:conuertimini ad me, & conuertar ad vos.Idem Malach. 3. 7. habetur verbatim. *Zach*. 1. 3.

Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Mat*. 2. 3.

Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Matth. 11. 3. Capit. 12. 18. *Ioan*. 7. 37.

Pœnitemini igitur & conuertimini vt deleantur peccata veſtra. &c. *Act*. 3. 19.

Pœnitentiam age (Simon Mage) ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Capit 9. 6. *Cap*. 8. 22.

Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. *Rom*. 10. 13.

Gratia enim Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum. 2. Corintheorum. 7. 1. 1. *Cor*. 15. 10.

Surge

*Epheſ.5.14.* Surge qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.1.Timot.4.16.

*Phil.2.22.* Experimentum autem eius cognoſcite quia ſicut patri filius,mecum ſeruiuit in Euangelio.13. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.

*Cap.4.13.* Omnia enim poſſum in eo qui me confortet.

*Colloſ.1.29.* In quo (Ieſu Chriſto) & laboro certando ſecundum operationem eius,quam operatur in me in virtute cap.3.9.10.

*2.Tim.2.21.* Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorẽ, ſanctificatum & vtile domino ad omne opus bonũ paratũ.

*Heb.4.16.* Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur & gratiam inueniamus in auxilio orportuno.

*Cap.12.12.* Propter quod remiſſas manus,& ſoluta genua erigite & greſſus rectos facite pedibus veſtris,vt non claudicans quis erret,magis autem ſanetur.

*Iacob.4.8.* Appropinquate Deo:& appropinquabitur vobis.Emundate manus peccatores,& purificate corda, duplices animo.1. Pet.1.22.1.Ioan.3.3.

*Apoc.3.20.* Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocẽ meam & aperuerit ianuam intrabo ad illum, & cœnabo cum illo & ipſe mecum.

### *Ad bonum cognoſcendum illuminatur.*

*Pſal.* 31.8. INtellectum tibi dabo,& inſtruam te in via hac.
Nolite fieri ſicut equus et mulus.
35.9. In lumine tuo videbimus lumen.
93.12. Beatus homo quem tu erudieris domine et lege tua docueris eum.
118.18. Reuela oculos meos & cõſiderabo mirabilia de lege tua.

*Ioan.1.9.* Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum.

*Roma.1.19.* Deus enim illis manifeſtauit: inuiſibilia enim ipſius,à creatura mundi,per ea quæ facta ſunt intellecta,conſpiciũtur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles.

*1.Ioan.2.27.* Et non neceſſe habetis vt aliquis vos doceat:ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium.

### *Ad perficiendum adiuuatur.*

*Matt.23.37.* HIeruſalem,Hieruſalem quæ occidis prophetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt,quoties volui congregare filios



tuos, quẽadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas,& noluiſti.

Sine me nihil poteſtis facere. *Ioan.15.5*

Similiter autẽ & ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram. *Rom.8.26.*

Non q; ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. *2.Cor.3.5.*

Deus eſt enim qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. *Phil.2.13.*

### *A nullo violentatur.*

DIxitq; Dominus ad Cain: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne ſi bene egeris recipies? Sin autẽ male,ſtatim in foribus peccatũ tuũ adderit, Sed ſub te erit appetitus eius,& tu daminaberis illius. *Gen.4.6.*

Voluntariè ſacrificabo tibi. *Pſal.55.8.*

Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu concilij ſui.Adiecit mandata & præcepta ſua:Si voluẽris mandata ſeruare,conſeruabunt te. *Eccleſ.15.14*

Perditio tua Iſrael,tantummodo in me auxilium tuum. *Ozee.13.9.*

Phariſæi autem & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetipſos,non baptizati ab eo. *Luc.7.30.*

Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptã notitiã veritatis,iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij,& ignis æmulatio,quę cõſumptura eſt aduerſarios. *Heb.10.26.*

Ecce ſto ad oſtiũ & pulſo: Si quis audierit vocẽ meã,& aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eũ & cœnabo cũ illo,& ipſe mecum. *Apoc.3.20.*

### *Libertas euangelica.*

SI vos manſeritis in ſermone meo,vere diſcipuli mei eritis & cognoſcetis veritatẽ,& veritas liberabit vos.36.Si ergo vos filius liberauerit,verè liberi eritis. *Ioan.8.32.*

Liberati autem à peccato,ſerui facti eſtis iuſtitiæ. *Rom.6.18.*

Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à legę peccati & mortis.21. Ipſa creatura liberabitur in ſeruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Cap.8.2.*

Vbi autem Spiritus Domini,ibi libertas. *2.Cor.3.17.*

Vos enim in libertatẽ vocati eſtis fratres:tantũ ne libertatem in occaſionẽ detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem.1.Pet.1.18 Cap.2.15.2.Pet.2.19. *Gal.5.13.*

### *Ad Deum ordinatur.*

LIberati autem à peccato,ſerui facti eſtis iuſtitiæ. *Rom.6.18.*

Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.
*Ibid.*20. Quem ergo fructum habebatis in his, de quibus nunc eru beſcitis? Nã finis illorũ mors. Nunc vero liberati à peccato: ſerui autẽ facti Deo, habetis fructum veſtrũ in ſanctificatio nem, finem vero vitam ęternam.
1.*Cor*.7.22. Qui enim in Dño vocatus eſt ſeruus, libert⁹ eſt Domini.
*Galat*.5.23. Vos enim in libertatẽ vocati eſtis fratres, tantum ne liber tatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem Spiri tus ſeruite inuicem.
1.*Cor*.7.21. Similiter qui liber vocatus eſt: ſeruus eſt Chriſti,
*Iacobi*.1.25. Qui autẽ perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permã ſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.
2.12. Sic loquimini & ſic facite, ſicut per legẽ libertatis incipiẽ tes iudicari.
1.*Pet*.2.16. Benefaciendo obturetis os hominibus ſtultis & ignorã tibus, tanquam liberi & non veluti velamen habentes mali tiæ libertatem, ſed tanquam ſerui Dei.

## *Libertas humana commendatur.*

1.*Cor*.7.21. SEruus vocatus es? non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere.
*Ibid*.23. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.

## *Libertas praua improbatur. Vide detractio.*

*Iob*.11.12. VIr vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullũ ona gri ſe liberum natum putat.
*Iere*.34.15. Et conuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectũ eſt in o culis meis, vt prędicaretis libertatem vnuſquiſq; ad amicum ſuum, & iniiſtis pactũ in conſpectu meo in domo, in qua in uocatum eſt nomen meum ſuper eam.
*Oſeæ*.7.16. Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus, cadent in gladio principes eorum, à furore linguę ſuæ, iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti.
2.*Pet*.2.18. Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt in deſiderio carnis luxuriæ eos, qui paululũ effugiunt, quia in errore con uerſantur.

## *A lingua mala cauendum. Vide detractio.*

*Leuit*.19.16. NOn eris criminator nec ſuſurro in populo.
*Iob*.5.21. A flagello linguæ abſconderis, & non timebis cala mitatem cum venerit.
*Pſ*. [illegible].4. Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta



acuta feciſti dolum.
Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labiis eorum. 12. Vir linguoſus non derigetur in terra, vi rum iniuſtum mala capient in interitu. *Pſal*.39.4.
Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtan tiæ labiis meis. 140.3.
Remoue à te os prauũ, & detrahẽtia labia ſint procul à te. *Prou*.4.24.
Abſcundunt odium labia mendacia, qui profert contu meliam inſipiens eſt. *Cap*.10.18.
Simulator ore decipit amicum ſuum, iuſti autem libera buntur ſcientia. Cap.12.13.19. *Ca*.11.9.
Lingua ſapientum ornat ſcientiam, os fatuorum ebulit ſtultitiam Cap.16.17. *Cap*.15.2.
Homo peruerſus ſuſcitat lites, & verboſus ſeparat princi pes. Cap.30.11. *Ca*.16.28.
Qui peruerſi cordis eſt, non inueniet bonũ: & qui vertit linguam, incidet in malum. *Cap*.17.20.
Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Os ſtulti cõtritio eius, & labia ipſius ruina animæ eius, verba bi linguis quaſi ſimplicia & ipſa perueniunt vſque ad interio ra ventris. *Cap*.18.6.
Et qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter & dilatat labia ſua, ne commiſcearis. *Ca*.20.19
Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuã, cuſtodit ab angu ſtiis animam ſuam. Cap.26.20. *Cap*.21.23.
Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. *Eccleſ*.5.2.
Cuſtodite vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, & à de tractione parcite linguę, quoniam ſermo obſcurus in vacuũ non ibit, os autem qui mentitur occidit animam. *Sap*.1.11.
Non appelleris ſuſurro, & lingua tua, ne capiaris & con fundaris, ſuper furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & de noratio peſſima ſuper bilinguem, ſuſurratori autem odium, & inimicitia & contumelia. *Eccleſ*.5.16.
Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pa cem habentes: lingua tertia multos commouit, & diſperſit il los de gẽte in gẽtẽ, ciuitates muratas diuitũ deſtruxit, & do mos magnatorũ effodit, virtutes populorũ cõcidit, & gẽtes fortes diſſoluit, lingua tertia mulieres viratas eiecit & priua uit illas laborib⁹ ſuis, q reſpicit illã nõ hẽbit requiẽ, nec habe bit amicũ in quo requieſcat flagelli plaga liuorũ facit plaga *Ca*.28.15.

 [illegible]

autem linguę comminuet oſſa multi ceciderunt in ore gladij,ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam &c. 28.Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire & ori tuo facito oſtia,& feras auribus tuis.

1.Cor.15.33. Corrumpunt bonos mores colloquia praua,

Iacob.1.19. Sit autem omnis homo velox ad audiẽdum,tardus autem ad loquendum & tardus ad iram.

Cap.3.5. Lingua modicũ quidẽ mẽbrum eſt,& magna exaltat,ecce quãtus ignis quã magnã ſyluã incendit:& lingua ignis eſt,vniuerſitas iniquitatis.8. Linguam autem nullus hominũ domare poteſt,inquietum malum,plena veneno mortifero.

Cap.4.11. Nolite detrahere alterutrum fratres mei.

## *Lingua deſertè moderanda.*

Prou.10.19. IN multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua,prudentiſſimus eſt.

Cap.12.14. De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei.

Cap.13.2. De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis,anima autẽ præuaricatorum iniqua.3. Qui cuſtodit os ſuum,cuſtodit animã ſuam, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum ſentiet mala.

Cap.17.27. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & prætioſi ſpiritus vir eruditus.

Cap.18.21. Mors & vita in manu linguæ,qui diligunt eam, commedent fructus eius.

Cap.21.23. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam,cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.

Eccleſ.14.1. Beatus vir qui non lapſus eſt verbo ex ore eius,& non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.

Cap.20.5. Eſt tacens qui inuenitur ſapiẽs,& eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum.Cap.22.23.

Cap.23.20. Homo aſſuetus in verba improperij, in omnibus diebus ſuis non erudietur.17. Indiſciplinatę loquelæ non aſſueſcat os tuum,eſt enim in illa verbum peccati.

Matt.12.36. Dico autẽ vobis, quoniam omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines reddent rationẽ de eo in die iudicij.

Luc.6.45. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum, & malus homo de malo theſauro profert malum, ex abundantia enim cordis os loquitur.

Iacob.1.19. Sit autem omnis homo velox ad audiendum,tardus autẽ ad



ad loquendum & tardus ad iram.

Cap.3.2. In multis enim offendimus omnes, ſi quis in verbo non offendit hic perfectus eſt vir.

1.Pet.3.10 Qui enim vult vitã diligere,& dies videre bonos,coerceat linguam ſuam à malo,& labia eius non loquãtur dolum.

*Læna occupatur Ioſue.10.29. Deſiit à Iuda.4.Re.8.22.propugnatur ab Aſſyriis.Cap.19.8.*

## *Loquenda ſunt verba honeſta & quæ audientibus prodeſſe queant.*

Pſal.14.1. DOmine,quis habitabit in tabernaculo tuo?qui loquitur veritatem in corde ſuo:qui nõ egit dolum in lingua ſua &c. Qui iurat proximo ſuo & non decipit &c.qui facit hæc quæ commouebitur in ęternum.

Prou.13.2. De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis, anima autem præuaricatorum iniqua,qui cuſtodit os ſuum cuſtodit animam ſuam,qui autem inconſideratus eſt ad loquendum,ſentiet mala.

Cap.24.24. Labia deoſculabitur qui recta verba reſpondet.

Cap.25.11. Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tẽpore ſuo Cap.29.20.

Matt.5.37. Sit ſermo veſter eſt,eſt,non,non.quod autem his abundãtius eſt,à malo eſt.

Cap.12.36. Dico autem vobis(ait Chriſtus)quoniam omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines,reddent rationẽ Deo in die iudicij.Eccleſ.7.37.

Epheſ.4.29. Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ prodeat, ſed ſi quis bonus ad ędificationẽ fidei vt det gratiam audientibus.

Cap.5.3. Fornicatio & omnis immundicitia aut auaritia nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos,

Collo.3.8. Nunc autem deponite et vos omnia, iram, indignationẽ, malitiam,blaſphemiam,turpem ſermonem de ore veſtro.

1.Pet.3.10. Qui enim vult vitam diligere et dies videre bonos,coerceat linguã ſuam à malo et labia eius ne loquantur dolum.

## *Loquendi tempus & oportunitas.*

Prou.15.23. LAetatur homo in ſententia patris ſui, et ſermo oportunus eſt optimus.

Cap.25.11. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.Eccleſ.8.5.

*Eccleſ.*11.8. Priuſquam audias ne reſpondeas verbum,& in medio ſeniorum ne adiicias loqui.

*Cap.* 20.6. Eſt autem tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis.Cap.33 4.

*Cap.*32 9. Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

## *Quomodo loquendum.*

*Iob.*6.29. REſpondete obſecro abſque contentione,& loquentes id quod iuſtum eſt,iudicate.

*Prou.*15.4. Lingua placabilis lignum vitæ,quæ autem immoderata eſt,conteret ſpiritum.Cap.16.20.22.

*Cap.*29.11. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus,ſapiens differt & reſeruat in poſterum.

*Eccle.*4 34. Noli citatus eſſe in lingua tua & inutilis & remiſſus in operibus tuis.

*Cap.*5. 16. Non appelleris ſuſurro,& lingua tua ne capiaris & confundaris.

*Cap.*6.5. Verbum dulce multiplicat amicos , & mitigat inimicos, & lingua Eucharis(.i.gratioſa)in bono homine abundat.

*Colloſſ.* 4. 6. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus , vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere.

## *Lingua indiſcreta, Deum prouocat.*

*Leuit.*19.16. NOn eris criminator,nec ſuſurro in populis.

*Pſalm.*51. Quid gloriaris in malitia? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua.Dilexiſti, malitiam.Dilexiſti omnia verba præcipitationis,lingua doloſa.Propterea Deus deſtruet te in finem.

*Sapien.* 1. 8. Propter hoc,qui loquitur iniqua,non poteſt latere : nec præteriet illum corripiens iudicium.

*Eccle.*2.14. Væ duplici corde,& labiis ſceleſtis

27.14. Narratio peccātiū odioſa,& riſus illorū in delictis peccati.

*Ierem.*8.6. Attendi & auſcultaui,nemo quod bonum eſt , loquitur.

*Ioan.*3. 31. Qui eſt de terra,de terra eſt,& de terra loquitur.

1.*Tim.*5. 13. Non ſolùm otioſæ,ſed & verboſæ curioſæ , loquentes quæ non oportet.

## *Seipſum lædit.*

*Iob.*11. 2. NVnquid qui multa loquitur non audietur;& vir verboſus iuſtificabitur?

13.5. Atque vtinam taceretis,vt putaremini ſapientes.

*Pſal.*139. 12. Vir linguoſus,non dirigetur in terra.

*Prou.* 14. 23. Vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas





Malus obedit linguæ iniquæ,& fallax obtemperat labiis mendacibus. 17.4.

Os ſtulti contritio eius:& labia ipſius ruina animæ eius. 18.17.

Nubes & ventus,& pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens. 25.14.

Sicut vrbs patens,& abſque murorum ambitu:ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. *Ibidem.* 28.

Vidiſti hominem velocem ad loquendum,ſtultitia magis ſperanda eſt,quàm illius correctio. 29 20.

Labia inſipientis præcipitabunt eum.Initium verborum eius ſtultitia,& nouiſſimum oris illius error peſſimus. *Eccleſ.*10.12.

Lingua imprudentis,ſubuerſio eſt ipſius. *Eccle.*5.15.

Qui multis vtitur verbis,lædet animam ſuam. 20.8.

Homo ingratus,quaſi importuna fabula eſt,cum ore imperito frequentatur. *Ibidem.*21.

In ore fatuorū cor illorum:& in corde ſapientū os illorū 21.29.

Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram,& frenos ori tuo rectos,& attende ne forte labaris in lingua tua,& cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi,& ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

Qui ſophiſticè loquitur,odibilis eſt:in omni re defraudabitur. Non eſt enim illi data à Domino gloria,omni enim ſapientia defraudatus eſt. 37.23.

Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam,huius vana eſt religio. *Iacob.*1. 26.

Poteſt etiam freno circunducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad cōſentiendum nobis,omne corpus illorum circunferimus. 3.2.

Lingua modicum quidem membrum eſt , & magna exaltat.Ecce quantus ignis,quam magnam ſyluam incendit. Et lingua,ignis eſt,vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris,quæ maculat totum corpus:& inflammat rotam natiuitatis noſtræ,inflammata à gehenna. *Ibidem.*5.

Omnis natura beſtiarum,& volucrum,& ſerpentium , & cæterorum domantur,& domita ſunt à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare poteſt: inquietum malum,plena veneno mortifero. *Ibidem.*7.

In ipſa benedicimus Deū & Patrē,& in ipſa maledicimus homines,qui ad imaginē & ſimilitudinē Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio.Nō oportet fratres mei hæc ita fieri. Vide: Detractio,& Mendacium. *Ibidem.*9.

### *Proximum moleſtat.*

Iob.6.26. AD increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.

Pſalm.56. 5. Filij hominum dentes eorum arma ſagittæ,& lingua eorum gladius acutus.

Pſalm.119.2 Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.

Proue. 8.13. Os bilingue deteſtor.

12.6. Verba impiorum inſidiantur ſanguini:os iuſtorum liberabit eos.

26.28. Lingua fallax,non amat veritatem,& os lubricum operatur ruinas.

Eccleſ.21.19. Narratio fatui,quaſi ſarcina in via.

22.24. Pungens oculum deducit lachrymas:& qui pungit cor,profert ſenſum.

37.21. Verbum nequam immutabit cor,ex quo partes quatuor oriuntur,bonum & malum,vita & mors, & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua.

### *Diſcordiam ſeminat.*

Prou. 12. 13. PRopter peccata labiorum , ruina proximat malo:effugit autem iuſtus de anguſtia.

16.28. Homo peruerſus ſuſcitat lites,& verboſus ſeparat principes

Ibidem. 29. Vir iniquus fodit malum,& in labiis eius, ignis ardeſcit.

18.6. Labia ſtulti miſcent ſe rixis,& os eius iurgia prouocat.

Ibidem.8. Verba bilinguis, quaſi ſimplicia,& ipſa perueniunt vſq; ad interiora ventris.

Eccle.9. 25. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus,& temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

23.21. Duo genera abundant in peccatis,& tertium adducit irã & perditionem.Anima callida,quaſi ignis ardens , non extinguetur donec aliquid glutiat,&homo nequam in ore carnis ſuæ non deſinet,donec incendat ignem.

28.16. Lingua tertia viratis eiecit,& priuauit illas laborib.ſuis, Qui reſpicit illam,non habebit requiem,nec habebit amicum in quo requieſcat.

Ibidem. 22. Multi ceciderunt in ore gladij,ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam. Vide Detractio.

### *Modum non ſeruat,ſcilicet quando loquendum*

Prou.18.13. QVi prius reſpondet,quam audiat,ſtultum ſe eſſe demõſtrat,& confuſione dignum.

19.20. Vidiſti hominem velocem ad loquendum , ſtultitia magis



gis ſperanda eſt,quàm illius correctio.

A facie verbi parturit fatuus, Sagitta infixa fœmori canis,ſic verbum in corde ſtulti. Eccleſ. 19.11.

Laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus. 20.7.

Ex ore fatui reprobabitur parabola,non enim dicit illam in tempore ſuo. Ibidem. 22.

### *Cui loquendum.*

NOli verboſus eſſe in multitudine preſbyterorum. Eccleſ.7.15.

Labia imprudentium ſtulta narrabunt. 21.28.

Muſica in luctu,importuna narratio. 22.6.

Qui narrat verbum non audienti,quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno. Ibidem. 8.

Cum ſtulto,ne multum loquaris. Ibidem. 14.

### *Quomodo loquendum.*

NOn decet ſtultum magnificus ſermo , multo minus principem ſermo mendax. Prouer.17.7

Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulẽti:ſic parabola in ore ſtultorum. 26.9.

In multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. Eccleſ.5.2.

Stultus verba multiplicat. 10.1.

Ne iteres verbum nequã & durum,& non minuoraberis. 19.7.

*Loth liberatur ab incendio Sodomorum* Ge.19.15.17.2.Pet.2.7.*Vxor eius mutatur in ſtatuã ſalis.*Gen.19.26.Sap.10.7.Luc.17.32.*Concubit cum duabus filiabus ſuis.*Gen.19.31.35.

### *Longanimitatis diuinæ fructus.*

NEc vult Deus perire animàm:ſed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt. 2.Reg.14.14

Altiſſimus enim eſt patiens redditor. Eccleſ.5. 15.

Et misereris omnium,quia omnia potes:diſſimulans peccata,propter pœnitentiam. Sap.12. 24.

Propterea expectat Dominus,vt miſereatur veſtri, & ideo exaltabitur parcens vobis,quia Deus iudicij dominus Beati omnes qui expectant eum. Eſa.30.18.

Arborem fici.&c.(Vide in tit.) Arbor Luc.13.6.

Non tardat Dominus promiſſionem ſuam,ſicut quidam exiſtimant,ſed patienter agit propter vos,nolens aliquos perire,ſed omnes ad pœniteatiam reuerti. 2.Pet.3.9.

### *Longanimitis contemptus.*

MIſerator & miſericors Dominus,longanimis,& multum miſericors. Pſal. 112. 8.

Eſa. 3.10. Et erit eis verbum Domini,manda remanda manda, remanda,modicum ibi,modicum ibi,expecta,expecta, vt vadant & cadant retrorſum,& conterantur,& illaqueentur,& capiantur.

4 .14. Tacui ſemper,ſilui,patiens fui:ſicut parturiens loquar.

.2 Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas.

Ez. 12.22. Fili hominis,quod eſt prouerbium iſtud in terra Iſrael,dicentiũ in longum differentur dies,& peribit omnis viſio.

24. Non enim erit vltra omnis viſio caſſa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Iſrael , quia ego Dominus loquar,& quodcunque locutus fuero verbum,fiet.

Roman. 2.4. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & loganimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi irã, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

## *Lotio pedum.*

Gen.18.4. ADferam pauxillum aquæ (ait Abraham ad Angelos hoſpitio ſuſceptos) & lauẽtur pedes & requieſcite ſub arbore

Cap.19.2. Dixit Loth (Angelis hoſpitio ſuſceptis) obſecro dñi, declinate in domũ pueri veſtri,& manete ibi,lauate pedes veſtros,& mane proficiſcemini in viam veſtram.

Cap.43. 24. Et introductis (fratribus ſuis in domũ) attulit aquam (Ioſeph) & lauarunt pedes ſuos,deditque pabulum aſinis eorũ. Cap.24.32.

Ioan.13.4. Surgit à cœna (Chriſtus) & ponit veſtimenta ſua, & cũm accepiſſet lintheum præcinxit ſe,deinde miſit aquam in peluim,& cœpit lauare pedes diſcipulorum & extergere lintheo quo erat præcinctus.14.Si ego laui pedes veſtros , & vos debetis alter alterius lauare pedes.

1.Tim. 5. 10. In operibus bonis teſtimonium habens,ſi filios educauit (vidua quæ eligenda ſit) ſi hoſpitio recepit ſi ſanctorum pedes lauit,ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit,ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.

*Lucas medicus*,Colloſ.4.14. *Manet cum Paulo*.2.Tim.4.11. *Lucifer cecidit de cœlo*,Eſai.14.12.

## *Lugendum ſuper peccato amarè.*

Iudith.8.14. SEd quia patiens Dominus eſt,in hoc ipſo pœniteamus,& indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus:non enim quaſi homo,ſic Deus comminabitur.

Nunquid



Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Iob.10.20.
Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam.

Laboraui in gemitũ meo,Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Pſalm.6.7.

Deus vitam meam annunciaui tibi , poſuiſti lachrymas meas,in conſpectu tuo. 55.9.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei , quia non cuſtodierunt legem tuam. 118.136.

Tempus flendi. Eccleſ. 3.4.

Vox in viis audita eſt , ploratus & vlulatus filiorum Iſraël,quoniam iniquam fecerunt viam ſuam, obliti ſunt Domini Dei ſui. Ierem. 3. 21

In fletu venient & in miſericordia reducam eos. 31. 9.

Nunc ergo,dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro,in ieiunio & fletu,& in planctu,& ſcindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra. Ioel. 2.12.

## *Super proximo fructiferè.*

NON deſis plorantibus in conſolatione,& cum lugentibus ambula. Eccleſ. 7.38.

Quod ſi hoc non audieritis,in abſcondito plorans plorabit anima mea à facie ſuperbiæ:plorans plorabit,& deducet lachrymas oculus meus,quia captus eſt grex Domini. Ierem.13.17.

Flete cum flentibus. Rom.12. 15.

Et qui flent,tanquam non flentes. 1.Cor. 7. 30.

Et lugeam multos ex his,qui antè peccauerunt, ſed non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia,& fornicatione, & impudicitia, quam geſſerunt. 2.Cor.12.21.

## *Lux eſt Deus in ſe incomprehenſibilis.*

IN manibus abſcondit lucem,& præcepit ei , vt rurſus adueniat.Annunciat de ea amico ſuo,quòd poſſeſſio eius ſit & ad eam poſſit aſcendere. Iob.36.32.

Amictus lumine ſicut veſtimento. Pſal. 103. 2.

Ego ſum lux mundi. Ioan. 8. 12.

Lucem habitat inacceſſibilem , quam nullus hominum vidit,ſed nec videre poteſt: cui honor& imperium in ſempiternum. 1.Tim.6.16.

Quoniam Deus lux eſt , & tenebræ in eo non ſunt vllæ 1.Ioan. 1.5.

## *Lux gratiæ illuminat intellectum.*

Mon

Pſalm.4.16. MVlti dicunt, quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt
ſuper nos lumen vultus tui.
88.16. Domine in lumine vultus tui ambulabunt.
111.4. Exortum eſt in tenebris lumen rectis.
Eſa.9.2. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnā, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.
42.7. Et dedi te in fœdus populi & gētium, vt aperires oculos cæcorum.
49.6. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea.
50.10. Quis ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet & in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.
60.1. Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.
Mich.7.8. Surgam cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt.
Matt.4.16. Terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.
Ioan.1.9. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
Epheſ.5.14. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

## *Inflammat affectum.*

EMitte lucem tuam & veritatem tuam.
Pſal.42.3. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.
96.11.
Eſa.2.5. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei noſtri.
60.3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo.
Ioan.9.5. Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi.
12.35. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadit. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis.
Epheſ.5.6. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus autem lucis, eſt in omni bonitate & iuſtitia.
1.Theſ.5.4. Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei. Non ſumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut cæteri, ſed ſobrij ſimus & vigilemus.
1.Ioan.1.6. Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatē nō facimus. Si autem



Si autem in luce ambulemus, ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicem.
Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quia verum eſt & in ipſo, & in vobis: quia tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrē ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. 1.Ioan.2.8.

## *Lux gratiæ malis eſt odibilis.*

IPſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias eius. Iob.24.13.
Auferetur ab impiis lux ſua. 38.15.
Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt nō arguantur opera eius. Ioan.3.19.

## *Lux naturalis iucunda.*

ET ait Tobias. Quale gaudium mihi eſt, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video? Tob.5.12.
Lux oculorum lætificat animam. Prou.15.30.
Dulce lumen & delectabile eſt oculis videre ſolem. Eccle.11.9.
Ego Dominus, & non alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Eſa.45.7.

## *Lux exemplaris.*

LVx oculorum exhilarat cor.
Vos eſtis lux mundi. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Prou.15.30. Marc.5.14.
Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Ioan.3.21.
Ille erat lucerna ardens & lucens. 5.35.
Prouidentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Rom.12.17.
Commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. 2.Cor.4.2.
Prouidemus enim bona non ſolum coram Deo, ſed etiā coram hominibus. 8.21.
Sitis ſine querela & ſimplices filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitę continentes ad gloriam meam in die Chriſti. Philip.2.15.
Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. 4.5.

In ſa-

Coloſ. 4. 5. In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt, tempus redimentes.

Tit. 2. 7. In omnibus teipſum præbe exẽplum bonorum operum in doctrina, in integritate.

1. Pet. 2. 12. Conuerſationem veſtram inter Gentes habentes bonam vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deũ in die viſitationis.

## *Lux eſt Chriſtus.*

Eſa. 9. 2. Populus qui ambulat in tenebris vidit lucem magnam; habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.

Cap. 24. 6. Ego Dominus vocaui te in iuſtitiã, & apprehendi manum tuam, & ſeruaui te, & dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de cõcluſione vinctum, & de domo carceris ſedentes in tenebris.

Cap. 60. 1. Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum & gloria Domini ſuper te orta eſt. 3. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. 19. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec ſplendor Lunę illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam.

Cap. 49. 6. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.

Ioan. 1. 5. In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Cap. 8. 12. Iterum locutus eſt eis (Scribis & Phariſæis) Ieſus dicens: ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Cap. 9. 5. Quàm diu ſum in mundo lux ſum mundi.

Cap. 12. 36. Dum lucem habetis dixit Ieſus (turbis Iudæorum) credite in lucem vt filij lucis ſitis. 46. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat.

1. Ioan. 1. 5. Deus lux eſt & tenebræ in eo non ſunt vllæ.

Cap. 2. 8. Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quia tenebræ tranſierunt & verum lumen iam lucet.

## *Lux ſunt Chriſtiani.*

Prou. 4. 18. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſque ad perfectam diem, via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant.

Eſa. 62. 1. Propter Syon non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplẽdor iuſtus eius, & ſaluator



eius vt lampas accendatur.

Vos eſtis lux mundi, non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Rom. 2. 19. Matth. 5. 15.

Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, & ſitis ſine quærela & ſimplices filij Dei, ſine reprehenſione in medio nationis prauę & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo. Philip. 2. 15.

*Lydia purpurarea credit in Chriſtum.* Act. 16. 14.

*Liſias Dux exercitus* Antiochi. 1. Machab. 3. 32.

*Pactum init cum Iudæis.* Ca. 6. 58. *Capitur & iuſſu Demetrij occiditur.* Cap. 7. 2.

*Maacha filia* Tholmai *regis Geſſur mater* Abſalonis. 2. Reg. 3. 3.

*Maacha filia Abeſſalom mater Abiam Regis Iudæ* 3. Reg. 15. 2. *appellatur* Michaia. 2. Paral. 13. 2.

*Macedonia largitur eleemoſinas pauperibus* Ieroſolimitanis. Rom. 15. 26. 2. Cor. 8. 1.

*Paulus vocatur in Macedoniam.* Act. 16. 9.

*Madiam filius* Abraham. *Gene.* 25. 2.

*Deus præcepit vt cædantur* Madianitæ. *Nu.* 25. 16.

*Madianitæ cæduntur cum rege ſuo.* Ca. 31. 7.

*Opprimit Iſraelem* Iudic. 6. 1. *irruit in es Gedeon.* Cap. 7. ✠

*Magdalena liberata à ſeptẽ Dæmonib. ſequitur* Chriſtũ. Luc. 8. 2. *aſſiſtit cruci Dñi. Ioã.* 19. 25. *Chriſt⁹ apparet ei.* Mar. 16. 9.

*Magi* Pharaonis *virgas ſuas vertũt in colubros Exod.* 7. 12.

*Magi primitiæ gentium* Chriſtum *adorant. Matt.* 12. 11.

*Vide incantationes.*

*Malaleel naſcitur. Gene.* 5. 12.

*Malcho amputat* Petrus *auriculam.* Ioan. 18. 10.

## *Magiſterium non ambiendum.*

Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autẽ vos fratres eſtis. Nec vocemini magiſter, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Matth. 23. 8.

Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis. Iacobi. 3. 1.

## *Maledictio & benedictio.*

De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Geneſ. 3. 17.

Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines, ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, nõ igitur vltra percutiam omnem animam viuentem ſicut feci. Cap. 8. 21.

Ait

*Cap. 9. 25.* Ait (Loth euigilans ex vino) maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, dixitque benedictus Dominus Deus Sem ſit Chanaan ſeruus eius. Cap. 24. 41.

*Cap. 27. 28.* Dixit Abrahã Eſau filio ſuo, det tibi Dominus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini.

*Cap. 48. 15.* Benedixit Iacob filiis Ioſeph & ait: Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patris mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentẽ diem, Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis. &c. 20.

*Cap. 49. 7.* Maledictus furor eorum quia pertinax: & indignatio eorum quia dura, diuidam eos in Iacob & diſpergam eos in Iſrael. Cap. 1. Iacob maledixit Simeoni & Leui fratribus.

*Num. 5. 21.* Dicit dominus ad Moyſen. Loquere ad filios Iſrael, his maledictionibꝰ ſubiacebis (loquitur de muliere polluta cũ altero verò) det te dominus in maledictionem, exemplumque cunctarum in populo ſuo, putreſcere faciat fœmur tuũ & tumens vterus tuus diſrumpatur, &c.

*Deut. 11. 26.* In propono in cõſpectu veſtro hodie benedictionẽ & maledictionẽ: benedictionẽ ſi obedieritis mãdatis dñi dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis (loquitur Iſraelitis Moyſes) maledictionem ſi non obedieritis mãdatis domini Dei veſtri ſed receſſeritis de via quàm ego nunc oſtendo vobis & ambulaueritis poſt Deos alienos quos ignoratis.

*Cap. 27. 15* Maledictus homo qui facit ſculptile & conflatile, abominationem dom ini & opus manuum artificum. &c. 16. Maledictus qui non honorat Patrem ſuum & matrem.

*Ioſue. 8. 34.* Benedixit (Ioſue) populo Iſrael. poſt hæc legit omnia verba benedictionis et maledictionis et cuncta quæ ſcripta erant in legis volumine Iudic. 9. 20. 1. Reg. 17. 43.

2. Reg. 16. 7. Ita autẽ loquebatur Semei cum malediceret regi (Dauid) egredere, egredere vir ſanguinum et vir Belial.

4. *Reg.* 2. 24. Qui (ſcilicet Elizeus) cum reſpexiſſet vidit eos (pueros) et maledixit eis in nomine Domini, egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu et lacerauerunt ex eis 42. pueros.

2. *Eſd.* 5. 13. Excuſſi ſinũ meũ et dixi (ſcilicet Nehemias auaris) Sic excutiat Deus omnem verum qui non compleuerit verbum iſtud de domo ſua et de laboribus ſuis, ſic excutiatur et vacuus fiat.

*Prouer. 26. 2.* Sicut auis ad alta tranſuolans et paſſer quo libet vadens, ſic maledictum fruſtra prolatũ in quempiam ſuperueniet.

Quia



Quia per memetipſum iuraui (dicis Dñs) q̃ in ſolitudinẽ & in opprobriũ, & in deſertum, & in maledictionem erit Boſra, & omnes ciuitates erunt in ſolitudines ſempiternas. (Prædicit Ieremias deſolationẽ Ammũ, Idumeæ, Damaſcias Cædar, regnorumque Aſor & Aclam). *Ierem. 49. 13*

Hæc dicit Dominus exercitiũ, reuerſus ſum ad Syon & habitabo in medio Hieruſalem, & vocabitur Hieruſalẽ ciuitas veritaris & mons Domini exercituum mons ſanctificatus. Maleficia, vide incantatores. *Zach. 8. 3.*

*Malum dicens bonum punietur.*

VÆ qui dicitis malum bonũ, & bonũ malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. *Eſai 5. 20.*

In eo q̃ dicitis, omnis qui facit malũ, bonus eſt in conſpectu Dñi, & tales ei placent, aut certè vbi eſt Deus iudicij? (comminatur Dominus ſe maledicturum benedictionibus ſacerdotum niſi reſipiſcant, &c. *Malac. 2. 17.*

Qui dicunt impio, iuſtus es maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio. *Prou. 24. 24.*

*Malum declinandum & bonum faciendum.*

NE ſis ſapiens apud teipſum, time Deum & recede à malo. *Prou. 3. 7.*

Lauamini mundi eſtote, auferte malum cogitationũ veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere. *Eſa. 1. 16.*

Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis quę operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. *Ezech. 18. 21.*

*Malorum conſortium vitandum.*

BEatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. *Pſal. 1.*

Non ſedi cũ conſilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. 25. 4.

Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. *Prou. 1. 10.*

Vade contra virum ſtultum, & neſcit labia prudentię. *Cap. 14. 7.*

Time Dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiſcaris, quoniam repente conſurget perditio *Cap. 24. 21*

 eorum

eorum & ruinam vtriuſque quis nouit?

*Cap.* 29.24. Qui cum fure participat, odit animam ſuam adiurantem audit & non indicat.

*Eccl.*8.18. Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala ſua in te, ipſe enim ſecundum voluntatem ſuam vadit, & ſimul cum ſtultitia illius peries.

*Cap.*13.1. Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam, &c.

2.*Cor.*6.14. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Balial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis?

2.*Ioan*.10. Si quis venit ad vos & hanc doctrinã non adfert, nolite recipere eum in domũ, nec, aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis.

*Apoc*.18.4. Et audiui aliam vocem de cœlo dicentem: Exite de illa (ſcilicet Babylone) populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.

## *Malum non eſt reddendum pro malo.*

*Prou.* 20.22. NE dicas, reddam malum pro malo: expecta Dominum & liberabit te. Idem habetur verbatim Cap.24.29.

*Rom.* 12. 14. Benedicite perſequẽtibus vos, benedicite & nolite maledicere. 17. Nulli malum pro malo reddentes.

1.*Cor.* 4. 12. Maledicimus & benedicimus, perſecutionem patimur & ſuſtinemus.

1.*Theſſ.* 5. 15. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat, ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini inuicem & in omnes.

1.*Pet*.3.8. In fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes.

## *Malum pœnæ eſt à Deo.*

*Deut*.32. 23. COngregabo ſuper eos mala & ſagittas meas cõplebo in eos. (Populum Iſrael propter eorum ingratitudinem).

3.*Reg*.9.9. Qui dereliquerit Dominum Deum ſuum Iſraelitici populi (qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, & ſecuti ſunt Deos alienos & adorauerunt eos, & coluerunt eos, idcirco induxit Dominus ſuper eos omne malum hoc.

*Cap.* 21. 29. Nonne vidiſti (ſcilicet Thesbitis) humiliatum Achab coram



rã me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, nõ inducã malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.

Ego ſum Dominus, & non eſt alter formans lucẽ & creãs tenebras, faciens pacem, & creans malum. *Eſa*.45.7.

Hæc dicit dñs, ecce ego inducã ſuper eos mala de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Cap.32.42. Ionę.3.10. *Hierem*.11.11

Propter quod ſtatuit Dñs Deus noſter vt adduceret ſuper nos mala magna quæ non ſunt facta ſub cœlo, quemadmodum facta ſunt in Hieruſalem, &c. 4. vt manducaret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ. Deut.28.39. *Baruch*.2. 2.

Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcat? ſi erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit? *Amos*.3.6.

Deſcendit malum à Domino in portam Hieruſalem. *Mich*.1.12.

Dicit Dominus: Ecce ego cogito ſuper familiam iſtã malum, vnde non auferetis (ſcilicet Samaria & Hieruſalem) colla veſtra, & non ambulabitis ſuperbi, quoniam tempus peſſimum eſt. *Cap*.2.3.

## *Malum culpæ ſummè aduerſatur Deus, multo minus Deum actorem habet.*

MEndacium fugies, inſontem & iuſtum non occides, quia aduerſor impium. *Exod*.23.7.

Sit timor Dñi vobiſcum, & cũ diligentia cuncta facite, nõ eſt enim apud Dominuũ Deum noſtrum iniquitas. 2.*Para*.19.7

Deus illorum (Amonitarum de genere Iſraelitarum) odit iniquitatem. *Iudith*. 52.1.

Viri cordati audite me, abſit à Deo impietas & ab omnipotente iniquitas. *Iob*.34.10.

Mane aſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. 7. Odiſti omnes qui operantur iniquitatẽ, perdes omnes qui loquuntur mendacium. *Pſal*.5.5.

Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem. &c. 44 8.

Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iuſtorũ placabilia, abominatio eſt Domino via impij, qui ſequitur iuſtitiam diligitur ab eo. *Prou*.15.8.

Odio ſunt Deo impius & impietas eius. *Sapien*.14.9.

Nemini mandauit (Deus) impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. *Eccleſ*.15.21.

Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. *Oſee*.13.9.

Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deũ? abſit. *Rom*. 9. 14.

2.Cor.6.15. Quæ aũt conuẽtio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli[s] cum infideli? qui autem conſenſus templi Dei cum Idole?

Iacob.1.3. Nemo cum tentatur, dicat quoniam à deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat.

*Malos Rectores & Prælatos permittit*
*Deus ob peccata populi.*

Iob.34.30. QVi regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 3.Reg.12.24.

Eſa.29.10. Miſcuit Dominus vobis ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros: Prophetas & principes veſtros qui vident viſiones operiet. Ezech.14.9.

Oſe.13.11. Dabo tibi regẽ in furore meo, & auferã in indignatione (mea.

2.Theſſ.2.11. Ideo (quia Chriſtum non receperũt) mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.

*Iubetque eis audire.*

Matt.23.2. Super cathedram Moyſi ſiderunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. &c.

*Malorum etiam miniſtrorum opera vtitur Deus.*

Matt.7.22. MVlti dicent mihi in illa die: Domine Dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

Mar.9.38. Reſpondit illi Ioannes dicens: Magiſter, vidimus quendã in nomine tuo eiicientem dæmonia qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum. Ieſus autem ait, nolite prohibere eum, &c. Idem verbatim. Luc.9.49.

*Manahem* Rex *Iſrael.*4.Reg.15.14.

*Manaſſes primogenitus* Ioſeph *naſcitur.* Gen.41.51. & 48.14.

*Manaſſes impius filius* Pij *Ezechiæ*, Rex *Iuda.*4.*Reg.*21.1.6 2 Paral.32.33. *Cap.*33.1. *Hierem.*15.4.

*Ducitur vinctus in Babilonẽ, & pænitentia ductus, conuertitur ad Dominũ, & exauditus recuperat regnum.* 2 Paral.33.11.13. *Relinquit poſt ſe* Ammon. 4.Reg.21.18. *Matt.*10.10. *Appellatur Her.* Luce 5.28.

*Manendum eſt nobis in Chriſto.*

Ioan.15.4. MAnete in me, & ego in vobis, ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis.

Rom.8.1. Nihil damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui nõ

ſecundum



ſecundum carnem ambulant. 1.Cor.4.15.

In vno ſpiritu omnes nos in vnum baptizati ſumus, ſiue Iudæi: ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes in vno ſpiritu potati ſumus. 1.Cor.12.13.

Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum Dominum, in ipſo autem ambulate. Colloſſ.2.6.

Et nunc filioli manete in eo: vt cũ apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. 1.Ioan.2.28

Qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis de ſpiritu, quem dedit nobis. Cap.3.24.

In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Cap.4.13.

*Manna.*

MVrmurantibus in Sin Iſraelitis, pluit Dominus coturnices & Man, ad ſaturitatem: iuſſio dñi de eo colligendo, & in monumentum reponendo. Exod.16.✠

Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. Erat autem Man quaſi ſemen coriandri coloris bdellij. Num.11.6.

Affligit te penuria (Iſrael) & dedit tibi cibũ Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt oſtenderet tibi quod non in ſolo pane viuat homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Domini. Ioſu.5.12. Deut.8.3.

Et pluit illis Manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Pſal.77.24.

Angelorum eſca nutriſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti eis ſine labore, omne delectamentũ in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Sapi.16.20

Patres noſtri manducauerũt Manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt, panem de cœlo dedit eis manducare. Ioan.6.31.

*Manſuetudo commendatur.*

FIli mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Ioſue.7.19.

Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. 2.Reg.16.10. 1.Reg.25.✠ Prou.15.1.

Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iocunditatis. Eccleſ.1.29.

Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Matt.5.4

Tollite Iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum Cap.11.29.

tis ſum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus veſtris.

*Galat.* 5.22. Fructus autem ſpiritus eſt:charitas,gaudium,pax,patientia,benignitas,bonitas,longanimitas,manſuetudo,fides,modeſtia,continentia,caſtitas,aduerſus huiuſmodi non eſt lex Cap.6.1.

*Epheſ.*4.1. Obſecro igitur ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine,cum patientia,ſupportantes inuicem in charitate.

*Coloſſ.*3.12. Induite vos ſicut electi Dei ſancti & dilecti,viſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem,modeſtiam,patientiã, ſupportantes inuicem,&c.

*ad Tit.*3.2. Admone illos,etc.Neminem blaſphemare,non litigioſos eſſe,ſed modeſtos,omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines.2.Timot.2.25.

*Mardochæus defenſor & tutor* Heſter, *vehitur in Babylonem. Heſter.*2.5.7.*Queritur perditio Iudæorum*,Cap.3.6.*A rege exaltatur.*Cap.6.10.*Reuertitur de captiuitate in Hieruſalem.*1.*Eſdræ.*2.2.& 2. *Eſdræ.*7.7.

### *Mare creatur.*

*Geneſ.*1.9. Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locũ vnum et appareat arida.Et factum eſt ita, et vocauit Deus aridam terram:congregationéſque aquarum appellauit maria.

### *Concluditur ſuis terminis.*

*Iob* 26.10. Terminum circundedit aquis,vſque dum finiantur lux et tenebræ.Gen.1.9.

*Cap.*28.26. Quando ponebat pluuiis legem,et viam procellis ſonantibus,

*Prouer.* 8.29. Quando circundabat mari terminum ſuum , et legem ponebat aquis,ne tranſirent fines ſuos.

### *Cedit filiis Iſrael.*

*Exod.*14.21. Cumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare,abſtulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte,et vertit in ſiccum,diuiſaque eſt aqua.

### *Sedatur verbis Chriſti.*

*Matth.* 8.26. Quid timidi eſtis modicæ fidei? tunc ſurgens imperauit ventis et mari,et facta eſt tranquillitas magna.

*Maria*



*Maria ſoror Aaron laudat Dominum. Exod.*15.21. *Fit leproſa.nume.*12.☩.*Deut.*24.9.*Moritur Num.* 20.1.

### *Maria virgo prænunciata erat.*

Inimicitias ponam inter te & mulierem,& ſemen tuum & ſemen illius,ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. *Geneſ.*3.19.

Orietur ſtella ex Iacob,& conſurget virga de Iſrael,& percutiet duces Moab,vaſtabitque omnes filios Seth. *Num.*24.17.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum,& ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. *Pſalm.* 18.6.

Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis à domibus eburneis,ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate. 44.10.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei,ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.Deus in medio eius non commouebitur,adiuuabit eam Deus mane diluculo. 45.5.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. 84.2.

Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. 86.3.

Surge domine in requiem tuam , tu & archa ſanctificationis tuæ. 131.8.

Mulierem fortem quis inueniet?procul & de vltimis finibus prætium eius 29.Multæ filiæ congregauerunt diuitias,tu ſupergreſſa es vniuerſas. *Prou.*31.10.

Oſculetur me oſculo oris ſui , quia meliora ſunt vbera tua vino,fragrantia vnguentis optimis,oleum effuſum nomen tuum:ideo adoleſcentulæ dilexerunt te:trahe me,poſt te,curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua,exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum:recti diligunt te.8.Si ignoras te ô pulcherrima mulierum,egredere & abi poſt veſtigia gregum(tuorum(& paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.15.Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es,oculi tui columbarum,&c.Per totum caput. *Cant.*1.1.

Ego flos campi,& lilium conuallium. Sicut lilium inter ſpinas,ſic amica mea inter filias.Sicut malus inter ligna ſyluarum,ſic dilectus meus inter filios.10. Dilectus meus loquitur mihi,ſurge,propera amica mea, columba mea,formoſa mea,& veni. Iam enim hyems tranſiit,imber abiit & receſſit.Et flores apparuerũt in terra noſtra,tempus putationis aduenit,13.Surge amica mea,ſpecioſa mea , & veni.14 *Cap.*2.1.

 Columba

Columba mea in foraminibus petræ in caverna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis & facies tua decora, &c. Per totum caput.

*Ca.3.6.* Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & Thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij, &c. Per totum caput.

*Ca.4.1.* Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es? oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. &c. 12. Hortus concluſus ſoror mea, ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. 15 Fons hortorum, puteus aquarum viuentium quę fluunt impetu de Libano, &c. Per totum caput.

*Cap.5.9.* Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierũ, qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? &c. Quo abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum.

*Cap.6.3.* Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Hyerusalem terribilis vt caſtrorũ acies ordinata, 8. Vna eſt columba mea perfecta mea, vna eſt matri ſuę electa genitrici ſuæ. Viderũt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt, Reginæ & concubinæ, & laudauerunt eã: Quæ eſt iſta quę progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? &c. Per totum caput.

*Eccleſ.24.* Ego feci in cœlis vt oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram, ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Girum cœli circuiui ſola, & profundum abiſſi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra ſteti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui: & in his omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Dñi morabor. Tũc præcepit mihi & dixit mihi creator oĩum, & q creauit me requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Iſrael inhabitare, & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante ſæcula creata ſum, & vſq; ad futurũ ſeculũ nõ deſinã, & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui, & ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata, ſimiliter requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea, & radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea, & c. per totum caput.

Ecce



Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomẽ men eius Emanuel: Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. *Eſa.7.14.*

Egredietur virgo de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis ſpiritus ſcientiæ & pietatis. *Cap.11.1.*

Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur ſimulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabeſcet in medio eius. *Cap.19.1.*

Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul, ego Dominus creaui eum. *Cap.45.8.*

Vſquequo delitiis diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum. *Hiere.31.22.*

## *Maria Virgo præfigurata per arcam Noe.*

FAc tibi Arcam de lignis læuigatis: manſiunculas in Arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus *Geneſ.6.14.*

### *Per Rubum Moyſi.*

APparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio Rubi, & videbat quod Rubus arderet & non combureretur. *Exo.3.2.*

### *Per Arcam fœderis.*

ARcam de lignis Setim compingite, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum ſimiliter ac ſemiſſem. *Exod.25.10.*

### *Per virgam Aaronis.*

SEquenti die regreſſus (Moyſes) inuenit germinaſſe virgã Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt. *Num.17.8.*

### *Per vellus Gedeonis.*

DIxit Gedeon ad Dominum, ſi ſaluum facis per manũ meam Iſrael, ſicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area, ſi ros in ſolo vellere fuerit, et in omni terra, ſiccitas, ſciam quod per manum meam liberabis Iſrael, ſicut locutus es. Factumque eſt ita, et de nocte conſurgens expreſſo vellere concham rore impleuit. Dixitque rurſus *Iudic.6.36.*

Kk ad Domi

ad Dominum,ne iraſcatur furor tuus cōtra me ſi adhuc ſemel tentando ſignum quærens in vellere.Oro vt ſolum vellus ſiccum ſit,& omnis terra rore madens.Fecitque Dominus nocte illa vt poſtulauerat & fuit ſiccitas in ſolo vellere & ros in omni terra.

*Per Thronum Salomonis.*

3.Reg.10.18. FEcit etiam Rex Salomon thronum de ebure grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis.

*Per Templum Salomonis.*

2.Para.2. Per totum caput. Item Cap.3.& 4.

*Per portam orientalem clauſam.*

Ezech.44. 2. ET dixit Dominus ad me: Porta hæc(ſanctuarij exterioris reſpicientis ad Orientem) clauſa erit,non aperietur, & vir non tranſiet per eam , quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi , princeps ipſe ſedebit in ea.

*Per Montem.*

Daniel.2.34. VIdebas ita,donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus.

*Maria virgo præfigurata per præclares mulieres.*

Gen.24.51. EN Rebecca coram te eſt, tolle eam & proficiſcere, & ſit vxor filij Domini tui,ſicut locutus eſt Dominus.

*Per Rachel.*

Gen.30.32. LAban ait Rachaeli:Gyra omnes greges tuos & ſepara cunctas oues varias,&c.

*Per Abigail.*

1.Reg.25.23. CVm aūt vidiſſet Abigail Dauid feſtinauit, & deſcendit de aſino & procidit corā Dauid ſuper faciem ſuā, & adorauit ſuper terram,& cecidit ad pedes eius.

*Per Abiſag.*

3.Reg.1.2. DIxerūt ei(Dauid)ſerui ſui:Quæram⁹ Dño noſtro Regi adoleſcentulam virginem,& ſtet coram rege,& foueat eū,dormiátq; in ſinu ſuo,&c.3. Quæſierunt igitͤ adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidem,& adduxerunt eam ad Regem. Erat autem puella pulchra nimis,dormiebatque cum rege & miniſtrabat ei,Rex vero non cognouit eam.

*Per Iudith.*

Dixi



DIxit Iudith (ad eos qui veniebant ad eam cum abſciſſet Holopherni caput) Laudate Dominum Deum noſtrum,qui non deſeruit ſperantes in ſe,& in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam , quam promiſit domui Iſrael,& interfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte,&c. Iudith.13.17.

*Per Heſter.*

HEſter inter cæteras puellas ei ( Regi Aſſuero) tradita eſt vt ſeruaretur in numero fœminarū. Quæ placuit ei,& inuenit gratiam in conſpectu illius. Heſter.2. 9.

Si inueni gratiam in oculis tuis ô Rex (Aſſuere) & ſi tibi placet,dona mihi animam meam pro qua rogo,& populum meum pro quo obſecro,& Cap.8.Per totum caput. Cap. 7. 3.

*Maria figuratè & per quandam accommodationem appellatur ſtella ex Iacob.*

ORietur ſtella ex Iacob.& conſurget virga de Iſrael,& percutiet duces Moab,vaſtabitque omnes filios Seth. Num.24.17.

*Sol vocatur.*

IN ſole poſuit tabernaculum ſuum,& ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Pſalm.18.6.

*Regina vocatur.*

MYrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis,ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.Aſtitit Regina à dextris tuis , in veſtitū deaurato circumdata varietate. Pſal. 44.10.

*Tabernaculum Altiſſimi.*

FLuminis impetus lætificat ciuitatem Dei , ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Pſal. 45. 5.

*Vocatur terra benedicta.*

BEnedixiſti Domine terram tuam , auertiſti captiuitatem Iacob. Pſalm.84.2.

*Ciuitas Dei.*

GLorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Pſalm.86 .3.

*Domus Sapientiæ.*

SApientia ædificauit ſibi domum , excidit columnas ſeptem. Prou.9. 1.

*Vocatur mulier fortis.*

Mulie-

Prou. 31. 10. MVlierem fortem quis inueniet? procul eſt de vltimis finibus prætium eius.

### *Dicitur tota pulchra.*

Cant. 4. 7. TOta pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

### *Mater pulchræ dilectionis.*

Eccle. 24. 24. EGo mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnationis, & ſanctæ ſpei.

### *Vocatur virgo.*

Eſaiæ. 7. 14. ECce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel (.i. nobiſcum Deus.)

### *Vocatur virga Ieſſe.*

Eſai. 11. 1. EGredietur Virgo de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.

### *Dicitur nubes.*

Eſa. 19. 1. ECce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem.

### *Dicitur porta clauſa.*

Ezech. 44. 2. POrta hæc (ſcilicet Orientalis porta tabernaculi) clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam.

### *Dicitur Mons.*

Dan. 2. 34. DOnec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus.

## *Maria vocatur, & eſt mater Domini Dei.*

Luc. 1. 43. VNde hæc mihi (ait Elizabeth) vt veniat Mater Domini mei ad me?

### *Mater Ieſu vocatur.*

Matt. 2. 13. ECce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi.

Ioan. 19. 25. Stabant iuxta Crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ.

## *Maria Virgo quibus rebus comparetur.*

Cant. 1. 2. COmparatur vino & oleo effuſo, & eius odori. 5. Tabernaculis Cedar. 6. Soli, & viti. 13. Faſciculo myrrhæ. 14. Botro Cypri in vineis.

Flori



Flori campi & lilio conuallis. 3. Malo inter ligna ſiluarum 4. Cellæ vinariæ. 14. Columbæ in foraminibus petræ. Cap. 2. 1.

Virgulæ fumi ex aromatibus, Myrrhæ & Thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij. 11. Filiis Syon, & regi Salomoni Ca. 3. 6. in die deſponſationis illius.

Oculis columbarum, & capillis caprarum. 3. Fragmini Ca. 4. 1. mali punici. 4. Turri Dauid. 6. Ad montem myrrhæ & ad collem thuris. 8. Lybano monti. 11. Fauo mellis diſtillãti, melli & lacti, & odori thuris. 12. Horto concluſo. 13. Fonti ſignato & Paradiſo malorum punicorum, cum pomorum fructibus. 15. Fonti hortorum, puteo aquarum viuentiũ. 16. Aquiloni & Auſtro.

Fructibus pomorum. 11. Comæ palmarum. 15. Columnis Cap. 5. 1. marmoreis. 14. Eburno & Sapphyris.

Cortici mali punici, reginis & adoleſcentulis. 9. Auroræ Cap. 6. 6. conſurgenti, Lunæ & Soli. 10. Horto nucum, & pomis conuallium.

Comparatur Maria ſapientiæ eccleſiis altiſſimi. 3. Plenitu- Eccleſ. 24. 1. dini ſanctæ. 4. Multitudini electorum. 5. Ori altiſſimi. 6. Lumini orienti in cœlis, & nebulæ texenti totam terram. 8. Columnæ nubis, Gyro cœli, profundo abiſſi. 17. Cedro Libani, & Cypreſſo montis Syon. 18. Roſæ in Iericho. 19. Oliuæ ſpecioſæ in campis, & Platano iuxta aquam in plateis. 20. Synamomo & Balſamo aromatiſanti & odorem danti. 21. Myrrhæ electæ, Storaci & Galbano, & vngulæ & guttæ. Per totum caput.

### *Mariæ perpetua virginitas ſignificatur.*

APparuit Dominus Moyſi in flãma ignis de medio Ru- Exod. 3. 2. bi, & videbat quod Rubus arderet & non cõbureretur.

Ponam (dixit Gedeon ad Dominum) hoc vellus lanæ in Iudic. 6. 37. area, ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ciccitas, ſciam quod per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſrael. Factumque eſt ita, & de nocte conſurgens, expreſſo vellere concham rore impleuit. Dixitque rurſus ad Dominum: Ne iraſcatur furor tuus contra me, ſi adhuc ſemel tentauero, ſignum quærens in vellere. Oro vt ſolum vellus ſiccum ſit, & omnis terra rore madens. Fecitque nocte illa vt poſtulauerat, & fuit ſiccitas in ſolo vellere & ros in omni terra.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſpon- Pſalm. 18. 6. ſus procedens de thalamo ſuo.

Sicut

Cant. 2.1. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

Cap. 4. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula (peccati) non eſt in te. Cap. 6. 9.

Eſa. 7.14. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emanuel.

Cap. 11. 1. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.

Cap. 35.1. Lętabit deſerta & in via, & exultabit ſolitudo & florebit quaſi lilium, germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: Gloria Libani data eſt ei. Decor Carmeli & Saron: Ipſi videbunt gloriam Domini & decorem Dei noſtri.

Cap. 66.7. Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius, peperit maſculum, quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile?

Ezech. 44.2. Porta hæc (dicit Dominus) erit clauſa, non aperietur, & vir non tranſiet per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi, princeps ipſe ſedebit in ea. Daniel. 2.34.

Matt. 1.20. Hæc autem eo cogitante) ſcilicet occultè dimittere eam) ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt.

Luc. 1.35. Et reſpondens Angelus dixit ei (ſcilicet dicenti quomodo fiet iſtud quoniam virum nõ cognoſco) ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.

### *Mariæ virginis virtutes, vt quod fuerit fide diues.*

Prou. 31. 18. GVſtauit & vidit quia bona eſt negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.

Luc. 1.38. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundũ verbum tuum, & diſceſſit ab illa Angelus. 4. 5. Beata quæ credidiſti (ait Mariæ Eliſabeth) quoniam perficientur in ea quæ dicta ſunt ei à Domino.

Ioan. 2. 5. Dicit mater eius (Ieſu) miniſtris menſæ in nuptiis in Cana Galileæ) quodcunque dixerit vobis facite.

Eccle. 24.24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. Ioan. 2.5. Charitate perfecta erat. Luc. 1.56. Mãſit autem Maria cum illa (Eliſabeth) quaſi menſibus tribus & reuerſa eſt in domum ſuam. Eccleſ. 24.24.

Luc. 2. 7. Et peperit filiũ ſuũ primogenitũ, & pãnis eũ inuoluit, & reclinauit eũ in preſepio, quia nõ erat ei locus in diuerſorio.

Et



Et deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent, &c. Ioan. 2.3.

Stabant autem iuxta crucem Ieſu, mater eius & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cap. 19. 25.

Caſta erat, vt ſupra probatur in perpetua eius virginitate.

### *Caſtitatem vouiſſe videtur.*

ANgelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Luc. 1.35.

### *Humilis erat.*

DIxit Maria (ad Angelum) ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum, & deceſſit ab illa Angelus. 48. Luc. 1. 38.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent, omnes generationes.

### *Miſericors erat.*

DEficiente vino, dixit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent, &c. Ioan. 2. 3.

### *Erat prudens.*

MAria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Luc. 2. 19.

### *Modeſta erat.*

DIxit mater eius ad illum: Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Luc. 2.48.

### *Erat pia.*

MAgnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo. Luc. 1.46.

### *Erat benigna.*

ET intrauit in domum Zachariæ & ſalutauit Eliſabeth. Luc. 1. 40.

### *Erat fortis.*

MVlierem fortem quis inueniet? &c. Per totum caput. Ioan. 19. 25. Prou. 31. 10.

### *Erat ſapiens.*

OS ſuum aperuit Sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Prou. 31. 26.

Dicit

Ioan. 2. 5. Dicit mater eius (miniſtris menſæ in nuptiis in Cana Galileæ) quodcunque dixerit vobis facite.

*Erat pauper.*

Matt. 2. 11. ET intrantes domum (ſ.tres Magi) inuenerunt puerum cum Maria matre eius,& procidentes adorauerunt eũ, & apertis theſauris ſuis,obtulerunt ei munera, aurum thus,& myrham.

Luc. 2. 7. Impleti ſunt vt pareret,& peperit filium ſuum primogenitum,& pãnis eum inuoluit,& reclinauit eum in præſepio quia non erat ei locus in diuerſorio.24.

*Patiens erat.*

Luc. 2. 35. TVam ipſius animã doloris gladius pertranſibit, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.Matt. 2. 13

*Virtute præcellens omnes erat.*

Prou. 31. 29. MVltæ filiæ cõgregauerunt diuitias,tu verò ſupergreſſa es vniuerſas.

Eccleſ.24.25 In me gratia omnis vitæ,& veritatis,in me omnis ſpes vitæ & virtutis.

Luc.1.28. Aue gratia plena Dominus tecum,benedicta tu in mulieribus(Ait Angelus ad virginem).48.Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ,ecce enim ex hoc beatam me dicent,omnes generationes.

*Maria ſalutatur ab Angelo.*

Luc. 1.28. ANgelus ad eam dixit.Aue gratia plena,Dominus,tecum,benedicta tu in mulieribus.

*Viſitat Elizabeth & laudat Deum.*

Luc.1.39. EXurgens autem Maria in diebus illis,abiit in montana cum feſtinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ,& ſalutauit Elizabeth 46. Magnificat anima mea Dominum.

*Proficiſcitur cum Ioſeph in Bethleem.*

Luc. 2. 4. AScendit autẽ & Ioſeph à Galilæ de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethleem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid.

*Proficiſcitur cum Ioſeph in Aegyptum.*

Matt. 2. 14. Qui conſurgens(Ioſeph)accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum.

*Reuertitur inde in terram Iſrael.*

Erat



Erat ibi vſq; ad obitũ Herodis vt adimpleret quod dictũ eſt à Dño per prophetã(Oſeæ.11.8.)ex Aegypto vocaui filiũ meũ. Mat.2.15.

*Inuenit Chriſtum in templo.*

ET factum eſt poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum,audientem illos & interrogantem eos. Luc.2. 46.

*Aſſiſtit Maria cruci & Apoſtolo Ioanni cõmendatur.*

STabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius & ſoror matris eius Maria Cleophæ,& Maria Magdalenæ, Ioan.19.25.

*Manebat Maria cum Apoſtolis.*

HI omnes (ſcilicet Petrus,Ioannes,Iacobus & Andræas, Philippus & Thomas, Bartholomeus & Mathæus, &c. perſeuerãtes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Ieſu,& fratribus eius. Act.1.14.

*Maria Magdalena deflet ſua peccata.*

STans(Maria Magdalena)retro ſecus pedes eius(Ieſu)cœpit rigare pedes eius,& capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius & vnguento vngebat. Luc.7.38.

*Obtinet Magdalena peccatorum remiſſionem.*

Remittuntur tibi peccata tua. Luc.7.48.

*Liberata à ſeptem dæmoniis adhæret Chriſto.*

MAria q̃ vocatur Magdalena de qua ſeptẽ demonia exierãt & Ioanna vxor Chuſæ procuratoris Herodis & Suſanna, & aliæ multæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Luc.8.2.

*Vngit Dominum.*

CVm autẽ Ieſus eſſet in Bethania in domo Symonis Leproſi,acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguẽti prætioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Idem verbatim.Mar. 14.3.Item Ioan. 12.3. Mat.26.6.

Maria autẽ erat quæ vnxit Dñm vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis,cuius frater Lazarus infirmabatur. Ioan.11.2.

*Adeſt Chriſto in cruce morienti.*

STabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius & ſoror matris eius,Maria Clophæ & Maria Magdalenæ. Ioan. 19. 25.

*Chriſtus ei primo apparet poſt reſurrectionem.*

SVrgens autem mane prima ſabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ,de qua eiecerat ſeptem demonia. Mar.16.9.

Et qa viſus eſt Cephę,& poſt hęc vndecim , deinde viſus 1.Cor.15.5.

 eſt

eſt quinquaginta fratribus ſimul.

### *Mariti officium, & authoritas in vxorem.*

*Gen.3.16.* MVlieri quoque dixit (Deus) multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominatur tui

*Num.5.12.* Dominus ait ad Moyſem: loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos: Vir cuius vxor errauerit maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere nõ quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro &c. Adducet eam ad ſacerdotem &c.18.

*Cap.30.7.* Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & ſemel de ore eius verbum egrediens, animam eius obligauerit iuramẽto, quo die audierit vir, & non contradixerit voti rea erit, redderque quodcunque promiſerat &c.13.

*Deut.22.5.* Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea, abominabilis enim apud Deũ eſt qui facit hæc. 1.13.

*Cap.24.1.* Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, ſcribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua.

*Prou.18.22.* Qui inuenit mulierem bonam, & hauriet iucunditatem à Domino: qui expellit mulierem bonam, expellit bonũ, qui autem tenet adulteram ſtultus eſt & inſipiens. Cap.5.18.

*Eccleſ. 9.9.* Perfruere vita cũ vxore quam diligis cunctis diebus vitę inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole omni tempore vanitatis tuæ. Hæc eſt enim pars in vita & in labore tuo quo laboras ſub ſole.

*Eccleſ. 7.28.* Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, non proiicias illam, & odibili non credas te in toto corde tuo.

*Cap.9.1.* Non zeles mulierem ſinus tui ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam, non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris.

*Cap.25.1.* In tribus placitum eſt ſpiritui meo quæ ſunt probata coram Deo & hominibus cõcordia fraterna, & amor proximorum & vir & mulier bene ſibi conſentientes. 27. Sicut aſſenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier linguata, homini quieto.

*Cap.26.1.* Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorũ illorum duplex. Malach 2.14.16.

*1.Cor.7.* Paulus Corinthios inſtruit de matrimonio, eiuſque vſu &



& indiſſolubili vinculo nuptis commendans cœlibatum.

Volo autem vos ſcire, quod omnis viri caput Chriſtus eſt *Cap.1.12.*
caput autem mulieris vir.

Mulieres viris ſuis ſubditæ ſicut ſint Domino, quoniam *Epheſ.5.22.*
vir caput mulieris eſt, ſicut Chriſtus caput eccleſiæ.

Mulieres ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in Domino, vi *Colloſſ.3.18.*
ri diligite vxores, & nolite amari eſſe ad illas. Tit.2.4.

Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt & ſi qui non credũt ver *1.Pet.3.1.*
bo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant, cõ
ſiderantes in timore chaſtam conuerſationem veſtram.

Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere *1.Timo.2.11*
autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed
eſſe in ſilentio.

*Martha hoſpitio excipit Chriſtum Dominum. Luc.*10.38. *habet firmam fidem. Ioan.*11.27.

*Mathan ſacerdos Baal occiditur.* 4. *Reg.*11.18. 2. *Para.*23.17.

*Mathias eligitur in Apoſtolum.* Act.1.26.

*Mathuſalem filius Enoch naſcitur. Gen.*5.21. *Viuit* 969. *Annis, & moritur.* 5.27.

### *Matrimonim inſtituitur propter procreationem.*

MAſculum & fœminam creauit eos, benedixitque illis *Gene. 1.28.*
Deus. & ait: creſcite & multiplicamini et replete terram et ſubiicite eam, et dominamini piſcibus maris, et volatilibus cœli, et vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.

Immiſit (Dñs Deus) ſoporem in Adam: cumque obdormiſ *Cap.2.21.*
ſet, tulit vnam de coſtis eius et repleuit carnem pro ea. etc. 22.23. 24.

Dixit Adam Deo (illum increpanti) mulier quam dediſti *Cap.3.12.*
mihi ſociam, dedit mihi de ligno, et comedi. 17. Dixit Adæ Deus: Quia audiſti vocem vxoris tuæ et comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribꝰ comedes ex ea cũctis diebus vitę tuæ.

Adam cognouit vxorem ſuam Euam, quæ cõcepit et pepe *Cap.4.1.*
rit Cain, dicens poſſedi hominem per Deum.

Benedixit Dominus Noe et filiis eius, et dixit ad eos *Cap.9.1.*
Creſcite et multiplicamini, et replete terram. Cap. 19.26.

Cap.24.3.Cap.29.21.&c.

*Exod.2.1.* Egreſſus eſt vir(Moyſes) de domo Leui, & accepit vxorē ſtirpis ſuę,quę concepit & peperit filium,&videns eũ elegãtem,abſcondit tribus menſibus.Cap.20.17.Leuit.Cap.18.per totum.

*Leuit.20.10* Si Mœchatus quis fuerit cum vxore alterius & adulteriũ perpetrauerit cum coniuge proximi ſui,morte moriantur& Mœchus & Mœcha.

*Deut.7.3.* Non inibis cũ eis(gentibus)fœdus nec miſereberis earũ, neq; ſociabis cum eis coniugia filiã tuã nõ dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo.Cap. 5.21.Cap.24.1.

*Iudic.3.6.* Et duxerunt vxores(filij Iſrael)filias eorum,ipſiq; (gẽtes) filias ſuas filiis eorum tradiderunt & ſeruierunt (Iſraelitæ) diis eorum.Cap.14.2.7.15.Idem habetur.1.Eſdræ.9.2.De quibus fit quoque mentio.Lib.2.Cap.13 23.

*Prou.18.22.* Qui inuenit mulierem bonam,inuenit bonum,&hauriet iucunditatem à Domino.Hierem.3.1

*Cap.19.14.* Domus & diuitiæ dantur à parentibus,à Domino autem proprie vxor prudens,Eccleſ.25.2.

*Malac.2.15.* Et quid vuus quærit niſi ſemen Dei.

*Mat.5.32.* Ego(ait Ieſus)dico vobis,quia omnis qui dimiſerit vxorẽ ſuã excepta fornicationis cauſa, facit eã mœchari,& qui dimiſſam duxerit,adulteratur.Idem Lucæ Cap.16.18.

*Cap.19.3.* Non legiſtis(ait Ieſus Phariſæis tentantibus eũ) quia qui fecit ab initio maſculum & fœminam fecit eos?Et dixit propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vña.Cap.22.24.30.Idẽ Marc. 10.2.6.7.8.verbatim.

*Ioan.2.1.* Die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ,& erat mater Ieſu ibi.

*Rom.7.2.* Quę ſub viro eſt mulier viuente viro alligata eſt legi,ſi autem mortuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri.

*1.Cor.7.* ☩ Viuente viro vocatur adultera ſi fuerit cum alio viro.39. ſi autẽ mortuus fuerit vir eius,liberata eſt à lege viri, vt cui vult nubat tantum in Domino.

*Epheſ.5.31.* Propter hoc(ſcilicet qui vxorem ſuam diligit ſeipſum diligat)relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna:Sacramentum hoc magnũ eſt,ego autem dico in Chriſto & in eccleſia.

*Heb.13.4.* Honorabile connubium in omnibus et thorus immaculatus,Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

Propter



*Propter peccati deuitationem.*

BOnum eſt homini mulierem non tangere,propter fornicationẽ autem vnuſquiſque ſuam vxorẽ habeat. & vnaquęque ſuũ virum habeat. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro.Nolite fraudare inuicem,niſi fortè ex conſenſu ad tempus,vt vacetis orationi,& iterum reuertimini in idipſum,ne tentet vos Sathanas propter incontinentiã veſtram. *1.Cor.7.1.*

Hoc itaque dico ſecundũ indulgentiã,nõ ſecũdũ imperiũ. *Ibid.6.*

*Propter mutuam conſolationem.*

DOmus ac res paternæ hæreditate obueniunt, à Domino autem vxor prudens. *Prou. 19.14*

Trade filiã & grãde opus feceris,& homini ſenſato da illã.

Qui poſſidet mulierem bonam,inchoat poſſeſſionẽ.Adiutorium ſecundum illum eſt,& columna vt requies. *Eccleſ, 7.27 36.26.*

Vbi non eſt mulier,ingemiſcit egens.Cui credit qui nõ habet nidũ?Et deflectens vbicunque obſcurauerit,quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem. *Ibid.27.*

Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint ſicut Domino.

Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto : ita mulieres viris ſuis in omnibus. *Ephe.5. 22.* Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam,&ſeipſum tradidit pro ea. *Ibid.24.*

Viri debent diligere vxores ſuas vt propria corpora. Qui ſuam vxorem diligit,ſeipſum diligit. *Ibid.28.*

Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat:vxor autem timeat virum ſuum. *Ibid.33.*

Viri diligite vxores veſtras, &nolite amari eſſe ad illas. *Colloſ.3.19.*

Similiter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, vt & ſi qui nõ credunt verbo,per mulierem conuerſationẽ(bonam)ſine verbo lucriſiant, conſiderantes in timore ſanctam cõuerſationem veſtram.Quarũ non ſit intrinſecus capillatura, aut circundatio auri,aut indumenti veſtimentorum cultus:ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modeſti ſpiritus,qui eſt in conſpectu Dei locuples.Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſperãtes in Deo ornabant ſe ſubiectę propriis viris.Sicut Sara obediebat Abrahę Dominum eum vocans Cuius eſtis filiæ benefacientes,& non pertimeſcentes vllam perturbationem. *1.Pet.3.10.*

Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiã. quaſi infirmiori vaſculo muliebri.impartientes honorẽ,tanquã cohæredibus gratiæ vitę,vt non impediẽtur orationes veſtræ. *Ibid.7.*

*Matrimonium indiſſolubile.*

 Quamobrem

Gen.2.24. QVamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrẽ & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna.

Matth.5.32. Ego autem dico vobis,quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa,facit eā mœchari, & qui dimiſſam duxerit,adulteratur.

Cap.19.7. Quid ergo Moyſes mādauit dare libellū repudij & dimitte re? ait illis:Quoniā Moyſes ad duritiā cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras,ab initio autē nō fuit ſic.

Mar.10. 1 Quicunque dimiſerit vxorem ſuam,& alia duxerit, adulterium committit ſuper eam.Idem Luc.16.18.

1.Cor. 7. 10. Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt,præcipio , non ego ſed Dn̄s,vxorem à viro non diſcedere:quod ſi diſceſſerit manere innuptam aut viro ſuo reconſiliari.

Matrimonium ſpirituale quære connubium.

*Matrimonium cuius rei Sacramentum.*

Epheſ.5.32. SAcramentum hoc magnum eſt.ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

*Confert Gratiam & ſanctificationem.*

1.Theſſ.4. 4. HÆc eſt enim voluntas Dei.ſanctificatio veſtra,vt abſtineatis vos à fornicatione,vt ſciat vnuſquiſque vas ſuū poſſidere in ſanctificatione & honore.

*Matrimonium ſpirituali virtuoſè inchoatur*

Oſeæ.2.19. ET ſpōſabo te mihi in ſempiternum,& ſponſabo te mihi in iuſtitia,in iudicio,& in miſericordia & miſerationib. Et ſponſabo te mihi in fide,& ſcies quia ego Dominus.

Matth.22.2. Simile eſt regnū cœlorū homini regi,qui fecit nuptias filio (ſuo.

Ioan.3.29. Qui habet ſponſam,ſponſus eſt.

2.Cor.11.2. Deſpōdi enim vos vni viro virginē caſtā exhibere Chriſto.

Epheſ.5.32. Sacramentum hoc magnum eſt:*vt ſupra.*

Apoc 21.2. Et ego Ioānes vidi ſanctā ciuitatē Hieruſalē nouā deſcendentē de cœlo,à Deo paratā,ſicut ſponſam ornatā viro ſuo.

*Copioſè remuneratur.*

Eſa.49.18. LEua in circuitu oculos tuos & vide,omnes iſti cōgregati ſunt, venerunt tibi. Viuo ego dicit Dn̄s,quia omnib.his velut ornamēto veſtieris & circūdabis tibi eos quaſi ſpōſa.

61.10. Gaudēs gaudebo in dn̄o & exultabit aīa mea in Deo meo.

Matth. 25.1. Tūc ſimile erit regnū cœlorū decē virginib.quæ accipiētes lampades ſuas,exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ,& quinque prudētes.

Apoc.19.7. Gaudeamus & exultemus,& demus gloriā Deo:quia venerunt



illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido:Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.

*Matthæus publicanus vocatur* Mat.9.9.c.10.3.
*Appellatur filius* Leui.*filius* Alphai.Mar.2.14.Luc.5.27.
*Mathania pater* Ioachim*fit* Rex Iuda,4.Reg.24.17.
*Appellatur Sedechias*,1.Par.3.15.*Relinquit poſt ſe filiū Salath.*
*Mathathias ſacerdos oſtendit zelum*.1.Machac.2.24.(Ca.3.17.
*Pugnat ſtrenuè Cap.2.41.Monet filios ſuos ad obſeruādū legē*
*Dei.Ca.2.49.64.Medi occupāt regnum Babyloniæ.Dan.5.31.*

*Mediator redemptionis ſolus Chriſtus.*

QVid igitur lex?(Vide Lex.) Galat.3. 14.

Vnus enim Deus,vnus & mediator Dei & hominū, homo Chriſt[9] Ieſus, q dedit redēptione ſemetipſū ꝓ ōnib. 1.Tim.2.5.

Et ideo noui teſtamenti mediator eſt,vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum,quæ erāt ſub priori teſtamento,repromiſſionem accipiant,qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Heb.9.15.

Nō.n.in manu facta Sācta Ieſus introiuit,exēplaria verorū,ſed in ipſū cœlū, vt appareat nūc vultui Dei pro nobis. Ibidem. 2.4.

*Medi interceſſionis Chriſtus.*

CHriſtus Ieſus q mortuus eſt,imò qui & reſurrexit,qui eſt ad dexteram Dei,qui etiam interpellat pro nobis. Rom.8.34.

Filioli mei,hæc ſcribo vobis,vt nō peccetis.Sed & ſi qs peccauerit,aduocatū habem[9] apud Patrē Ieſum Chriſtū iuſtū. 1.Ioan. 2. 1.

*Medi.Spiritus ſanctus*

NAm quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Rom.8. 26.

*Medi.Angelus.*

SI fuerit pro eo Angelus loquēs vnus de millib.aut annūciet hominis æquitatē,miſerebitur eius,& dicet : Libera eū,vt nō deſcēdat in corruptionē.Inueni in quo ei ꝓpitier. Iob.33.23.

Et reſpondit Angelus Domini,& dixit Domine exercituū vſquequo tu non miſereberis Hyeruſalem , & vrbium Iuda, quibus natus es?Et reſpondit Dominus Angelo,qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria. Zach.1.12.

*Medi.Homo.*

IOb ſeruus meus(ait Dominus amicis Iob)orabit pro vobis,faciē eius ſuſcipiā,vt nō imputetur vobis ſtultitia. Iob.42.8.

Erat aūt huiuſmodi viſio,Oniam,qui fuerat ſummus ſacerdos, virum bonum & benignum,verecundum viſu,modeſtum moribus , & eloquio decorum , & qui à puero 2.Marc.15.12

modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero
in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentẽ orare pro
omni populo Iudæorum. Poſt hoc apparuiſſe & alium viru
ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinẽ cir
ca illum. Reſpondentem verò Oniam, dixiſſe. Hic eſt fratrũ
amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro popu
*Roman.*15.30 lo & vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias propheta Dei.
Obſecro ergo vos fratres per Dominũ noſtrum Ieſum
Chriſtũ, & ꝑ charitatẽ ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in o-
rationib. veſtris ꝓ me ad Deũ. Vide, Sancti pro nobis orãt.

*Eſa.*61.1.

## *Medicus ſpiritualis.*

SPiritus domini ſuper me, eò quòd vnxerit me Domi-
nus. Ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer
*Matth.*9.12. contritis corde.
*Luc.*4.23. Non eſt opus valentibus medico, ſed malè habentib.
Vtiq; dicetis mihi hanc ſimilitudinẽ: Medice cura teipſum.
13.5. Non egent, qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent.
10.30. Homo quidam deſcendebat, &c.

## *Medicus corporalis.*

*Eccleſ.*10.11. LAnguor prolixior grauat medicum. Breuem languorẽ
præcidit medicus.
31.1. Honora medicũ propter neceſſitatem: Dominus enim
eius auctor eſt. Nam omnis medicina manat ab Altiſſimo.
*Ibidem.*3. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu
magnatorum collaudabitur. Altiſſimus de terra procreauit
medicamenta, nec abhorrebit illa vir ſapiens Ad agnitionẽ
hominum virtus illorum. In his curans mitigabit dolorem.
(Vide) Infirmitas.

## *Melchiſedech Sacerdos & Rex Salem.*

*Geneſ.*14.18. AT verò Melchiſedech Rex Salem, proferens panem &
vinum (erat enim ſacerdos Dei Altiſſimi) benedixit ei
& ait, Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cœlũ
& terram.
*Pſal.*109.4. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos
in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.
*Heb.*7.1. Hic enim Melchiſedech Rex Salem, ſacerdos Dei ſummi
qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regum benedixit ei.

## *Mendacium.*

*Geneſ.*3.4. DIxit autem ſerpens ad mulierem nequaquam morte
moriemini.

Qui



Qui cùm vidiſſent eum (fratres Ioſeph) mutuo loquebã *Cap.*37.19.
tur ecce ſomniator venit venite occidamus eum & mitta-
mus in ciſternam veterem.
Nõ mẽtiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuũ. *Leuit.*19.11.
Dauid occiſo nuntio, qui ſe Saulem occidiſſe dicebat, 1.*Reg.*1.✠
ſciſſis veſtibus deflet eum cum cæteris occiſis, ieiunans v-
ſque ad veſperam ac ſuper eos plangens, planctum filiis Iſ-
rael præcepit. 4. Reg. 5. 25.
Proferentem mendacia, teſtem fallacem (odit Dominus.) *Prou.* 6.19.
Abominatio eſt à Domino labia mendacia, qui autem fi- *Ca.*12.22
deliter agunt placent ei.
Cuſtodite vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, & à de *Sap.*1.11.
tractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in va-
cuum non ibi, os autem quod mentitur, occidit animam.
Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum, neque *Eccleſ.*7.13.
in amicum ſimiliter facias.
Opprobriũ nequã in homine mẽdaciũ, & in ore indiſcipli- *Cap.*20.26.
natorũ aſſiduè erit. 28. Mores hominũ mendacium ſine ho-
nore & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.
Pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fa- *Cap.*25.4.
tuum & inſenſatum (odiuit anima mea.)
Maledictum eſt mendacium & homicidium & furtum *Oſeæ.*4.2.
& adulteriũ inundauerũt, & ſanguis ſanguinem tetigit. &c.
Vos (Phariſæi) ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris *Ioan.*8.44
veſtri vultis facere: Ille homicida erat ab initio & in verita
te non ſtetit, quia non eſt veritas in eo, cùm loquitur men-
dacium ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius.
Ananias & vxor ſua Saphira agro diuendito pretij par- *Act.*5.✠
tem ſibi ſeruant, quod tamen interrogante Petro, factum eſſe
negant, quam ob cauſam ad verbum Petri vxor poſt ma
ritum ſubita morte percutitur.
Propter qui deponentes mendacium, loquimini veritatẽ *Epheſ.*4.25.
vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem
membra.
Nolite mentiri inuicẽm expoliantes vos veterem homi- *Colloſſ.*3.9.
nem cum actibus ſuis, & induentes nouum &c. Vide teſti-
monium.
*Menelaus proditor patriæ, vt vſurpat ſibi ſummum Sacerdo*
*tiũ, 2. Mach. 4. 24. extremo ſupplicio afficitur, 2. Mach. 13. 4. 5. 6*

*Menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.*

 Sin

Exod.21.23. SIn autem mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animã pro anima.

Iudic.1.7. Dixitque Adonibezec, ſeptuaginta reges amputatis manuum & pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut feci(ſcilicet eis) ita reddidit mihi Deus adduxerũtque eum(Iudas & Simeon) in Hieruſalem & ibi mortuus eſt.

1.Reg.15.33. Ait Samuel, ſicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus,(loquitur Saul ad Agag) ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua, & in fruſtra conſcidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.

2.Reg.22.25. Et reſtituet mihi (ait Dauid) Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum munditiam manuum mearum in conſpectu oculorum ſuorum.

Pſal.17.21. Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meã, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Prou.22.22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque cõteras egenum in porta quia iudicabit Dominus cauſam eius & configet eos qui confixerunt animam eius.

Eſa.33.1. Vę q. prædaris, nõne & ipſe prædaberis:& qui ſpernis, nõne & ipſe ſpernêris cũ cõſummaueris de prædationẽ, deprędaberis:cum fatigatus deſieris contemnere contemneris.

Cap.65.6. Ecce ſcriptum eſt coram me, non tacebo, ſed reddam & retribuam in ſignum eorum iniquitates veſtras & iniquitates patrum veſtrorum ſimul, dicit Dominus. 66.4.

Hier.50.15. Clamate aduerſus ea(Babylonem ait Hieremias) vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius, deſtructi ſunt muri eius, quoniam vltio Domini eſt, vltionem accipite de ea, ſicut fecit, facite ei. 29. Reddite ei(Babyloni) ſecũdum opus ſuum, & iuxta omnia quæ fecit, facite illi, quia contra Dominum erecta eſt aduerſum ſanctum Iſrael.

Cap.51.49. Et quomodo fecit Babylon vt caderẽt occiſi in Iſrael, ſic & de Babylone cadent occiſi in vniuerſa terra.

Ezech.16.50. Hæc dicit Dominus Deus:& faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentum, vt irritum faceres pactum.

Ioel.3.7. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo vendidiſtis eos (minatur Deus gentibus afflictionem qua afflixerunt populum ſuum) & conuertam retributionem veſtram in caput veſtrum, & vendam filios veſtros & filias veſtras in manibus filiorum Iuda.

Mat.7.2. In quo enim iudicio iudicaueritis? iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.



Et dicebat illis (Ieſus) videte quid audiatis, in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis. Marc.4.24.

Date & dabitur vobis: menſuram bonam & confertam & coagitatum & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Luc.6.38.

## *Menſura & pondera debent eſſe iuſta.*

NOlite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in põdere, in menſura. Leuit.19.35

Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Deut.25.13.

Statera iuxſta, & Ephi iuſtũ, & batus iuſtus erit vobis. &c. Ezech.45.10

Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacculi pondera doloſa? Amos. 8.5. Mich.6.11

Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt, & opera eius omnes lapides ſæculi. Prou.16.11.

Pondus, & pondus, menſura & menſura, vtrunque abominabile eſt apud Deum. Cap.20.10.

*Merari filius* Leui. *Num.*3.17.
*Merariticarum officium.* *Cap.*3.33. ✠ *Cap.*4 42.

## *Mercenarius remunerandus.*

NOn morabitur opus mercenarij apud te vſque mane. Leuit.19.13.

non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Deut.24.14.

Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedẽ reſtitue, & merces mercenarij tui omnino apud te non remaneat. Tob.4.15.

Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Luc.10.7.

Ei autem qui operatur, merces imputatur, non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Rom.4.4.

## *Non defraudandus.*

QVem quis victu priuat, eum interficit:& qui mercedẽ ſubtrahit mercenario, effundit ſanguinem. Eccle.34.27.

Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regionem veſtram, quæ fraudata eſt à vobis, clamat:& clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Iaco.5.4.

Mini-

### *Miniſterium Dei.*

*Ecclеſ.* 7.32. IN omni virtute tua dilige eum, qui fecit te, & miniſtros eius non derelinquas.

*Dan.* 7. 10. Milia milium miniſtrabant ei.

*Math.* 4. 11. Tunc reliquit eum diabolus, & angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

*Ioan.* 12. 26. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.

[illegible]*r.* 4. 1. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

[illegible] *Cor.* 6. 4. Sed in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros.

### *Miniſterium humanum ordinatum.*

[illegible] 6. AMbulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.

[illegible] 14. 35. Acceptus eſt regi miniſter intelligens, iracundiam illius inutilis ſuſtinebit.

[illegible] 11. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorũ ſuorum habebit amicum regem.

[illegible]*cleſ.* 10. 2. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius.

### *Merces quæ debetur operibus.*

*Geneſ.* 4. 7. NOnne ſi benè egeris recipies, ſin autem malè, ſtatim in foribus tuis peccatum aderit?

*Cap.* 15. 1. Factus eſt ſermo Domini ad Abraham, dicens per viſionem: Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum & merces tua magna nimis.

*Pſal.* 118. 112. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.

*Prou.* 11. 18. Impius facit opus inſtabile, ſeminanti autem iuſtitiam, merces fidelis.

*Sap.* 5. 16. Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio eorum apud altiſſimum.

*Cap.* 10. 17. Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in lucem ſtellarum per noctem.

*Eccleſ.* 2. 8. Qu[illegible] timetis Dominum, credite illi, & non euacuabitur merces veſtra.

*Cap.* 11. 24. Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius fructificat.

*Cap.* 18. 22. Non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſq; ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum.

Da



Da mercedem ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi orationes ſeruorum tuorum. *Cap.* 36. 18.

Dedit enim mihi Dominus linguam mercedem meã, & in ipſa laudabo eum. 38. Operamini opus veſtrum ante tempus & dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. *Cap.* 51. 30.

Dicite iuſto, quoniam bene, quoniam fructũ adinuẽtionum ſuarum cõmedet. Vę impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. *Eſa.* 3. 10.

Hæc dicit Dominus: Quieſcat vox tua (Iſrael) à ploratu & oculi tui à lachrimis, quia eſt merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici. *Hiere.* 31 [illegible]

Gaudete & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis: ſic. n. perſecuti ſunt prophetas qui fuerunt ante vos. *Matt.* [illegible]

Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis, alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis eſt *Cap.* [illegible]

Qui recepit prophetam in nomine meo, mercedem prophetæ accipiet, & qui recepit iuſtum in nomine iuſti, mercede iuſti accipiet, & quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tãntum in nomine diſcipuli: Amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. *Cap.* 10. 4[illegible]

Cùm ſero autem factũ eſſet, dicit Dominus vineæ, procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiẽs à nouiſſimis vſque ad primos. *Cap.* 20. 8.

Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine mei, quia Chriſti eſtis, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. *Marc.* 9. 41.

Veruntamen diligite inimicos veſtros, benefacite & mutuum date nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. *Luc.* 35.

In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua: nolite tranſire de domo in domum. *Cap.* 10. 7.

Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat & qui metit. &c. *Ioan.* 4. 36.

Ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. *Rom.* 4. 4.

Qui autem plantat & qui rigat vnum ſunt: vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundũ ſuum laborẽ. 1. *Cor.* 3. 8.

Dicit

1.*Tim*.15. 18. Dicit enim ſcriptura (Deut.25.4.) non infrenabis os bo-
ui trituranti,& dignus eſt operarius mercede ſua.

*Apoc*.22.12. Ecce venio cito,& merces mea mecum eſt, reddere vni-
cuique ſecundum opera ſua.

## *Merita operum.*

*Ecclef*.10.31. FIli,in manſuetudine ſerua animam tuam,& da illi hono-
rem ſecundum meritum ſuum.

*Cap*. 16. 15. Non dicas,à Deo abſcondar,& ex ſummo quis mei me-
morabitur?

*Cap*. 38. 18. Fac luctum ſecundum meritum eius,vno die vel duobus
propter detractionem.Vide Opera.

*Merob filia Saulis*.1.*Reg*.14.49.*Promittitur Dauidi in vxo-
rem*.18.17.

## *Meſſias i.Chriſtus & verus vocatus eſt Dominus noſter Ieſus.*

*Ioan*. 1. 41. INuenit hic primum,fratrem ſuum Simonem, & dicit ei:
Inuenimus Meſſiam quod eſt interpretatum Chriſtus.

*Cap*. 4.25. Dicit ei mulier:Scio quia Meſſias venit qui dicitur Chri-
ſtus,cum ergo venerit,ille nobis annunciabit omnia.

*Cap*.7.41. Alij dicebant:hic eſt Chiſtus, quidam autẽ dicebant:nun-
quid à Galilæa venit Chriſtus?

*Cap*. 11. 27. Ait illi,vtique Domine, ego credidi quia tu es Chriſtus,
filius Dei viui,qui in hunc mundum veniſti.

*Mat*.26. 64. Dicit illi (Caiphę) Tu dixiſti,veruntñ dico vobis,amodo
videbitis filiũ hominis, ſedentem à dextris virtutis Dei,&
venientem in nubibus cœli.Marc.14.62. Idem verbatim.

*Mar*.14.62. Ieſus autem dixit illi (Caiphæ) ego ſum &c.

*Luc*.12.66. Si tu es Chriſtus dic nobis (Iudæis) & ait illis:Si vobis
dixero non credetis mihi.

*Act*.17.3. Tria differebat Paulus(Iudęis)eis de ſcripturis adaperiẽs
& inſinuans qa Chriſtũ oportuit pati & reſurgere à mortuis,
& quia hic eſt Ieſus Chriſtus quem ego annuncio vobis.

*Cap*.18.28. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, oſtendẽs
per ſcripturas eſſe Chriſtum Ieſum.Cap.19.4.

1.*Ioan*. 5. 1. Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus,ex Deo na-
tus eſt.& omnis qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum
[illegible] natus eſt ex eo.

Micha



*Micha parat Ephod Idolo matris ſuæ Iudic*.17.5.*conducit
Leuitum*.17.7.10.*Idolum & Ephod auferuntur,ſimiliter & ſa-
cerdos abducitur*.18.13.✠18.20.

*Micha filia Miphiboſeth*.2.*Reg*.9.12.

*Michabas prophetat contrarium pſeudoprophetis*.3. Reg.22.
13.15.23.2.*Paral*.18.14.

*Michael pugnat cum diabolo.Dan*.10.13.*Iudæ*.9.*Apoc*.12.7.

*Michol ſiue* Michal *filia Saulis,datur Dauidi,in vxorem*.1.
Reg.18.27.*iuxta promiſſionem regis*.17.25.*Conſeruat Dauidi
vitam,deponens eum per feneſtram*.19.12.*Subducitur ei & da-
tur Phalti ſiue* Phaltiel.25.44.

*Redditur ei Reg*.3.14.15.*deridet ipſum ſaltantem coram Do-
mino* 6.16.

*Militari,vide bellum.*

*Miphiboſeth filius Ionathæ*.2.*Reg*.4 *Inuenit gratiam coram
Dauide*.9.7.✠

*Dauid Sibæ detrahenti confert bona Miphiboſeth*.16.4.*par-
cit ei Dauid*.21.7.*appellatur* Meribaal.1.*Paral*.9.40.

*Miphiboſeth filius Saulis ſuſpenditur*.2.*Reg*.21.8.

*Miracula operatur Deus per ſanctos & eorum reliquias,Vi-
de ſancti & reliquiæ.* Miſericordia, *vide bonitas Dei*,*item
charitas*.

## *Miniſtrorum etiam malorum opera dignatur vti Dei bonitas.*

MVlti dicent mihi in illa die:Domine Domine, nonne *Matt*. 7. 22.
in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo dę-
monia eiecim⁹,& ĩ noĩe tuo virtutes multas fecim⁹.

Reſpondit ei Ioannes dicens: magiſter vidimus quẽdam *Marc*.9. 38.
in nomine tuo eiicientem dęmonia qui non ſequitur nos,&
prohibuimus eum.Idem Luc.9. 49.

## *Quos etiam iubet audire.*

SVper cathedrã Moyſi ſederũt Scribę & Phariſæi: omnia *Matth*.23.3.
ergo quæcunq; dixerint vobis ſeruate & facite, ſecundũ
opera verò eorũ nolite facere,dicunt enim & nõ faciunt.

## *Miſericordia Dei eſt generalis,nullum excludẽdo.*

ET miſerebor,cui voluero:& clemens ero,in quem mihi *Exod*.33. 19.
placuerit.

Dominator Domine Deus,miſericors & clemens,patiẽs 34. 6.
& multæ miſerationis,ac verax, qui cuſtodis miſericordiã
in millia,quia aufers iniquitatem,& ſcelera, atque peccata,
nulluſque

nulluſq; per ſe innocens eſt:qui reddis iniquitatem patrum filiis,ac nepotibus,in tertiam & quartam progeniem.

*Deut.* 5. 10. Ego enim ſum Dominus Deus tuus,& faciens miſericordiam in multa millia, diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.

7. 9. Scies,quia Dominus Deus tuus ipſe eſt Déus fortis & fidelis,cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe & his,qui cuſtodiunt præcepta eius,in mille generationes.

*Pſal* 32. 5. Miſericordia Domini plena eſt terra.

85. 25. Et tu Domine Deus miſerator & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ.

144. 8. Miſerator & miſericors Dominus.

*Ibidem*.9. Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

*Sap*.15.1. Tu autem Deus noſter ſuauis et verus es,et patiens,et in miſericordia diſponens omnia.Etenim ſi péccauerimus,tui ſumus,ſcientes magnitudinem tuam: et ſi non peccauerimus,ſcimus quoniam apud te ſumus computati.

*Eccleſ*.18.12. Miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericordia autem Dei ſuper omnem carnem.

*Eſa*.16.5. Et præparabitur in miſericordia ſolium.

*Ionæ*.4.2. Scio enim,quia tu Deus clemens,et miſericors es,patiēs et multæ miſerationis,et ignoſcens ſuper malitiam.

*Matth*.18.14 Non eſt voluntas ante patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.

*Epheſ*.2.4. Deus autem qui diues eſt in miſericordia.

### *Salutaris mærentes conſolando.*

*Pſal*.32.22. FIat miſericordia tua Domine ſuper nos,quemadmodū ſperauimus in te.

85.5. Quoniam tu Domine ſuauis & mitis.

102.11. Quoniam ſecundum altitudinem cœli à terra,corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

13. Quomodo miſeretur pater filiorum.

*Sapi*.4.15. Quoniam gratia Dei,et miſericordiam eſt in ſanctos eius et reſpectus in electos illius.

*Eccleſ*.35.26 Specioſa miſericordia dei in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

*Eſaiæ*.63. 7. Miſerationum Domini recordabor.

64.6. Et nunc Domine pater noſter es tu,nos vero lutum:et fictor noſter tu,et opera manuum tuarum omnes nos.

66.13. Quomodo ſi cui mater blanditur,ſic ergo cōſolabor vos: Videbitis



Videbitis,& gaudebit cor veſtrum. *Ibid*.14.

Benedictus Deus & pater. Vide conſolatio. 1.*Cor*.1.4.

### *Peccantes expectando.*

ET miſereris omnium, quia. &c. Vide Longanimitas *Sapien*.11.24

Pro pterea expectat,vbi ſupra. *Eſaiæ*.30.18.

Fzpandi manus,vbi ſupra. 65.2.

Nolo mortē morientis, dicit Dn̄s Deus,reuertimini & viuite. *Ezech*.18.32.

Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. *Lucæ*.9.56.

### *Reuertentes ſuſcipiendo.*

PIus enim & clemens eſt Dn̄s Deus veſter,& non auertet faciem ſuam à vobis,ſi reuerſi fueritis ad eum. 2.*Para*.30.9.

Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum ſuorum. *Ibid*.18.

Si penitētiam non egerimus incidemus in manus Domini.Quanta enim maieſtas ipſius eſt,tanta eſt & eiuſdem miſericordia. *Eccleſ*.2.22.

Quàm magna miſericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad ſe. 17.28.

Ad punctum in modico dereliqui te,& in miſerationibus magnis cōgregabo te.In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te,& in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui,dixit redemptor tuus Dominus. *Eſaiæ*. 54. 7.

Si dimiſerit vir vxorem &c.(Vide in tit.Conuerſio) *Ierem* 3.1.

### *Miſericordiæ opera proximo exhibenda.*

DIxitq; Saul Cynæo:Abite, recedite, atque diſcedite ab Abimelech,ne forte inuoluam te cum eo,tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſrael, cum aſcenderent de Aegypto. 1.*Reg*.15. 6

Ea tempeſtate erat ibi propheta Dn̄i,nomine Obed: qui egreſſus obuiā exercitui venienti in Samariā dixit eis:Ecce iratus Dn̄s Deus patrum veſtrorum contra Iudam,tradidit eos in manibus veſtris & occidiſtis eos atrociter, ita vt ad cœlū pertingeret veſtras crudelias 15. Steterūtq; viri quos ſupra memorauimus & apprehendentes captiuos, omneſq; qui nudi erant,veſtierunt de ſpoliis, cumq; veſtiiſſent eos & calceaſſent,& refeciſſent cibo & potu,vnxiſſentque propter laborem,& adhibuiſſet eis curam,quicunq; ambulare non poterant,&erant imbecillo corpore,impoſuerunt eos iumentis & adduxerunt Hiericho ciuitatem palmarum ad fratres eorum,ipſique reuerſi ſunt in Samariam. 2.*Para*.28 9.

*Pſal.*111.5. Iucũdus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſer-
mones ſuos in iudicio: quia in æternum nõ commouebitur.
Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum
ſeculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

*Prou.* 14.21. Qui deſpicit proximum ſuum, peccat, qui autem miſere-
tur pauperis, beatus erit.31.

*Ecclеſ.*4.2. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pau
perem, in inopia ſua.29.

*Cap.*35.17. Non deſpiciet præces pupilli, nec viduam ſi effundat lo.
quelam gemitus.18.

*Eſaiæ.*58.7. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque indue
in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem
tuam ne deſpexeris. Oſeæ.6.11.

*Mich.*6.8. Indicabo tibi o homo quid ſit bonum: & quid Dominus
requirat à te, vtique facere iudicium & diligere miſericordiã
& ſolicitum ambulare cum Deo tuo.

*Zach.*79. Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium verum
iudicate, & miſericordiam & miſerationem facite vnuſquiſ-
que cum fratre ſuo, (tur.

*Mat.*5.13. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequẽ-

*Cap.*9.13. Euntes autem dicite quid eſt, miſericordiã volo & non ſa-
crificium, non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

*Cap.* 10.41. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem
prophetæ accipiet, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mer
cedem iuſti accipiet. Mar.9.41. Idem.

*Cap* 18.33. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut egõ
tui miſertus ſum?

*Cap.*25.41. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus
eſt Diabolo & angelis eius.

*Luc.*6.35. Veruntamen diligite inimicos veſtros, benefacite & mu-
tuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa,
& eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos
& malos.

*Cap* 10.33. Samaritanus autẽ quidam iter faciens, venit ſecus eum:
& videns eum, miſericordia motus eſt. Roma.12.13. Gallat.
6.12.

*Colloſſ.*3.12. Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera
miſericordiæ, benignitatem, humilitatẽ, modeſtiam, patien-
tiam &c.1.Timoth.5.10. Vide Eleemoſyna.

*Miſſæ ſacrificium olim prædictum & prænunciatum.*

Reſpiciam



REſpiciã vos & creſcere faciã, multiplicabimini & fir- *Leuit.* 16.9.
mabo pactũ meum vobiſcũ. Comedetis vetuſtiſſima
veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicie-
tis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non ab-
iiciet vos anima mea Ambulabo inter vos, & ero Deus ve-
ſter, voſque eritis populus meus.

Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribu *Pſal.*22.5.
lant me.

Iurauit Dominus & non penitebit eum: tu es ſacerdos in 109.4.
æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.

Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Do *Eſaiæ.*2.2.
mini, in vertice montiũ & eleuabitur ſuper colles: & fluẽt ad
eũ oẽs gentes, & ibunt populi multi & dicent: Venite & aſcẽ
damus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & do
cebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius: quia de
Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.

In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & *Cap.* 19.19.
titulus Domini iuxta terminum eius, & erit in ſignũ & in te-
ſtimoniũ Domini exercituum in terra Aegypti.

Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo *Cap.*56.7.
eos in domo orationis meæ, holocauſta eorum & victimæ
eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia domus mea.
domus orationis vocabitur cunctis populis.

Vos autem ſacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei *Cap.*61.6.
noſtri dicetur vobis, fortitudinem gentium comedetis, & in
gloriam eorum ſuperbietis.

Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſaluati fue *Cap.* 66.19.
rint ad gẽtes in mare in Aphricam, & in Lydiam tenentes ſa
gittam in Italiam & Greciam, in inſulas longè, ad eos qui
non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & an-
nuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducẽt omnes fra-
tres veſtros de cunctis gẽtibus in domum Domini, in equis
& in quadrigis, & in lecticis & in mulis, & in carrucis, ad mõ
tem ſanctum meum Hieruſalem, dicit Dominus, quomodo
ſi inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo in domum Do-
mini. Et aſſumam ex eis in ſacerdotes & Leuitas, dicit Domi
nus.

Ecce dies venient. dicit Dominus, & feriam domui Iſrael *Hierem.*31.3
& Iuda fœdus nouum &c.

In diebus illis ſaluabitur Iuda et Hieruſalem, habitabit *Cap.*33.16.
confidenter, et hoc eſt nomen quod vocabunt eũ, Dominus

 iuſtus

iuſtus noſter. Quia hæc dicit Dñs: Non interibit de Dauid vir qui ſedeat ſuper thronũ domus Iſrael, & de ſacerdotibus & de leuitis nõ interibit vir à facie mea, qui offeret holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cædat victimas omnibus diebus.

*Dan.12.11.* Et à tempore quo oblatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem dies mille ducenti nonaginta.

*Amos.9.11.* In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reedificabo apertturas murorum eius, & ea, quæ corruerunt inſtaurabo & reedificabo ſicut in diebus antiquis.

*Malac.1.10.* Quis eſt vobis qui claudat oſtia, & incendat altare meũ gratuito? nõ eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dñs exercituũ & munus non ſuſcipiã de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meũ in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus dicit Dominus exercituum.

## *Miſſæ ſacrificium per varias figuras veteris teſtamenti ſignificatum eſt.*

*Gen.14.18* AT verò Melchiſedec Rex Salem, proferens panẽ & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo qui creauit cœlum & terram.

*Cap.22.13.* Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque Poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio,

*Exod.12.5.* Erit autem agnus abſque macula, maſculus, anniculus, iuxta quem ritum tolletis & hœdum: 24. Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filiis tuis vſque in æternum.

*Cap.25.30.* Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.

*Cap.29.1.* Sed & hoc facies, & mihi in ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulum de armẽto, & arietes duos immaculatos, paneſq; azymos, & cruſtulam abſque fermento quæ conſperſa ſit oleo, Lagana quoque azima oleo lita, de ſimila triticea cũcta facies. 15. Vnum quoque arietem ſumes, ſuper cuius caput ponent Aarum & filij eius manus. Leuit.2.1.10.

*Leuit.4.22.* Si peccauerit Princeps, & fecerit vnũ è pluribus per ignorantiã, qđ in Domini lege prohibetur, & poſtea intellexerit, peccatum



peccatum ſuum, offeret hoſtiam Domino, hircum de capris immaculatum.

Sin autem nõ poterit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum, dabitque eos ſacerdoti. *Cap.5.7.*

Tollet ſacerdos puſillum ſimillæ quæ conſperſa eſt oleo, & totum thus quod ſuper ſimilam poſitum eſt, adolebitque illud in altari in monumentum odoris ſuauiſſimi Domino Cap.9.8.&c. *Cap.16.15.*

Præcipietque ei qui purificatur vt offerat, duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculumque & hyſſopum. &c. *Cap.14.4.*

Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocauſtum. *Cap.16.3.*

Pro delicto autem ſuo offeret Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij, arietem. *Cap.19.21.*

Offeret vitulum de armento, holocauſtum in odorẽ ſuauiſſimum Domino, & ſacrificium eius, ac liba vt ceremoniæ poſtulant, hircumque pro peccato. Cap.18.17. *Num.15.24.*

Et reſpondens ſacerdos ad Dauid ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum: ſi mũdi ſunt pueri, maximè à mulieribus. 1.Reg.19.6.4.Reg.4.42. *2.Reg.21.4.*

Robur autem datum eſt (ei) contra iuge ſacrificium propter peccata, & proſternetur veritas in terra, & faciet & proſperabitur. *Dan.8.12.*

## *Appellatur iuge ſacrificium.*

ET brachia ex eo ſtabunt, & pollient ſanctuarium fortitudinis: & offerent iuge ſacrificium & dabunt abominationem in deſolationem. *Dan.11.31.*

Et à tempore cum oblatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta. *Cap.12.11.*

## *Nec interibit offerens ſacrificium.*

ET de ſacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, et incendat ſacrificium, et cędat victimas omnibus diebus. 21. Et pactũ meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius qui regnet in throno eius, et Leuitæ et ſacerdotes miniſtri mei. *Hiere.33.18*

## *Miſſæ ſacrificium, à Chriſto inſtitutum.*

ET accepto pane gratias egit, et fregit et dedit eis dicẽs: Hoc *Luc.22.19.*

Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem.

*Et ab eius diſcipulis vſitatum.*

*Act.*13.2. MIniſtrantibus autem illis Domino & ieiunantibus &c.

*Miſſæ ſarificij mentionem facit Paulus.*

1.*Cor.* 10.16 CAlix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt?

*Cap.*11.13. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ & gratias agens fregit & dixit: accipite & mãducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meã commemorationem.

*Heb.*5.6. Quemadmodum & in alio loco, Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec.

*Moab filius Loth ſenioris filiæ eius. Gen.*19.37. *Contra Moabitas nõ pugnabit Iſrael. Deu.*2.8. *Factus eſt Moab ſeruiẽs Dauidi ſub tributo.*2.*Reg.*8.2. ✠ *Deficiunt Moabitæ ab Iſrael.*4. *Reg.* 1.1. ✠ *Ca* 3.5. *Irruunt latrũculi de Moab in terrã Iſrael.* 13.20. *Non ſunt admittendi in Eccleſia Dei Deu.*23.3.2. *Eſd.*13 1. *Contra Moab prophetatur. Num.*21.29. ✠ *Ca.*24.17. *Pſal.*59 10. ✠ 107.10. *Eſa.* 16.*. *Ca.*25.10. *Hier.*48.1. *Ezech.* 25.8. *Amos.* 2.1. *Sophoniæ.*2.8.

*Moloch Idolum Leui.*18.21. ✠ 20.2. *Appellatur Melchom.* 1.*Par.*20.2. *Hier.*49.1. *Amos.* 1.15. *Soph.*1.5. *De moloch. Vide item.*3.*Reg.*11.5.7.4. *Reg.*23.10.

*Morbus, vide ægritudo.*

*Monachus.*

*Deut.*23.21. & *Eccl.* 5.4. CVm voueris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.

*Prou.* 16.17. Semita iuſtorum declinat mala, cuſtos autem animæ ſuæ ſeruat animam ſuam.

1.*Cor.*9. & Omnis enim qui in agone cõtẽdit, ab omnibus ſe abſtinet.

2.*Tim.* 2.5. Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos

*Ibidem.*25. autem incorruptam.

2.*Tim.* 2. 4. Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.

*Mors eſt pœna peccati.*

*Gen.*2.17. DE ligno enim ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quocunque enim die commederis ex eo morte morieris.

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. *Cap.*3.19.

Propterea ſicut per vnum hominem peccatũ in hunc mũdũ intrauit, & ꝑ peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertrãſiit, in quo omnes peccauerunt 17. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abũdãtiã gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipiẽtes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Epheſ.2.2. Collo.2.13. *Roma.* 5.12.

Stipendia enim peccati mors. *Cap.*6.23.

Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, &c. 1. *Cor.*15. 21.

Nam quæ in delitiis eſt, viuens mortua eſt. 1.*Tim.*5.6.

Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum peccatum verò cum conſummatum fuerit; generat mortem. *Iacob.*1.15.

*Mors & certus dies mortis omni homini conſtitutus eſt.*

ET ait Dominus ad Moyſen, ecce propè ſunt dies mortis tuæ, voca Ioſue & ſtate in tabernaculo teſtimonij. *Deut.* 31.14.

En ego hodie ingredior viam vniuerſæ terræ, & toto animo cognoſcetis, quod de omnibus verbis quæ ſe Dominus præſtiturum vobis eſſe policitus eſt, vnum non prætererit incaſſum. *Ioſue.*23.14.

Breues dies hominis ſunt numerus menſiũ eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. *Iob.*14.5.

Quis eſt homo qui viuet & non videbit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi? *Pſal.* 88.49.

Noli de mortuo inimico tuo gaudere: ſciens quoniam omnes morimur, & in gaudium volumus venire. *Eccleſ.*8.8.

Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello, neque ſaluabit impietas impium. *Eccleſ.*8.8.

Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros, mortui verò nihil nouerunt amplius: nec habẽt vltra mercedem, quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. *Cap.*9.5.

Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper terram. *Eccleſ.*17.5.

O mors quã amara eſt memoria tua homini pacẽ habẽti in *Cap* 41.1.

in ſubſtantiis ſuis.Ioan.7.30.Cap.8.20.

*Roman*.5.12 Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit,& per peccatum mors:ita & in omnes homines mors pertranſiit in quo omnes peccauerunt.

*Cap*.6.23. Stipendia peccati mors

*Heb*.92.27. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori poſt hoc autem iudicium,ſic etiam Chriſtus ſemel oblatus eſt,&c.

## *Mortis hora incertiſſima.*

*Eccleſ*. 9. 12 NEſcit homo finem ſuum,ſed ſicut piſces capiuntur hamo & ſicut aues laqueo comprehenduntur,ſic capiuntur homines in tempore malo cũ eis ex tẽplo ſuperuenit (mors.)

*Matt*.24.43 Illud autem ſcitote,quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet,vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam.Idem Luc.12.39.habetur.

*Luc*.12.40. Et vos eſtote parati,quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

1.*Theſſ*.5. 2. Ipſi enim diligenter ſcitis,quia dies Domini ſicut fur in nocte,ita veniet 2.Theſſa.2.2.

*Iacob*.4.13. Tu autem quis es qui iudicas proximum? Ecce nunc qui qui dicitis,hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem,& faciemus ibi quidem annum,& mercabimur,& lucrum faciemus,qui ignoratis quid erit in craſtino.

## *Mors corporis iuſtis eſt dormitio.*

*Deut*.31. 16. DIxit Dominus ad Moyſen: Ecce tu dormies cum patrib.tuis,&populus iſte cõſurgẽs fornicabit̃ poſt deos alienos in terra ad q̃ ingreditur vt habitet & in ea ibi derelinquet me, & irritũ faciet fœdus qui pepigi cum eo.

2.*Reg*.7.12. Cumque completi fuerint dies tui(Dauid) & dormieris cum patribus tuis,ſuſcitabo ſemen tuum(.i.filium tuum)ꝙ egredietur de vtero tuo,& firmabo regnum eius.Sap.3.3. Idem Acto.13.36.

3.*Reg*.2.10. Dormiuit igitur Dauid cum patrib.ſuis , & ſepultus eſt in ciuitate Dauid.Cap.12.21.

*Cap*.11. 43. Dormiuitque Salomon cum patribus ſuis,& ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui,regnauitque Roboam filius eius pro eo.

*Cap*.14. 20. Dies autem quibus regnauit Roboam,viginti duo anni ſunt,& dormiuit cum patribus ſuis.

*Math*.9. 24. Dicebat Ieſus(veniens in domum principis recedite,nõ eſt



eſt mortua puella,ſed dormit.

Et poſt hæc dicit eis(diſcipulis ſuis)Lazarus amicus noſter dormit,ſed vado vt à ſomno excitem eum. *Ioan*.11.11.

Poſitis autem genibus clamauit(Stephanus) voce magna dicens:Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum,& cũ hoc dixiſſet,obdormiuit(in Domino)Saulus autem erat conſentiens neci eius. *Act*.7.60.

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. 1.*Cor*. 11.30.

Nolumus autem vos ignorare fratres de dormiẽtibus, vt non contriſtemini,ſicut & cæteri qui ſpem non habent. 1. *Theſ*.4.13.

## *Mortem noſtram,ſua morte diuicit Chriſtus.*

MOrte turpiſſima condemnemus eum. *Sap*.2. 20.

Præcipitabit mortẽ in ſempiternum,& auferet Dominus Deus lacrhimã,ab omni facie,& opprobriũ populi ſui auferet de vniuerſa terra,quia Dominus locutus eſt.Rom.6.9. *Eſa*.25.8.

Et nunc hęc dicit Dominus: Noli timere,quia redemi te. *Eſa*.43.1.

Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras,attritus eſt propter ſcelera noſtra. 53.5.

Et ipſe peccata multorum tulit. *Ibidem*.12.

Et cum ſceleratis reputatus eſt. *Eſaia*.53. 12.

De manu mortis liberabo eos,& de morte redimam eos ero mors tua ô mors,morſus tuus ero inferne,conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis. *Oſee*.13.14.

Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem,tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt,abſorpta eſt mors in victoria. 1.*Cor*.15.54

Charitas enim Chriſti vrget nos,æſtimantes hoc quoniã ſi vnus pro omnib.mortuus eſt,ergo omnes mortui ſunt.Et pro omnib.mortuus eſt Chriſtus,vt & hi qui viuunt , iam nõ ſibi viuant,ſed ei,qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. 2.*Cor*. 5. 14

Deus autẽ qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatẽ ſuam,qua dilexit nos cùm eſſemus mortui peccatis cõuiuificauit nos in Chriſto,cuius gratia eſtis ſaluati,& conreſuſcitauit,cõſedere fecit in cœleſtib. in Chriſto Ieſu. *Epheſ*.2.4.

Manifeſtum eſt autem nunc per illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidem mortẽ,illuminauit aũt vitã & incorruptionem per euangeliũ Heb.2. 14. 2.*Tim*.1. 10.

Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis,vt nos offerret Deo mortificatos quidẽ carne,viuificatos autem ſpiritu. 1.*Pet*.3.18.

*Apoc.21.4.* Abſterget Deus omnem lachrimam ab oculis eorum,& mors vltra non erit,neque luctus,neque clamor, neque dolor erit,vltra,quæ prima abierunt.

*Mors gratiæ vitia extirpat.*

*Roman.6.2.* QVid ergo dicemus?Manebimus in peccato vt gratia abũdet?Abſit.Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?An ignoratis fratres,&c.

*Ibidem.* 11. Ita& vos exiſtimate vos mortuos quidẽ eſſe peccato,viuẽtes aũt Deo in Chriſto Ieſu. Nõ ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcentiis ei⁹.

2.*Cor.*4.10. Sẽper mortificationẽ Ieſu in corpore noſtro circũferẽtes,

11. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum,vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra.

*Galat.*2.20. Viuo autem,iam non ego,viuit verò in me Chriſtus.

*Colloſ.*3.5. Mortificate ergo membra veſtra,quę ſunt ſuper terram.

*Vitam præſtat.*

*Roma.*6.5. SI enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius,ſimul& reſurrectionis erimus.

*Ibidem.*8. Si autem mortui ſumus cum Chriſto,credimus,quia ſimul etiam viuemus cum illo.

*Colloſſ.*3.3. Mortui enim eſtis,& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.Cùm autem Chriſtus apparuerit vita veſtra,tũc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.

2.*Tim.*2.11. Nam ſi commortui ſumus & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus,& conregnabimus.

*Mortem qui ſibi intulerint.*

*Iudic.*9.54. QVi(ſcilicet Abimelech cuius caput quædam mulier fragmine molæ illiſerat ex turri quadam excelſa in quam confugerant viri & mulieres ab Abimelech)vocauit cito armigerum ſuum & ait ad illum: Euagina gladiũ tuũ & percute me,ne fortè dicar quod à fœmina interfectus ſũ.

*Cap.*16.29. Et apprehendens(Samſon)ambas columnas, quibus innitebatur domus:alteram earum dextera,& alteram læua tenens ait:Moriatur anima mea cum Philiſtiim.

1.*Reg.*31.4. Saul(cùm filiis Iſrael in pugna cæſi à Philiſtiim) dixit ad armigerum ſuum,euagina gladium tuum,& percute me,ne fortè veniant incircunciſi iſti, & interficiant me,illudentes mihi.Et noluit armiger eius,fuerat enim nimio terrore perterritus,arripuit itaque Saul gladium ſuum, & irruit ſuper eũ,Quod cùm vidiſſet armiger eius q; mortuus eſſet Saul, irruit etiã ipſe ſuper gladium ſuum & mortuus eſt cum eo.

Porrò Achitophel videns quod non fuiſſet factum conſilium ſuum,ſtrauit aſinum ſuum,ſurrexitque & abiit in domum ſuam: & diſpoſita domo ſua,ſuſpendio interiit,& ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. 2.*Reg.*17.23.



Videns autem Zambri quod expugnanda eſſet ciuitas (Therſa)ingreſſus eſt palatium,& ſuccendit ſe cum domo regia & mortuus eſt in peccatis ſuis quæ peccauerat & faciẽs malum coram Domino,& ambulans in via. Ieroboam & in peccato eius quo fecit peccare Iſrael. 3.*Reg.*16.18.

Sed ab hoc accuſatus(Ptolomæus)ab amicis apud Eupatorem,cum frequẽter proditor audiret eo quod Cyprũ creditam ſibi à Ptolomitore deſeruiſſet & ad Antiochum nobilem trãſlatus,etiam ab eo receſſiſſet,veneno vitam finiuit. 2.*Mac.*10.13

Suggerẽte Alchimo q̃ ſummũ deſtitutus erat ſacerdotio, *Cap.*14. ✠ Nicanor in Iudæos miſſus à rege Demetrio , auditis Iudæ præclaris facinorib.amicitiã cũ eo contraxit, q̃ poſt modũ rege cogẽte ſoluẽs dum Iudã nequit cõprehẽdere,tẽpli minatur euerſionẽ, & ſenẽ Raziã Iudæum magnanimum apprehẽdere conatum:qui dum ab hoſtib. iã ſe capiẽdum videret,elegit potius cõſtãtiſſimo animo ſibi mortẽ inferre, quã indigna pati ab hoſtib.in quos propriis manibus ſua inteſtina proiecit 41. Turbis autẽ irruere in domũ eius & ianuã diſrumpere atq; ignẽ admouere cupiẽtib. cũ iã cõprehẽderetur,gladio ſe petiit &c. (ſe ſuſpendit(Iudas.)

Et proiectis argẽteis in templo,receſſit,& abiens laqueo *Matth.*27.5.

Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis,& ſuſpẽſus crepuit medius:& diffuſa ſunt omnia viſcera eius. *Act.*1.18.

*Mortuos lugere quatenus permittatur & prohibeatur.*

ET ſuper mortuo(ait Moyſes Iſraelitis) nõ incidetis carnes veſtras,neque figuras aliquas,aut ſtigmata facietis vobis,ego Dominus. *Leuit.*19.28

Filij eſtote Domini Dei veſtri:non vos incidetis,nec facietis caluitiũ ſuper mortuo. *Deut.*14.1.

Fleueruntque eum(Moyſen mortuum)filij Iſrael in campeſtribus Moab,triginta diebus,& completi ſunt dies planctus lugentium Moyſen. *Cap.*34.8.

Apprehendens autem Dauid veſtimenta ſua ſcidit,omnéſque viri qui erant cum eo:& planxerunt & fleuerunt,& ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul,& ſuper Ionathã filium eius,& ſuper populũ Domini,& ſuper domũ Iſrael, eo quod corruiſſent gladio. 2.Reg.1.11.

Cumque ſepeliſſent Abner& Hebron,leuauit Rex Dauid *Cap.*3.32.

vocem

vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner fleuit autem & omnis populus.

Cap. 10. 2. Dixitq; Dauid: faciam miſericordiam cum Hanon filio Naas, ſicut fecit pater eius mecum miſericordiam. Miſit ergo Dauid cõſolans eũ per ſeruos ſuos ſuper patris interitu.

Cap. 16. 12. Deprecatuſq; eſt Dauid Dominũ pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram.

Cap. 14. 2. Ioab filius Saruiæ miſit thecuam, & tulit inde mulierem ſapientem, dixitque ad eam: Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo, vt ſis quaſi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum (Abſalon.)

Cap. 19. 1. Nunciatum eſt autem Ioab quod Rex Dauid fleret & lugeret ſuum filium, & verſa eſt victoria in luctum, in die illo omni populo, audiuit enim populus in die illa dici, dolet Rex ſuper filio ſuo.

Eccleſ. 22. 10. Super mortuum plora, defecit enim lux eius, & ſuper fatuum plora, defecit enim ſenſu.

Cap. 38. 16. Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium contege corpus illius & non deſpicias ſepulturam illius.

Mach. 9. 20. Et fleuerunt eum omnis populus (ſcilicet Iudã occiſum) Iſrael plantu magno, & lugebant dies multos.

Cap. 12. 52. Illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda: & planxerunt Ionatham, & eos qui cũ ipſo erant valde, & luxit Iſrael luctu magno. Item. Cap. 13. 26.

Matth. 9. 23. Et cùm veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat, recedite.

Luc. 7. 13. Quam (viduã. ſ. cuius filius vnicus erat mortuus) cũ vidiſſet Dñs, miſericordia motus ſuper eã, dixit illi noli flere.

Ioan. 11. 33. Ieſus ergo vt vidit eã (Martham ſororẽ Lazari) plorantem, & Iudæos qui venerãt cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum.

Act. 8. 2. Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.

Cap. 9. 39. Exurgens aũt Petrus, venit cũ illis (cũ duobus viris eum rogãtibus vt veniret cũ illis) & cũ aduenisset, duxerunt illum in cænaculum: & circũſteterunt illũ, oẽs viduæ flentes & oſtendentes ei tunicas & veſtes quas faciebat illis dorcas

1. Theſ. 4. 13. Nolumus autẽ vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent.

*Mortui reuocantur ad vitam.*

Et



ET clamaui ad Domnium (Elias) et dixi Domine *Deus* meus. Etiamne viduã apud quam ego vtcũq; ſuſtentor affixiſti vt interficeres filiũ eius etc. 22. Et exaudiuit Dominus vocẽ Eliæ, et reuerſa eſt anima pueri intra eũ et reuixit 3. Reg. 17. 20

Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum, et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius, egreſſuſq; clauſit oſtium ſuper ſe, et ſuper puerũ: et orauit ad Dominũ etc. 36. Et ille vocauit Giezi et dixit ei: voca Sunamitidẽ hanc (viduam) quæ vocata, ingreſſa eſt ad eum: Qui ait: Tolle filium tuum. 4. Reg. 4. 33.

Quidã autem ſepelientes hominem viderunt latrũculos et proiecerunt cadauer in ſepulchrum Eliſei, quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, et ſtetit ſuper pedes ſuos. Cap. 13. 21.

Vt eiecta eſſet turba, intrauit et tenuit manum eius, et ſurrexit puella. (ſcilicet filia principis) Matt. 9. 25.

Et multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerũt. (ſcilicet in paſſione Chriſti.) Cap. 27. 52.

Et tenens manũ puellæ, ait illi (Ieſus) Thalita cumi, quod eſt interpretatum puella (tibi dico) ſurge: et confeſtim ſurrexit puella, et ambulabat (ſcilicet filia Iairi Archiſinagogi (Idẽ Luc. 8. 54. Mar. 5. 41.

Quã (viduã) cum vidiſſet Dominus miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: noli flere. Et acceſſit, et tetigit loculum. Hi autẽ qui portabãt, ſteterunt: Et ait: Adoleſcens tibi dico ſurge, et reſedit qui erat mortuus, et cœpit loqui, et dedit illum matri ſuæ. Luc. 7. 13.

Voce magna clamauit Ieſus: Lazare veni foras, et ſtatim prodiit: qui fuerat mortuus ligatus pedes et manus, inſtitit et facies eius ſudario erat ligata. Ioan. 11. 44.

Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit, et conuerſus ad corpus dixit: Thabita ſurge, at illa apparuit oculos ſuos, et viſo Petro, reſedit Act. 9. 40.

Ad quã (adoleſcentem Eutichũ cadentem à tertio cœnaculo) cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum, et cõplexus dixit: nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt. Cap. 20. 10.

*Mors eſt conſolabilis miſeris.*

MOritur doctus ſimiliter vt indoctus, Eccleſ. 2. 16.

Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitã, et ſimilis exitus. Sapien. 7. 5.

Melior eſt mors, quã vita amara, et requies eterna, quàm languor perſeuerans. Eccleſ. 30. 17.

O mors bonum eſt iudicium tuum, homini indigenti, et qui minoratur viribus defecto, ætate. 41. 3.

*Honorabilis*

### *Honorabilis bonis.*

Sapien.31. IVſtorum animæ in manu Dei ſunt.
4.7. Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Eccl.41.5. Noli metuere iudiciũ mortis. Memento quæ ante fuerunt, & quæ superuentura ſunt tibi. Hoc iudicium à Domino omni carni.

Eſa.5.12. Qua in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

57.1 Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, ambulauit in directione ſua.

1.Cor.5.1. Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cælis.

Phil.1.23. Coarctor autem è duobus deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

Apoc.14.13. Beati mortui qui in domino moriuntur.

### *Horribilis malis.*

Pſal.33.22. MOrs peccatorum peſſima.
Prou.11.7. Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes.
Eccleſ.8.8. Nõ eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruẽte bello, neque ſaluabit impietas impium.

Eccleſ.10.13. Cum enim morietur homo hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes.

41.1. O Mors quàm amara eſt memoria tua homini pacem habẽti in ſubſtãtiis ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus & adhuc valenti accipere cibum.

Pſal.33.21. Verè enim mors peccatorum peſſima.

### *Lamentabilis cunctis.*

Eccleſ.22.10. SVpra mortuum plora &c. Vide Lugendum.
Ezech.24.17 Ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies.

### *Mortuorum ſepultura, Vide ſepeliendi mortui.*

*Moyſes naſcitur ex Leui. Exo.*2.1.✠*Cap.*6.20.*Act.*7.20.*Percutit Ægyptum & fugit in Madian, Exod.* 2.12.15.*Accipit Sephoram* Madianiten *in vxorem. Exodi.* 2.21.*Mittitur ad Pharaonẽ in Aegyptũ.*3.10.✶*Ca.*5.1,*Ca.*6.11.7.✶8✶9✶10.*Reuertitur cum vxore & prolibus in Aegyptum Cap.*4.20.*Orat pro Pharaone* Cap.8.12.30.✠*Cap.*9.28.33.Cap.10.17. *Orat pro populo.* Ca.14.15.✠*Cap.*17.4.11.32.11.13.31.*Num.*11.2 Cap.14.13.17.✠ Cap.21.7.*Deut.*9.18.26.*Accipit primas tabulas.Exo.*31.18.*Accipit ſecundas* Cap.34.28.*In faciem eius intueri non poterat populus Iſraeliticus.* Cap 34.30.2.Cor.3.7.*Mittit exploratores in terram* Chanaam.Num.13.2.Probat *ſe à Deo eſſe miſſum.* Nu.16.28.31.*Videt terram promiſſionis & moritur* Cap.20.12.Cap.27.12.*Deut.*34.1.5.*Apparet in transfiguratione* Chriſti.Mat.17.3.*Luc* 9.30.*Commendatur. Eccl.*45.1. *Diabolus altercatur cum* Angelo *Michaeli de Moyſi corpore.Iud.*9.



### *Mulier bona Deum reuerenter honorat.*

FAllax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier autem timens Deum, ipſa laudabitur. Prou. 31. 30.

Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ. Eccl.26.24.

### *Viro humiliter obtemperat.*

MVlier diligens corona eſt viro ſuo: & putredo in oſſibus eius, qui confuſione res dignas gerit. Prou.12.4.

Mulierẽ fortẽ quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri ſui. 31.10.

Noli diſcedere à muliere ſenſata, & bona, quam ſortitus es in timore Domini, gratia enim verecundię illius ſuper aurum. Eccl.7.21.

Non zeles mulierẽ ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiã doctrinæ nequam. Non des mulieri poteſtatẽm animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. 9.1.

In tribus beneplacitum. &c. 15.1.
*Vide* Dilectio proximi.

Beatus qui habitat cum muliere ſenſata. Ibid.11.

Mulieris bonæ beatus vir: nam numerus dierum ipſius cõduplicabitur. Mulier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona, mulier bona, in parte bona timentium *Deum*, dabitur viro pro factis ſuis. 26.1.

Gratiæ mulieris ſedulę delectabit virum ſuum, & oſſa illius impugnabit diſciplina illius datum Dei eſt. Ibid.16.

Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnẽ concupiſcentiam hominum ſuperducet deſiderium. Cui credit &c. *Vide in tit.* Matrimonium. 36.24.

40.23. Vt amicus commodè congruat cum amico, vir tamen & vxor concordes vtrique præferendi ſunt.

Ephe*ſ*.5. 22. Mulieres viris &c. Vide Matrimonium.

1.Pet. 3.1. Similiter & mulieres &c. vide vt ſuprà.

## *Domum diligenter curat.*

Prou. 18. 22. QVi inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & auriet iucunditatem à Domino.

Eccle*ſ*.22. 4. Filia prudens hæreditas viro ſuo: at viuens turpiter, mœſtitiam adfert genitori.

26. 21. Sicut ſol oriens in mundo in altiſſimis Dei: ſic mulier prudens in ornamentũ domus ſuæ.

36.26. Qui poſſidet &c. Vide matrimonium.

Tit.2.4. Adoleſcentulas, vt viros ſuos diligant, vt liberos ament.

## *Proximum ædificat honeſto affatu.*

Cant. 4. 11. FAuus diſtilãs labia tua ſpõſa, mel & lac ſub lingua tua.

1. Cor.14.34. Mulieres in eccleſiis taceant: non enim eis permittitur loqui, ſed ſubditas eſſe.

1.Tim.2.11. Mulier in ſilentio diſcat cùm omni ſubiectione. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua: & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate.

## *Modeſto geſtu.*

Prou.11.16. MVlier gratioſa inueniet gloriam.

Eccle*ſ*.26.18. Mulier ſenſata & tacita non eſt immutatio eruditæ animę. Gratia ſuper gratiã mulier ſancta & pudorata.

Ibid.23. Collumnę aureæ ſuper baſes argenteas, et pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.

40.19. Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & ſuper hãc mulier immaculata computabitur.

1.Cor.7.14. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.

11.6. Vir quidẽ non debet velare caput ſuum, quoniã imago et gloria Dei eſt, mulier autẽ gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamen habere ſuper caput ſuum et propter angelos.

Ibid.13. Vos ipſi iudicate, decet mulierem non velatã orare Deũ? Nec ipſa natura docet vos: quod vir quidẽ ſi comã nutriat ignominia.



ignominia eſt illi: mulier vero ſi comã nutriat, gloria eſt illi.

Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecũdia & ſobrietate ornantes ſe, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis vel veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. 1.Tim.2.9.

Quarum non ſit extrinſecus. &c. 1.Pet.3.3.

(Vide in titul.) Matrimonium.

## *Mulier mala Deum contemnit.*

VT eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones ſuos, & relinquit ducẽ pubertatis ſuę & pacti Dei ſui oblita eſt: Inclinata eſt enim ad mortẽ domus eius, & ad inferos ſemitę ipſius. Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ. Prou.2.16.

Virũ de mille vnũ reperi: mulierẽ ex omnibus nõ inueni. Eccl.7.29.

Non eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum. Eccl.10.22.

Peccatum duxit initiũ à muliere, & per eandem oẽs morimur. 25.33.

## *Virum offendit.*

QVi expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & inſipiens. Prou. 18.22.

Melius eſt ſedere in pinna tecti, q̃ cum muliere litigioſa, quæ partem ędium habet. 21.9.

Melius eſt habitare in terra deſerta, q̃ cũ muliere rixoſa & iracunda. Ibid.19.

Tecta pſtilãtia in die frigoris, & litigioſa mulier cõparãt. 27.15.

Patrem & virum confundit audax. Eccl.22.5.

Omnis plaga triſtitia cordis eſt, & omnis malitia, nequitia mulieris. Et oẽm plagã & non plagã, videbit cordis, & omnẽ nequitiam & non nequitiam mulieris. 26.17.

Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & nõ eſt ira ſuper irã mulieris. Cõmorari leoni & draconi placebit, quã habitare cum muliere nequã. Nequitia mulieris immutat faciẽ eius, & obcęcabit vultum ſuum tanquã vrſus, & quaſi ſaccum oſtendet in medio proximorum. Ingemuit vir eius, & audiens ſuſpirauit modicum. Ibid. 22.

Breuis omnis malitia ſuper malitiã mulieris, ſors peccatorum cadet ſuper illã. Sicut aſcenſus arenoſus, in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto. Ibid.26.

Mulieris ira irreuerentia, & confuſio magna mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo. Cor humile & facies triſtis, & plaga mortis, mulier nequam. Ibid.29.

26.8. Dolor cordis,&luctus,mulier zelotypa.In mulierezeloty-pa flagellum linguæ omnibus communicans.

Coloſſ. 3.18. Mulieres ſubditę eſtote viris,ſicut oportet in Domino,

## *Proximum incendit laſciuo aſpectu.*

Prou.11.22. QVod monile aureum eſt in rictu porci, id eſt mulie pulchra& fatua.

## *Procaci affatu.*

5.2. NE intenderis fallaciæ mulieris,fauus.n. diſtillans labia meretricis,& nitidius oleo guttur eius.Nouiſſima autẽ illius amara,vt abſinthiũ:&lingua eius acuta,quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcẽdunt in mortẽ,& ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitam vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus eius & inueſtigabiles. Longè fac ab ea viam tuam,& ne appropinques foribus domus eius.

Prou.7.5. Dic ſapientiæ,ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuã,vt cuſtodiãt te à muliere extranea,& ab aliena quæ verba ſua dulcia facit.

Ibid.6. De feneſtra enim domus meæ per cancellos ꝓſpexi iuuenẽ,& video paruulos,Conſidero vecordẽ iuuenẽ qui tranſit ꝑ plateas iuxta angulũ,&prope viã illius,domus illius gradit in obſcuro,aduesperaſcẽte die,in noctis tenebris & caligine Et ecce,occurrit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula & vaga. Apprehenſumque deoſculatur iuuenem,& procaci vultu blanditur,

Ibid.21. Irretiuit eum multis ſermonibus & blanditiis labiorũ ꝓtraxit eũ.Statim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad victimã, & quaſi agnus laſciuiens & ignorans, & neſcit ꝙ ad vincula ſtultus trahatur,donec transfigat ſagitta iecur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quòd de periculo animæ illius agitur.

9.13. Mulier ſtulta & clamoſa,plenaque illecebris, & nihil omnino ſciẽs, ſedet in foribus domus ſuę ſuper ſellam in excelſo vrbis loco,vt vocaret tranſeuntes per viam , & pergentes itinere ſuo.

Ibid.16. Quis eſt paruulus,declinet ad me.Aquę furtiuę dulciores ſunt,& panis abſconditus ſuauior.

Qui enim applicabitur illi,deſcendit ad inferos,

## *Petulanti geſtu.*

Si



SI,habuerint inter ſe iurgiũ viri duo, & vnus contra alterũ rixari cœperit,volenſq; vxor alterius eruere virum ſuũ de manu fortioris, miſeritq; manum ſuã& apprehenderit verenda eius,abcindes manũ illius,nec flecteris ſuper illam vlla miſericordia Deut. 25.11.

Inueni amariorẽ morte mulierẽ,quæ laqueus venatorum eſt,& ſagena cor illius. Vincula ſunt manus illius. Eccl.7.27.

Manus debiles,& genua diſſoluta mulier:quæ non beatificat virum ſuum. 25.32.

Sicut bonũ iugũ,quod mouetur:ita & mulier nequã. Qui tenet illam quaſi qui apprehendit ſcorpionẽ.Mulier ebrioſa ira magna & contumelia & turpitudo illius non tegetur. 26.10.

Omnem maſculum excipiet mulier. (Multa inuenies in tit) *Fornicatio.* 36.23.

## *Domum deſtruit.*

SApiens mulier ædificauit domũ ſuam , inſipiens extructã quoque manibus deſtruet. Pro.14.1.

Vir qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum, qui autẽ nutrit ſcortum,perdit animam ſuam. 29.3.

## *Mulier mala ſummè cauenda.*

QVia mandatum lucerna eſt. Vt cuſtodiant te à muliere mala,& à blãda lingua extraneæ. Non concupiſcat &c.(Vide) *Concupiſcentia.* 6.24.

Nunquid poteſt &c.(Vide) *Adulterium.*

Os ſcorti profundus eſt hiatus in quem cadet, cui Dominus iraſcitur. 6.27. 22.14.

Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam. 31.3.

Vinum & mulieres &c.(Vide) *Ebrietas.* Eccl.19.2.

Bonum eſt homini mulierem non tangere. 1.Cor.7.1.

Adoleſcentiores autem viduas deuita. 1.Tim. 5.11.

## *Solicitè cuſtodienda.*

VXorem ex ſententia nactus, ne repudies : nec te permittas odioſé. Eccl.7.28.

Non des mulieri poteſtatem animę tuę,ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. 9.2.

Non des aquæ tuę exitũ,nec modicum,nec mulieri nequã veniam prodeundi.Si non ambulauerit ad manum tuã,confundit te in conſpectu inimicorum.A carnibus tuis abſcinde eam nec ſemper te abutatur. 25.34.

42.6. Super mulierem nequam bonum eſt ſignum. Super filiã
&c.(Vide)Filius.

Mich.7.5. Ab ea,quæ dormit in ſinu tuo,cuſtodi clauſtra oris tui.

## *Mundi amicitia à Deo auertit.*

Pſa.4.3. FIlij hominũ vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendacium?

Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè.

30.7.
52.6. Quoniã Deus diſſipabit oſſa eorũ, qui hominibus placẽt.

Eſai.51.6. Leuate in cęlũ oculos veſtros,& videte ſub terra deorſum quia cæli ſicut fumus liqueſcent: & terra,ſicut veſtimentum attereturur:& habitatores eius,ſicut hæc interibunt.Salus autẽ mea in ſempiternum erit.

Luc.6.26. Væ cũ benedixerint vobis omnes homines:ſecundũ hęc enim faciebant prophetis patres eorum.

Ioan.14.16. Et ergo rogabo patrẽ & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcũ in æternũ,Spiritum veritatis quẽ mundus non poteſt accipere.quia non videt eum,nec ſcit eum.

Ioan.15.18. Si mundus vos odit,ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret.Quia vero de mũdo nõ eſtis,ſed ego elegi vos de mũdo,propterea odit vos mundus.

2.Tim.2.4. Nemo militans Deo,implicat ſe negocijs ſecularibus vt ei placeat,cui ſe probauit.

Iaco.4.4. Adulteri neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei: Quicunque ergo voluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur.

1.Ioan.2.15. Nolite diligere mundum,neque ea quę in mundo ſunt. Si quis diligit mundum,non eſt charitas patris in eo.

## *Lætitia modum peruertit.*

1.Cor.6.7. QVi vtuntur hoc mundo:tanquam non vtantur:præterit enim figura huius mundi.

1.Ioan.2.31. Mundus tranſit,& concupiſcentia eius.

3.1. Propter hoc mundus non nouit vos , quia non nouit eũ.

## *Mundi malitiam fides ſubuertit.*

2.Pet.1.3. QVi vocauit nos propria gloria & virtute per quẽ maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit,vt per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.

1.Ioan.2.16. Omne quod in mundo,concupiſcentia carnis eſt.

Omne



Omne quod natum eſt ex Deo,vincit mundum. 5.4.

Quis eſt autem qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei. 5.

## *Vide contemptus mundi.*

## *Mundities cordis:*

INnocens manibus & mundo corde qui non accipit in vano animam ſuam,nec iurauit in dolo proximo ſuo,hic accipiet benedictionem à Domino.&c. Pſal.23.4.

Cor mundum crea in me Deus & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. 50.12.

Quia bonus Iſrael Deus,hiis qui recto ſunt corde. 72.1.

Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt: Matt.5.8.

Animas veſtras caſtificãtes,in obediẽtia charitatis,in fraternitatis amore ſimplici ex corde inuicẽ diligite attentius. 1.Pet.1.22.

## *Mundities exterior & interior commẽdatur.*

VÆ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia mũdatis qđ de foris eſt calicis in paropſidis, intus aũt pleni eſtis rapina & immundicia.Idem Luc 11.19. Mat.25.25.

Has erigo habentes promiſſiones chariſſimi,mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus , perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2.Cor.7.1.

## *Imperatur.*

NOlite contaminare animas veſtras. Leuit.11.43.

Docebitis ergo filios Iſrael,vt caueãt inmundicias & non moriantur in ſordibus ſuis. 15.31.

Perfectus eris,& abſque macula cum Deo tuo. Deut.18.13.

Lauamini,mundi eſtote. Eſa.1.16.

Laua à malitia etc.(Vide Cogitatio. Ierem.4.14.

Propter quod exite de medio eorum & ſeparamini, dicit Dñs,& immundũ ne tetigeritis:& ego recipiã vos,& ero vobis in patrem,& vos eritis mihi in filios & filias. 2.Cor.6.17.

## Remuneratur.

SAluabitur innocẽs, ſaluabitur aũt mũdicia manuũ ſuarũ. Iob.22.30.

Et ero immaculatus cum eo.Et retribuet mihi Dñs ſecundum innocentiã meam , & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Pſal.37.24.

Quis aſcendet in montem Domini? Innocens manibus & mundo corde. 23.4.

Nouit Dominus dies immaculatorum. Non confundentur in tempore malo,& in tempore famis ſaturabuntur. 36.18.

Nn 3 Non

83.12. Non priuabit bonis eos,qui ambulant in innocentia.
118.1. Beati immaculati in via.
*Ibidem.* 80. Fiat cor meum immaculatum.
*Prou.*21.8. Peruerſi via viri aliena eſt à Deo:mundi autẽ opus rectũ
*Prou.*22.11. Rex amicus eius eſt,qui diligit cordis mũditiam, & gratiam labiorum.
*Matth.*5. 8. Beati mundi corde,quoniam ipſi Deum videbunt.
*Ephe.*1.4. Sicut elegit nos in ipſo,ante mundi conſtitutionem,vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate.
2.*Tim.*2. 21. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis,erit vas in honorem ſanctificatum & vtile Dño,ad omne opus bonum paratum
*Apoc.*7. 14. Hi ſunt,qui venerunt de tribulatione magna,& lauerũt ſtolas ſuas,& dealbauerunt eas in ſanguine agni,ideo ſunt ante tronum Dei.
22.14. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

## *A Deo datur.*

*Iob.*4.17. NVnquid homo Dei comparatione iuſtificabitur,aut fauore ſuo purior erit vir?
9.30. Si lotus fuero quaſi aquis niuis,& fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ,tamen ſordibus intinges me.
14.4. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?Nónne tu qui ſolus es?
15.14. Quis eſt homo,vt immaculatus ſit,& vt iuſtus appareat natus de muliere?Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis,& cœli non ſunt mundi in conſpectu eius.
*Eccleſ.*34.4. Ab immundo quid mundabitur, & à mendace quid verum dicetur.
*Eſai.*4.4. Si abluerit Dñs ſordes filiarum Sion,& ſanguinem Hieruſalẽ lauerit de medio eius,in ſpũ iudicij,&ſpiritu ardoris.
*Iere.*33.7. Et conuertam cõuerſione Iuda,& emundabo illos ab omni iniquitate ſua qua peccauerunt mihi & propitius ero cũctis iniquitatibus eorum.
*Ezech.*16. 9. Et laui te aqua,& emundaui ſanguinem tuum ex te,& vnxi te oleo.
24.22. Multo labore ſudatũ eſt,& non exiuit de ea nimia rubigo eius,neq; ꝑ ignẽ immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & nõ eſt mũdata à ſordib.tuis.Sed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciã indignationẽ meã in te.
1.*Cor.*6.11. Et hæc aliquãdo q̃dẽ fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,



Chriſti & in ſpiritu Dei noſtri.
Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus , perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2.*Cor.*7.1.
Non enim vocauit nos Deus in immunditiam;ſed in ſanctificationem. 1.*Theſſ.*4.7.
Qui cum ſit ſplendor gloriæ,& figura ſubſtãtiæ eius,portanſque omnia verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorũ faciens,ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. *Heb.*1.3.
Si enim ſanguis hircorum & taurorum,& cinis vitulæ aſperſus,inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis,quanto magis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo,emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortis,ad ſeruiendum Deo viuenti? 9.13.
Qui dilexit nos,& lauit nos à peccati. noſtris ĩ ſãguine ſuo *Apoc.*1.5.

## *Munditia ficta acriter reprobatur.*

AVdite & intelligite.Nõ ꝙ intrat in os coinquinat hominẽ,ſed quod procedit ex ore,hoc coinquinat hominem. *Matth.*15.11
Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ,q̃a mundatis,q̃d deforis eſt calicis,& paropſidis:intus autem pleni eſtis rapina & immũditia.Phariſæe cæce, mũda prius,q̃d intus eſt calicis & paropſidis,vt fiat & id quod deforis eſt mundum. 23.25.
Phariſæi enim , & omnes Iudæi,niſi crebrò lauerint manus,nõ mãducãt,tenẽtes traditionẽ ſeniorum,& à foro veniẽtes niſi baptizẽtur,nõ comedunt.Et alia multa ſunt,quæ tradita ſunt illis ſeruare,baptiſmata calicum,& vrceorum & æramentorum,& lectorum. *Mar.*7.3.
Nunc vos phariſæi,quod deforis eſt calicis,& catini mũdatis:quod autem intus eſt veſtrum,plenum eſt rapina & iniquitate.Veruntamen quod ſupereſt,date eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis. *Luc.*11.39.

## *Munera.*

Donec accipiant,obſculantur manus dantis & in promiſſionibus ſuis humiliant voces ſuas,in tempore retributionis poſtulabunt tempus. *Eccleſ.*29. 5.
Cùm dederis,ne improperes. 41.28.
Vbi manus multæ ſunt,claude,& quodcunque trades,numera & appende.Datum verò,& acceptum omne deſcribe; 42.7.
Vide, *Dona,& iudicium humanum.*

*Murmuratores quos imitentur & quæ illis pœna m etuenda.*

Exod.14.11. DIxerũt ad Moyſen (filij Iſrael vidẽtes Pharaonẽ & Ægyptios appropinquare illos) forſitan non erant ſepulchra in Ægypto, ideo duxiſti nos vt moreremur ĩ ſolitudine, quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex Ægypto

Cap.15.24. Et murmurauit popul⁹ (Iſrael) cõtra Moyſẽ dicẽs q̃d bibem⁹

Cap. 16.7. Mane videbitis (dixerunt illis Moyſes & Aaron) gloriã domini. Audiui enim murmur veſtrum contra dominum, nos verò quid ſumus quia muſſitaſtis contra nos, & ait Moyſes. Dabit vobis dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate eo quod audierit murmurationes veſtras, quib. murmurati eſtis contra eum: nos enim quid ſumus nec cõtra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.

Matt. 17.2. Qui iurgatus (populus Iſrael) contra Moyſen ait: da nobis aquam vt bibamus, quibus reſpondet Moyſen, quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum?

Num.11.1. Interea ortum eſt murmur populi quaſi dolẽtium ꝓ labore cõtra Dñm, quòd cùm audiſſet Dominus iratus eſt, & accẽſus in eos ignis Domini deuorauit extremã caſtrorũ ptẽ.

Cap.12.9. Iratuſque (Moyſes) cõtra eos (Aronẽ & Mariã) abiit nubes quoque receſſit quæ erat ſuper tabernaculum, & ecce maria apparuit candẽs lepra quaſi nix (ſcilicet in pœnam peccati.)

Cap.21.5. Cur eduxiſti nos de Æg pto vt moreremur in ſolitudine? deeſt panis, nõ ſunt aquæ, anima noſtra iã nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, quamobrem miſit Dñs in populum ignitos ſerpentes, ad quorũ plagas & mortes plurimorũ venerunt ad Moyſen atque dixerunt Peccauimus quia locuti ſumus contra Dominum, & te, ora vt tollat à nobis ſerpẽtes

Deut.1.27. Murmuraſtis in tabernaculis veſtris, atque dixiſtis, odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de terra ægypti vt traderet nos in manu Amorrhei atque deleret.

Sap.1.11. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit, os autem quod mẽtitur occidit animã.

Cap. 20.12. Hij nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei & æſtus.

Luc.15.2. Et murmurabã Phariſæi & ſcribæ dicentes, quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. ca. 19.7.

Ioan.6.41. Murmurabãt ergo Iudęi de illo q̃a dixiſſet, ego ſum panis q̃ de cælo deſcẽdi &c. 43. Reſpõdit ergo Ieſus & dixit eis nolite



nolite murmurare inuicem, Actorum. 6.1.

Neque murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt & perierunt ab exterminatore. 1. Cor.10.10.

Hij ſunt murmuratores quærulosi, ſecundum deſideria ſua ambulantes & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas queſtus cauſa. Iudæ.16.

*Mutuatio fructuoſa.*

SI vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quã Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit, non obdurabis cor tuum nec cõtrahes manum: ſed aperies eam pauperi: & dabis mutuum, quo eum indigere perſpexeris. Deut.15.

Volenti mutuare à te ne auertaris. Matth.5.

Si mutuum dederitis his, à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia, Mutuum date, nihil inde ſperantes & erit merces veſtra multa. Luc.6.

*Periculoſa.*

MVtuabitur peccator, & non ſoluet. Pſal.36.

Et qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœuerantis. Prou.22.

N.

*Naaman capitaneus regis Syriæ mundatur à lepra, 4. Reg.* 5.14. Luce 4.27.

*Naas rex Ammonitarum pugnat contra Iabes. 1. Reg.* 11.1. *moritur.* 2. Reg. 1.2.25.

*Nabal vir gratus. 1. Reg.* 25.23.17.

*Naboth quia regi Achab vineam negabat, lapidatur* 2. (3. *Reg.* 21.2.13.

*Nabuchodonoſor potens rex Babylonis accipit imperium ſuper omnia regna.* Ier. 27.6. *inuadit* Aegyptum. 4. *Re.* 27.7. His. 46.2. *Aſcendit cõtra Hieruſalem.* 4. Reg. 24.1.10. *Ca.* 25.1. *Hie.* 39.1. *iuxta prophatiam Hie.* 25.8. *Ca.* 31.28. *Erigit auream ſtatuam. Dan.* 3.1, *habitat ſeptem annos inter feras. Ca.* 28.30. *Ingens eius ſuperbia eius amplitudo Dominij, & crudelitas explicatur. Eſai.* 14.2.8.

Nab*uzardã dux militiæ regis Babylonis deſtruit domũ Dei, muros Hieruſalem, & populũ qui remanſerat transfert cũ omnib. vaſis tẽpli in* Babylonẽ. 4. Reg. 25.8. *Hie.* 39.9.11. *Ca.* 52.12.

*Nachior auus* Abraham. *Gen.* 11.23.25.

Nadab *& Abiu igne conſummuntur. Leui.* 10.1. *Cap.* 16.1. N*um.* 3.4. *Ca.* 26.61.

*Nadab rex Iſrael* 3. *Reg.* 14.20. *cæditur.* Cap. 15.28.

*Nahaſon filius Aminadab, princeps & dux tribus Iudæ* Num.1.7.Cap.2.3.Cap.7.12.

*Nahum prædicat in* Niniue.*Nahum*.1.*.2.*.3.*.

*Nathan filius Dauidis*.2.Reg.5.14. *appellatur* Matthata Luc.3.31.

*Nathan propheta mittitur ad regẽ David*.2.Re.7.4.Ca.12.1.

*Nathaniel dux tribus Iſachar.Nu*.1.8.

*Nathaniel videtur à* Chriſto *Ioan*.1.47. *Chriſtus manifeſtat ſeipſum* Nathanieli.*cap*.21.2.Nechao *rex* Aegypti 4.*Reg*. 23. 29.2.Par.35.20.Cap.36.3.

## *Negotiatio: Vide emere & vendere.*

## *Negotiationis corporalis periculoſitas.*

Eccle.26.28. DVæ ſpecies difficiles, & periculoſæ mihi apparuerunt Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum.

27.2. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic inter mediũ venditionis & emptionis anguſtiabitur peccatis.

Ezech.28.18 In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam,

## *Aequitas.*

Prou.20.19. MAlum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cùm receſſerit, tunc gloriabitur.

1.The.4.6. Et ne quis ſuperegrediatur, neque circunueniat in negotio fratrem ſuum.

*Nehemias pincerna* Artaxerxis.2.*Eſd*.1.12.*mittitur in Iudæam ad reædificandum deſtructa.cap*.2.9.*appellatur* Atherſata.8.9.

*Nembrod potens erat & robuſtus venator*.Gen.10.8.

*Nycanor dux* Lyſiæ.1.Machab.3. 38. *& etiam dux exercitus Demetrij ca*.7.26.*comminatur ſe ſuccenſurum templum*.7.35. *cæditur* 7.43.2.*Mach*.15.28.

*Nicodemus occultus diſcipulus* Chriſti, *Ioan* 3.1.*ca*.7.50. *cap*.19.29.

*Niniue ædificatur ab* Aſſue.*Geneſ*.10.11.*pænitentiam egit de peccatis ſuis*.Ionæ 3.5.* *deſolatio & deſtructio* Niniue. Nahũ. 1.*2.*3 **Sophon*.2.13.Tob.14.5.*Stabit in iudicio & condemnabit obcæcatos* Iudæos Matth.12.41.

Nobe *inuaditur*.1.Reg.22.19.

Noe *filius Lamech, Gen*.5.30.*prædicator diuinæ iuſtitiæ*.2.Pet. 2.5.*ædificat Arcam*.Geneſ.6.* *ingreditur Arcam cap*.7.1.7. *egre-*



*greditur, cap*.8.15.*accipit ſignũ fœderis*.9.8.14.*cõmẽdatur.Eccl.* (*cap*.44.17.

*Noemi vxor Elimelech* Ruth, *Cap*.1.2.

## *Nominis Dei inuocatio fructuoſa.*

TVrris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam currit iuſtus & exaltabitur. Prou.18.10.

Omni vita tua dilige Deũ, & inuoca illũ in ſalute tua. Eccle.13.18.

Affer filios meos de lõginquo, & filias meas ab extremis terræ. Et omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriã meã creaui eum, formaui eum, & feci eum. Eſa.43.6.

Et cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. 64.6.

Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos. Iere. 14. 9.

Et erit: omnis qui inuocauerit nomẽ Domini, ſaluus erit. Ioe.2.32.Act (6.21.

Quid tu ſopore deprimeris? ſurge, inuoca Deum tuum. Ione.1.6.

Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen Domini in gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Mal.1.11.

Nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.

## *Infructuoſa.*

NOn omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatẽ patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Matt.7.21.

Et diſcedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ Dñi. 2.Tim.2.19.

## *Nominis Dei frequentatio periculoſa.*

NOn vſurpabis nomen Dei tui fruſtra. Deut.5.11.

Nominatio verò Dei.&c.(Vide) *Iuramentum*. Eccle.23.10.

Sicut ſeruus crebrò vapulãs nõ leuatur vibicibus: ita qui deierat, & nomen Dei aſſiduè vſurpat, culpa nõ vacabit. Ibidem. 11.

## *Nouiſſimorum memoria à malo reuocat.*

SI annis multis, &c.(Vide) *Gaudium*. Eccleſ.11.8.

In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. 7.40.

Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. 28.6.

## *Ad bonum incitat.*

IN die bonorũ, ne immemor ſis malorũ, & in die malorũ ne immemor ſis bonorũ, qm̃ facile eſt Deo in die obitus retri- Eccle.11.27.

retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas.

18.24. Memento iræ in die conſummationis,& tempus retributionis in conuerſatione facies.

38.21. Ne dederis in triſtitiam cor tuum,ſed repelle eam à te,& memento nouiſſimorum.

*Ibidem.* 23. Memor eſto iudicij mei,ſic enim erit,& tuum.Mihi heri, & tibi hodie. (uiſſimi tui.

*Eſa.* 47. 7. Non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neq; recordata es no-

## *Nuncius bonus.*

*Prou.* 13. 17. LEgatus autem fidelis ſanitas.

25.13. Sicut frigus niuis in die meſſis , ita legatus fidelis ei, qui miſit illum,animam ipſius requieſcere facit.

*Ibidem.* 25. Aqua frigida aīę ſitiēti,& nūcius bon⁹ de terra lōginqua.

## *Malus.*

*Prou.* 10. 26. SIcut acetum dentibus,& fumus oculis:ſic piger his,qui miſerunt eum.

13. 17. Nuncius impij cadet in malum.

26. 6. Claudus pedibus,& iniquitatē bibēs,qui mittit verba per nuncium ſtultum.

## *Nouum Teſtamentum.*

*Hiere.* 31.31. ECce dies venient dicit Dominus , & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum.

*Mat.* 26.28. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionē peccatorum. Idem verbatim habetur.Mar.14.24.Item Luc.22.20.

1.*Cor.* 11. 24. Et gratias agens fregit & dixit,accipite & māducate,hoc eſt corpus meū,quod pro vobis tradetur,hoc facite in meā commemorationem.

*Hebr.* 8.8. Vituperans enim eos dicit. Ecce enim dies veniet dicit Dominus & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum.

*Cap.* 9. 15. Et ideo noui teſtamēti mediator eſt,vt morte intercedēte in redemptionem in earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento,repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

*Cap.* 10.16. Hoc autem teſtamētum quod teſtabor ad illos poſt dies illos dicit Dominus dando leges meas in cordibus eorū,& in mētibus eorū ſuperſcribā eas,& peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.Cap.13. 20.

## *Nouū cœlum & noua terra poſt mundi innouationē.*

Ecce



ECce enim ego creo cœlos nouos & terram nouam & nō erunt in memoria priora & non aſcendent ſuper cor. *Eſai.* 65. 17.

Quia ſicut cœli noui & terra noua quæ ego facio ſtare corā me,dicit Dñs,ſic ſtabit ſemē veſtrū & nomē veſtrum. *Cap.* 66. 22.

Nouos verè cœlos,& nouam terram ſecūdum promiſſa ipſius expectamus,in quibus iuſtitia habitat. 2. *Petr.* 3. 13.

Et vidi cœlum nouum & terram nouam. *Apoc.* 21. 1.

## *Nudi veſtiendi.*

FRange eſurienti panem tuum , & egenos vagoſq; induc in domum tuam:eum videris nudū operi eum & carnē tuam ne deſpexeris.Ezec.18.7.Tob.1.17. *Eſa.* 58. 7.

Aut quando te vidimus infirmum,aut in carcere,& venimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis. Amen dico vobis, q̄diu feciſtis vni ex his fratrib⁹ meis minimis,mihi feciſtis. *Matt.* 25. 39.

*Vide miſericordia.* O

*Obed filius Boos ex Ruth.* Ruth.4.17.Matth.1.5.

## *Obediendum Deo eiuſque præceptis, & quæ obedientibus conſtituta ſit merces.*

ABraham Dei mandato parens,promiſſaque eius patria relicta,comitante Loth,Domino in Sichē ſacrificauit. *Gen.* 12. ✠

Dixit ergo Deus ad Abrahā,& tu ergo cuſtodies pactū meum,& ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. *Cap.* 17. 9.

Vocauit autem Angelus Domini Abrahā ſecundo de cœlis dicens.Per memetipſum iuraui dicit Dominus quia feciſti hanc rem,& nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me benedicā tibi & multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas cœli,& velut arenā quæ eſt in littore maris,poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.quia obediſti voci meæ. *Cap.* 22. 15.

Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ , eo q̄d obedierit Abraham voci meæ,& cuſtodierit præcepta mea, & mandata mea,& ceremonias legeſque ſeruauerit. *Cap.* 26. 5.

Si audieris (ait Dominus ad Moyſen) vocē Domini Dei tui & quod rectū eſt corā eo feceris, & obedieris mandatis eius,cuſtodieriſq; omnia præcepta illius,cunctum languorē quē poſui in Ægypto,non indicam ſuper te , ego enim ſum Dominus Deus tuus ſanator tuus. *Exod.* 15. 26.

Si ergo audieritis vocem meā,& cuſtodieritis pactū meū eritis mihi in peculiū de cūctis populis:mea eſt enim omnis terra,& vos eritis mihi in regnum ſacerdotale,& gēs ſancta *Cap.* 19.

Et

**Cap.20.6.** Et faciens miſericordiam in milia hiis qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

**Cap.23.22.** Quòd ſi audieris vocē eius,& feceris omnia quæ loquar, inimicus ero inimicis veſtris,& affligam affligentes te.

*Leui.*20.22. Cuſtodite leges meas,atque iudicia & facite ea,ne & vos euomat terra quàm intraturi eſtis,& habitaturi.

**Cap.26.3.** Si in præceptis meis ambulaueritis,& mādata mea cuſtodieritis,& feceritis ea dabo vobis pluuias tēporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum,& pomis arbores replebūtur. 11.

**Deut.4.40.** Cuſtodite præcepta eius,atq; mādata quæ ego pręcipio tibi,vt bene ſit tibi,& filiis tuis poſt te & permaneas multo tempore ſuper terram quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Cap.7.per totum.& Cap.11.per totum.

**Cap.13.4.** Dn̄m Deū veſtrū ſequimini & ipſum timete,& mādata illiꝰ cuſtodite,& audite vocē eiꝰ,ipſi ſeruietis & ipſi adhęrebitis.

**Cap.18.15.** Prophetā de gēte tua & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dn̄s Deus tuꝰ ipſum audies.&c.19.qui aūt verba eiꝰ quę loquitur in noīe meo audire noluerit ego vltor exiſtā.

**Cap.24.8.** Obſerua diligenter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quæcunque docuerunt te ſacerdotes leuitici generis, iuxta id quod præcipi eis,& imple ſollicitè. Item Cap.27.10.

**Cap.28.1.** Si autem audieris vocē Domini Dei tui,vt facias atq; cuſtodias omnia mādata eius quæ ego præcipio tibi hodie,faciet te Dn̄s Deus tuus excelſiorē cunctis gentibus quæ verſantur in terra.&c.12. Aperiet Dominus (theſaurum ſuū optimum cœlum,vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tēpore ſuo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum.

1.*Reg.*12.14. Si timueritis Dn̄m & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius,& nō exaſperaueritis os Domini,eritis & vos & rex qui imperat vobis ſequētes Dn̄m Deum veſtrum:ſi autem non audieritis erit manus Dn̄i ſuper vos & ſuper patres veſtros.

4.*Reg.*10.30 Dixit autē Dominus ad Iehu quia ſtudioſe egiſti qđ rectū erat,& placebat in oculis meis,& omnia quæ erāt in corde meo feciſti contra domum Achab,filij tui vſq; ad quartā generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael.

2.*Para.*7.17 Tu quoq; (Salomō) ſi ambulaueris corā me,ſicut ambulauit Dauid pater tuus,& feceris iuxta oīa quę pręcepi tibi & iuſtitias meas iudiciaq; mea ſeruaueris, ſuſcitabo thronū regni tui,ſicut pollicitus ſum Dauid patri tuo dicēs:nō auferetur de ſtirpe tua vir q nō ſit princeps in Iſrael,ſi aūt auerſi fueritis & reliqueritis iuſtitias meas, & p̄cepta mea quę ꝓpoſui

posui



poſui vobis,& abeūtes ſeruieritis diis alienis,& adoraueritis eos,euellam vos de terra mea,quā dedi vobis, & domū hāc quā ſanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea & tradam eam in parabolam & in exemplum cunctis populis.

Audi fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ,33. Qui autem me audierit, abſque terrore requieſcet,& abundantia perfluetur timore malo ſublato. *Prou.*1.8.

Auris quæ audit increpationes vitæ,in medio ſapientum commorabitur. Eſaiæ.55.2. *Cap.*15.31.

Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis. *Eſa.*1.19.

Vtinam attendiſſes (Increpat Dominus Iudæorū ingratitudinem,hipocriſim,atq; duritiā) mādata mea, facta fuiſſent ſicut flumen pax tua,& iuſtitia tua ſicut gurges maris, & fuiſſet quaſi arena ſemen tuum. *Cap.*48.18.

Audite vocem meam,& ero vobis in Deum,& vos eritis mihi populus,& ambulate in omni via quam mandaui vobis,vt bene ſit vobis,& non audierunt nec inclinauerunt aūrem ſuam ſed abierunt in voluptatibus ſuis & in prauitate cordis ſui mali,factique ſunt retrorſum & non in ante. &c. Idem habetur verbatim, Cap.11.4. Cap.17.24. *Hiere.*7.23.

Exemplo obedientiæ Rechabitarum præcepta patris ſui licet dura ſeruantium:expoſtulat Dominus de pertinaci Iudęorum inobedientia aduerſus ipſius pręcepta, quapropter his prænuntiat Dominus mala,illis autem bona. *Cap.*35. ✠

Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt. *Eccle.*35.7.

Cū illa adhuc diceret,ait adoleſcēs. Quem ſuſtinetis? Nō obedio præcepto regis,ſed præcepto legis,q̄ data eſt nobis per Moyſen,filius reſpōdet qđ porcinis carnibꝰ nollēt veſci. 2.*Mac.*7.30.

Ait illis. Venite poſt me & faciā vos fieri piſcatores hominū,at illi continuò relictis retibus & naui, ſecuti ſunt eum. *Matt.*4.19.

Omnis ergo qui audit verba mea hæc,& facit ea,aſſimulatur viro ſapiēti qui ędificauit domū ſuā ſupra petrā,& omnis qui audit verba mea hæc,& non facit ea,ſimilis erit viro ſtulto.&c. Cap.8.21. Cap.15.3. *Cap.*7.24.

Et ecce vox de nube dicēs,hic eſt filiꝰ meꝰ dilectꝰ in quo mihi bn̄ cōplacui,ipſū audite.ca.15.3. Lu.5.4. Io.2.7. Act.4.19 *Cap.*17.5.

Qui vos audit me audit,& qui vos ſpernit me ſpernit. *Luc.*10.16.

Et nos ſumus teſtes horū verborū & ſpiritus ſanctus quē dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Rom.16.19. *Act.*5.32.

Humiliauit ſemetipſū factus obediēs vſque ad mortem mortē aūt crucis 12. Itaq; chariſſimi (ſicut ſemper obediſtis) nō in præſentia mei tantū,ſed multo magis nūc in abſentia *Philip.*2.8.

mea cum metu & tremore operamini veſtram ſalutem.

1.Petr. 1. 22. Animas caſtificantes in obedientia charitatis & fraternitatis amore, ſimplici ex corde inuicem diligite attentius.

Iacob. 1. 22. Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum fallentes vosmetipſos.

*Perſeueranter.*

Deut. 5. 28. QVod cum audiſſet Dominus, ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius, quæ locuti ſunt tibi. Bene omnia ſunt locuti. Quis det talem eos habere mentem, vt ti meant me & cuſtodiant vniuerſa mādata in omni tempore, vt bene ſit eis, & filiis eorum.

*Ob mali deuitationem.*

1.Reg.15. 22. NVnquid vult Dominus holocauſta & victimas & non potius vt obediatur nomini Domini? Melior eſt enim obedientia quàm victimæ, & auſcultare magis, quàm offerre adipē arietum: quoniā quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.

Prou.1.24. Quia vocaui & renuiſtis, extēdi manum meam, & nō fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis.

Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo cū vobis id quod timebatis aduenerit.

Eſai. 1. 20. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis gladius deuorabit vos.

Ieremi.35.13 Nunquid non accipietis diſciplinam, & obediatis verbis meis dicit Dominus?

*Boni conſequutionem.*

Deut.11.27. EN propono in conſpectu veſtro hodie benedictionē & maledictionem. Benedictionē, ſi obedieritis mandatis Dei veſtri, maledictionē ſi non audieritis.

Prou.1.32. Qui autē me audierit abſque terrore requieſcet & abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.

3.21. Cuſtodi legem meam, atque conſilium meum: & erit vita animæ tuæ.

15.28. Mens iuſti meditabitur obedientiam.

Eſaie.1.19. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.

55.2. Audite audientes me, & comedite bonum. Inclinate aurē veſtram & venite ad me, audite, & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum.

Vide



*Vide ſubditorum officium.*

*Oblatio omnis debet eſſe ſine vitio aut macula.*

SI holocauſtum fuerit eius oblatio ac de armēto maſculū immaculatum offeret ad oſtium tabernaculi teſtimonij ad placandum ſibi Dominum. Leuit.1.3.

Quod ſi hoſtia pacificorū fuerit eius oblatio, & de duobus voluerit offerre, marem ſiue fœminā immaculata offeret coram Domino. Cap.22.19. Cap.3.1.

Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos, quotidie in holocauſtū ſēpiternū. 31 Præter holocauſtum ſempiternum & liba eius, immaculata offeres omnia cum libationibus ſuis. Num. 28. 3.

Sin autem habuerit maculā, & vel claudum fuerit vel cæcum, aut in aliqua parte deforme aut debile, non immolabitur Domino Deo ſuo. Deut.15. 21.

Noli offerre munera praua, non enim ſuſcipiet illa. Eccl. 35. 14.

Cumque cōpleueris expians illud, offeres vitulū ad armēto immaculatum, & arietem de grege immaculatum. Ezech.43.23

Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino, quia rex magnus ego dicit Dominus exercituum, & nomen meū horribile in gentibus. Malach.1.14

*Oblationes Deo gratæ cælitus accenduntur.*

ABel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, & reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius. Cap.8.20. Gen.4.4.

Cecidit autem ignis Domini & vorauit holocauſtum & ligna & lapides, puluerem quoque & aquam quæ erat in aquæductu lābens. 3.Reg.18.38

Et ædificauit ibi altare Domino, obtulitque holocauſta & pacifica, & inuocauit Dominum & exaudiuit eum in igne de cælo ſuper altare holocauſti. 1.Par.21 26.

Cumque compleſſet Salomon fundens preces, ignis deſcendit de cælo & deuorauit holocauſta, & victimas, & maieſtas Domini impleuit domum. 2.Par.7.1

Sicut & moyſes orabat ad Dominum, et deſcendit de igni de cælo, & conſumpſit holocauſtum. 2.Mach.2.10

*Oblationes quotidianæ.*

HOc eſt qđ facies in altari. Agnos anniculos duos p̄ ſingulos dies iugiter, vnum agnū manè, & alterū veſpere. Exo. 29. 38.

Num.28.3. Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis, agnos anniculos
immaculatos duos, quotidie in holocauſtum ſempiternũ.
1.Eſdræ.3.2.

## *Oblationes propriorum filiorum.*

Leuit.18.21. DE ſemine tuo non dabis vt conſacretur idolo Moloch,
nec polues nomen Domini Dei tui.

Cap.20.2. Hæc loqueris filiis Iſrael,(ait Dñs Moyſi) Homo de fi-
liis Iſrael,& de aduenis qui habitant in Iſrael, ſi quis dederit
de ſemine ſuo idolo Moloch,morte moriatur: populus ter-
ræ lapidabit eum.

Deut.12.31. Non facies ſimiliter Domino Deo tuo,omnes enim abo-
minationes quas auerſatur Dominus fecerunt diis ſuis offe-
rentes filios & filias & comburentes igni.

Cap.18.10. Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum,aut filiam du
cens per ignẽ,aut qui Ariolos ſuſcitetur & obſeruet ſomnia
atque auguria.

4.Reg.3.26. Arripienſq;(rex Moab)primogenitum ſuum filium qui re
gnaturus erat pro eo,obtulit holocauſtam ſuper murũ.&c.

Cap.16.3. Sed ambulauit in via regum Iſrael, inſuper & filium ſuũ
(Achaz)conſecrauit transferens per ignem, ſecundum idola
gentium quæ diſſipauit Dominus coram filiis Iſrael. Idem
verbatim 2.Paral.28.3.

Cap.17.17. Seruieruntque Baal & cõſecrauerũt (filij Iſrael)filios ſuos
& filias ſuas,per ignem,& diuinationibus inſeruiebant,& au-
guriis,& tradiderunt ſe vt facerent malum coram Domino,
& irritauerunt eum.

Cap.21.6. Et traduxit(Manaſſes)filium ſuum per ignem & ariolatus
eſt,& obſeruauit auguria,& fecit Pithones, & aruſpices mul
tiplicauit,&c.

Pſal.105.37. Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.Eſa.
57.5.repetuntur eadem.

Hiere.7.31. Et ædificauerunt (filij Iſrael) excelſa Thophet quæ eſt in
valle filij Ennon,vt incenderent filios ſuos & filias ſuas, igni,
quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo.

Cap.19.5. Et ędificauerũt excelſa Baalim ad cõburendos filios ſuos
igni in holocauſtum Baalim quæ non pręcepi nec locutus
ſum nec aſcenderunt in cor meum.

Ezec.16.20. Et tuliſti(Ieruſalem)filios tuos & filias tuas,quas genuiſti
mihi,& immolaſti eas ad deuorandũ,nunquid praua eſt for-
nicatio tua?Immolaſti filios meos & dediſti illos conſecrans
eis,36.Item Cap.20.31.Cap.33.37.

Obla



## *Oblationum conuiuia cum gaudio celebrabantur.*

OBtulit ergo Ihetro cognatus Moyſi holocauſta, & ho- Exod.18.12.
ſtias Domino,veneruntq; Aaron & omnes ſeniores Iſ-
rael,vt comederent panem cum eo coram Deo.

Surgenteſque mane (filij Iſrael) obtulerunt holocauſta & Cap.32.6.
hoſtias pacificas,& ſedit populus manducare,& bibere,& ſur
rexerunt ludere.

Et immolabis hoſtias pacificas,comedeſque ibi,& epula- Deut.27.7.
beris coram Domino Deo tuo.

Igitur euigilauit Salomõ,& intellexit quod eſſet ſomnium 3.Reg.3.15.
cumque veniſſet Ieruſalem ſtetit coram Arca fœderis Dñi,
& obtulit holocauſta & fecit victimas pacificas,& grande cõ
uiuium vniuerſis famulis ſuis.

Et comederunt & biberunt coram Domino in die illo(in 1.Par.29.22.
ędificio templi Ieruſalem)cum grandi lætitia.

## *Oblationes impiorum.*

FActum eſt autem poſt multos Dies,vt offerret Caim de Gen.4.3.
fructibus terræ munera Domino.

Tulit autẽ de præda populus oues & boues primitias eo- 1.Reg.15.21.
rũ quę cæſa ſunt vt immolet Domino Deo ſuo in Galgalis.

Sacrificium & oblationem noluiſti,aures autem perfeciſti Pſal.39.7.
mihi,holocauſtum pro peccato non poſtulaſti.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem, vtique holo- 50.18.
cauſtis non delectaberis. (placabilia.

Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iuſtorũ Prou.15.8.

Hoſtię impiorũ abominabiles, q̃ offeruntur ex ſceleribus. Cap.21.27.

Noli inſpicere ſacrificium iniuſtũ quoniam Dominus Iu Eccl.35.15.
dex eſt,& nõ eſt apud illũ gloria perſonæ. Eſa.43.23.& 51.8.

Vt quid mihi thus de Saba,adfertis,& calamum ſuaue o- Hiere.6.20.
lentem de terra longinqua?holocauſtomata veſtra non ſunt
accepta,& victimæ non placuerunt mihi.

Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum, & ſi ob- Cap.14.12.
tulerint holocauſtomata,& victimas non ſuſcipiam ea,quo-
niam gladio,& fame & peſte conſumam eos.Oſeæ.5.6.

Hoſtias offerent,immolabunt carnes & comedent, & Dñs Oſeæ.8.13.
non ſuſcipiet eas,nunc recordabitur iniquitatis eorum,& vi
ſitabit peccata eorum,ipſi in Aegyptum conuertentur.

Quod ſi obtuleris(Iſraelitis loquitur Dominus)mihi ho Amos.5.22.
locauſtomata & munera veſtra non ſuſcipiam & vota pin_
guium veſtrorum non reſpiciam.Mich.6.7.

 Intu

Malac.1.13. Intuliſtis de rapinis claudũ & languidum,& intuliſtis munus,nunquid ſuſcipiã illud de manu veſtra dicit Dominus.

Matth.9.13. Euntes autẽ diſcite quid eſt, miſericordiã volo & non ſacrificium,non enim veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam Marc.12.33.

Heb.10.5. Idem ingrediens mundum dicit, hoſtiam & oblationem noluiſti,corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt.

## *Occultum crimen proximi non reuelandum.*

Eccle.19.10. AVdite verba aduerſus proximum tuum, commoriatur in te,fidens quoniam non te dirumpet.

Cap. 27.17. Qui denudat arcana Amici fidem perdit, & nõ inueniet amicum ad animum ſuũ.19. Quod ſi denudaueris abſcõſa illius(proximi tui)non perſequeris poſt eum. 24. Denudare autem amici miſteria,deſperatio eſt animæ infelicis.

Occidere, *vide Homicidium.*

Ochoſias *filius Ioram rex Iuda.4.Reg.8.24.fugit in Mageddo à facie Iehu,& cæditur.9.27.habet ſibi ſucceſſorẽ Ioab regem.*1.Par.3.11.

## *Occiſio hominis iuridica.*

Deut. 17. 6. IN ore duorum aut trium teſtiũ peribit, qui interficietur, Nemo occidatur,vno contra ſe dicente teſtimoniũ. Manus teſtiũ prima interficiet eum,&manus reliqua populi extrema mittetur,vt auferas malum de medio tui.

## *Fortuita.*

Num.35.22. Quod ſi fortuitu,& abſque odio,&inimicitiis quicq̃ horũ fecerit,(occiderit ferro,aut ligno,aut lapide)& hoc audiente populo fuerit comprobatum,atque inter percuſſorem,&,propinquum ſanguinis quæſtio ventilata,liberabitur innocens de vltoris manu.

Deut. 19. 4. Qui percuſſerit proximũ ſuum neſciens,& qui heri & nudiuſtertius nullum contra eum odium habuiſſe cõprobatur, ſed abiiſſe cum eo in Syluam,ad ligna cædenda,& in ſucciſione lignorum ſecuris manu elapſa amicum eius occiderit, hic ad vnam ſupradictarum vrbium fugiet,& viuet.

## *Ocium vitia nutrit.*

Eccle.33.29. MVltam enim malitiam docuit ociofitas.

Ecce



Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę ſororis tuæ ſuperbia,ſaturitas panis, & abũdantia,ociũ ipſius, & filiarũ eius,& manum egeno,& pauperi non porrigebant & eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me,& abſtuli eas. Ezech.16.49

Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Matt.13.25.

Ocioſas viduas diuita,qui diſcunt circumire domos:Imo &non ſolum ocioſæ,ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes, quæ non oportet. 1.Tit.5.13.

## *Oculus ſimplex & rectus.*

DA altiſſimo ſecundum datum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum. Eccle. 35.12.

Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex,totum corpus tuum lucidum erit,ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit.Idem verbatim,Luc.11.34. Matt.6. 22.

## *Oculus nequam.*

VIdentes filij Dei filias hominũ quod eſſent pulchrę, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Gen.6.2.

Homo apoſtata vir inutilis,graditur ore peruerſo,annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum,& omni tempore iurgia ſeminat.Eccl.4.8. Prou.6.13.

Nequam eſt oculus liuidi,& auertens faciem ſuam & deſpiciens animã ſuam,inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis,non ſatiabitur donec conſummatur arefaciens animam ſuam. Eccleſ.14. 8.

Memento quoniam malus eſt oculus nequam. Cap. 41.14

Si oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuum lucidũ erit,ſi autem corpus tuum fuerit nequam,totum corpus tuũ tenebroſum erit. Luc.11.34. Matt. 6. 22.

Furta auaritiæ,nequitię,dolus,impudicitiæ,oculus malus blaſphemia,ſuperbia,ſtultitia, omnia hæc mala ab intus procedunt,& coinquinant hominem.Item 1.Ioan.2.6. Marc.7.22.

## *Oculos vt flamma ignis habet Deus.*

CAput autẽ eius & capilli erant candidi tanquam lana alba,& tanquã nix,& oculi eius tanquã flammã ignis. Apoc. 1.14.

Hæc dicit filius Dei qui habet oculos tanquam flãmam ignis,& pedes eius ſimiles aurichalco, Cap.2.18.

Oculi autem eius ſicut flamma ignis,& in capite eius diademata multa,habens nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe. Cap.19. 12.

*Oculorum cuſtodia quantopere ſit neceſſaria, ne peccetur.*

*Gen.*3.16. VIdit igitur mulier quod bonum eſſet lignum, ad veſcendum & pulchrũ oculis aſpectu delectabile,& tulit de fructu illius,& comedit deditq; viro ſuo qui comedit, Ca 6.1.

*Cap.*34.2. Quã(ſcilicet Dinã filiam Liæ)cũm vidiſſet Sichem filius Hemor Hæuei,princeps terræ illi[9],adamauit eã & rapuit& dormiuit cũ illa,vi opprimẽs virginem,Cap.38.15.Cap.39.7.

2.*Reg.*11. 2. Dum hæc agerentur(ſcilicet obſiderant Rabba ciuitatẽ) accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo, poſt meridiem & deambularet in ſolario domus regiæ,viditque mulierẽ (ſcilicet Berſabeæ)ſe lauantem ex aduerſo ſuper ſolarium ſuũ, erat autem mulier pulchra valdè,&c.

*Cap.*13.✠ Abſalon inceſtum cum ſorore Thamar,fratrem Ammon occidit iratóque patre profugus ad regẽ Geſſur tribus annis ibi permanſit.

*Prou.*26.33. Oculi tui videbũt extraneas & cor tuũ loquetur peruerſa,

*Ecclеſ.*9.7. Ne ſpernas hominẽ in ſenectute ſua, etenim ex nobis ſeneſcunt,noli de mortuo inimico gaudere, ſciens quoniam omnes morimur,& in gaudium volumus venire.&c.

*Cap.*25.28. Ne reſpicias in mulieris ſpeciem,& non concupiſcas mulierem in ſpecie,&c.per totum caput.

*Cap.* 41. 25. Erubeſcite à ſalutationibus de ſilentio,à reſpectu mulieris ſeruicariæ,& ab auerſione vultu cognati.

*Cap.* 42. 12. Omni homini noli intendere in ſpeciem & in medio mulierum noli commorari.

*Iudith.*10.17 Cumque intraſſet Iudith ante faciem eius, ſtatim raptus eſt in ſuis oculis Holophernes,&c.

*Cap.*12.16. Cor autem Holophernis concuſſum eſt,erat enim ardẽs in concupiſcentia eius(Iudith )

*Daniel.*13.8. Et videbant eam(Suſannam)quotidiè ingredientẽ & deambulantem,& exarſerunt in concupiſcentiam eius, & euerterunt ſenſum ſuum,&c.

*Matth.*5.28. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis,nõ mœchaberis,ego autẽ dico vobis,quia omnis qui viderit mulierem, ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

2.*Pet.*2.14. Oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti, (Loquitur de pſeudoprophetis)&c.

*Oculus mentis vel intellectus.*

*Num.*24. 3. ASſumpta parabola ait. Dixit Baalam filius Beor,dixit homo cuius obturatus eſt oculus,Dixit auditor ſermonum Dei



Dei qui viſionem omnipotentis Dei intuitus eſt,qui cadit & ſic aperiuntur oculi eius.

Non dedit vobis Deus cor intelligens,& oculos vidẽtes *Deut.*29.4. & aures quæ poſſunt audire vſque in præſentem diem.

Et dixit: Vade & dices populo huic. Audite audientes, & *Eſa.*9.6. nolite intelligere,& videntes viſionem nolite cognoſcere.

Vnde rex Agrippa non fui incredulus cœleſti viſione: ſed *Act.*26. 19. his qui ſunt Damaſci primum & Hyeroſolymis,&c.annunciabam vt pœnitentiam agerent & conuerterentur ad Deũ digna pœnitentiæ opera facientes.

Illuminatos oculos cordis veſtri,vt ſciatis quæ ſit ſpes vo- *Epheſ.*1. 18. cationis eius,& quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſit ſuperueniens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus.

*Odium, Vide inuidia.*

*Odio habenda malitia.*

QVi diligitis Dominũ odite malũ,cuſtodit Dominus ani- *Pſal.*96.10. mas ſactorũ ſuorũ,& de manu peccatoris liberabit eos.

Nónne qui oderunt te Domine óderam, & ſuper inimi- 138.21. cos tuos tabeſcebam.

Odite malũ & diligite bonũ,& cõſtituite in porta Iudiciũ. *Amos.*5.1.

Iurauit Dominus Deus in animam ſuam,dicit Dominus *Cap.*6.8. exercituum,deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi,& tradam ciuitatem cum habitatoribus ſuis.

Delectio ſine ſimulatione, odientes malum, adhærentes *Rom.*12.9. bono(ſcitis fratres.)

*Odium ſine cauſa.*

NOn ſupergaudeant mihi,qui aduerſantur mihi iniquè *Pſal.*34. 19. qui oderunt me gratis & annuunt oculis.

Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderũt 6.85. me gratis.

Sed vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, *Ioan.* 15. 25. quia odio habuerunt me gratis.

*Odium ſalutare propter Deum.*

QVi diligitis dominum,odite malum. *Pſal* 96.10.
Iniquos odio habui 118.113.
Omnem viam iniquam odio habui. *Ibidem.*128.
Vidi præuaricantes & tabeſcebam. *Ibidem.*158.
Iniquitatem odio habui,& abominatus ſum. *Ibidem.*163.
Nónne qui oderunt te Domine oderam & ſuper inimi- 138.21. cos tuos tabeſcebam Perfecto odio oderam illos.

*Prou*.8.13. Timor domini odit malum,arrogantiam & ſuperbiam & viam prauam.

*Eccle*.17. 21. Reuertere ad Dominum,& auertere ab iniuſtitia tua,& nimis odito execrationem.

*Amos*.5.15. Odite malum,& diligite bonum.

*Matt*.10.37. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me , non eſt me dignus.

*Luc*.14.26. Si quis venit ad me,& non odit patrem ſuum,& matrem & vxorem,& filios & fratres,& ſorores: adhuc autem & animam ſuam,non poteſt meus eſſe diſcipulus.

*Ioan*. 12. 25. Qui odit animã ſuam in hoc mundo , in vitam æternam cuſtodit eam.

## *Exitiale in ſeipſum.*

Tob.12.10. QVi autem faciunt peccatum & iniquitatẽ,hoſtes ſunt animæ ſuæ.

Pſal.10.5. Qui autem diligit iniquitatem,odit animam ſuam.

## *Offerre pro defunctis.*

2.*Mac*.15.13. POſt hoc apparuiſſe & alium virum ætate & gloria mirabilem,& magni decoris habitudine circa illum, reſpondentẽ vero Oniam dixiſſe,hic eſt fratrum amator,& populi Iſrael,hic eſt qui multum orat pro populo,& vniuerſa ſancta ciuitate,Hieremias propheta Dei.

## *Officium ſubditorum:infrà.Subditus.*

*Og rex Baſan cæditur*,Num.21.33.*Deut*.3.8.*Ca*.29.7.*Cap*.31.4.*Pſal*.135.20.

*Oneſiphoro optat Paulus miſericordiam* 2.*Tim*.1.16.

*Onias ſummus ſacerdos offert pro Heliodoro* 2.Mach.3.32.*cæditur*.*Cap*.4.34.

## *Operum merita & retributio ſeu merces.*

Pſal.118.112. INclinaui cor meum ad faciẽdas iuſtificationes tuas propter retributionem.

Prou.11.18. Impius facit opus inſtabile,ſeminanti autẽ iuſtitiam merces fidelis.

Eccleſ.36.18. Da mercedẽ ſuſtinentibus te vt,prophetæ tui fideles inueniantur,& exaudi orationem ſeruorum tuorum.

*Eſai*.3.10. Dicite iuſto quoniam benè,quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet, væ impio in malum , retributio enim manuum eius fiet ei.

Loqui-



Loquitur de Noe Daniel & Iob)ipſi iuſtitia ſua liberauerunt animas ſuas. *Ezech*.14.20.

Beati eſtis cũ maledixerint vobis,& perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me,gaudete & exultate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis,ſic enim perſecuti ſunt prophetas,qui fuerunt ante vos. Matth.5.11

Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, Amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. *Cap*.10.42.

Filius enim hominis vẽturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis,& reddet vnicuique ſecundum opera eius. *Cap*.16.27.

Tũc dicet his,qui à dextris eius erũt,venite benedicti patris mei poſſidete paratũ vobis regnum à cõſtitutione mundi, eſuriui enim & dediſtis mihi mãducare.Ezec.14.20. loquitur de Noe,Daniele,Iob,ipſi iuſtitia ſua liberabũt animas ſuas. *Cap*.25.34.

Secundum autem duritiam tuam,& impœnitens cor, theſauriſas tibi iram Dei,in die iræ & reuelationis iuſtitiæ Dei qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. *Roma*.2.6.

Oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Xp̃i vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit ſiue bonũ,ſiue malũ. 2.*Cor*.5.10.

In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,quam reddet mihi Dominus in illa die,iuſtus iudex,non ſolùm autẽ mihi,ſed & his qui diligunt aduentum eius. 2.*Tim*.4.8.

Non enim iniuſtus Deus,vt obliuiſcatur operis veſtri,& dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius qui miniſtraſtis ſanctis,& miniſtratis. *Heb*.6.10.

Nolite itaque amittere confidentiam veſtram , quæ magnam habet remunerationem,cap.11.26. *Cap*.10.35.

Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo & non ex fide tantum. *Iacob*.2.24.

Ecce venio citò,& merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua. *Apoc*.22.12.

## *Opera mala Deo diſplicent, & pœnam merentur.*

CVi dixit Dominus,quis enim indicauit tibi quod nudus eſſes,niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes,comediſti? *Geneſ*.3.11.

Nônne ſi benè egeris(Caim)recipies?ſin autem malè ſtatim in foribus tuis peccatum aderit. *Cap*.4.7.

Vidẽs autem Deus quod multa malitia hominũ eſſet,in terra,& cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ omni tempore,penituit eũ quod hominem feciſſet in terra,cap.7.4. *Cap*.6.5.

Cap.9.6. Quicunque effuderit humanum ſanguinē,fundetur ſanguis,ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

Cap.11.☩ In ædificatione turris Babel,ſuperborum faſtus,& lingua confunditur.

Cap.17.14. Maſculus cuius præputij caro circumciſa nō fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo,quia pactum meū irritū fecit.

Cap.18. 20. Dixit itaque Dominus:clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt & peccatum eorum aggrauatū eſt nimis,cap.19.11.

Cap.19. 24. Igitur pluit Dn̄s ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cœlo 26. Reſpicienſque vxor Loth poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis cap.42.21.cap.44.16.

Cap.20.3. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte & ait illi, en morieris propter mulierem quam tuliſti (ſcilicet Saram vxorem Abrahæ)habet enim virum.

Exodi.7.☩ Moyſes & Aarō ad Pharaonē loquuntur,virgam vertūt in ſerpētē,& aquam virga percuſſam in ſanguinem,quæ etiam faciūt magi Pharaonis ſuis incantationibus quā ob cauſam Pharao magis indurat.*ca.*8.☩*Secunda* Ægyptiorū plaga eſt ranarum.*Tertia eſt* Cinophes.*Quarta eſt*, Muſcarū propter quas rurſum promittit Pharao ſe filios Iſrael dimiſſurū q̄ nō fecit.

Cap.9. ☩ *Quinta plaga*,eſt peſtis in iumētis.*Sexta*.Vlcerum. *Septima*,gradinis ad quā promittit Pharao ſe dimiſſurum populum ſi ceſſet,verum nec id cōplet. nullus aūt filiorum

Cap. 10. ☩. Iſrael in his malis aliq̄d patitur mali,c.10.*Octaua plaga,eſt* locuſtarum.*Nona*,eſt Tenebrarum denſiſſimatum. *Decima erat*,vt omne primogenitum hominum,& iumentorum moreretur ca.32.

Cap.32.☩ Ob vitulum adoratū Moyſes Dominū precatur,tabulas frangit,vitulum comburit,& Aaron obiurgato idololatras occidi iubet,cæteriſque veniam impetrat.

Cap.32.33. Cui ait Deus(Moyſi)qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo Leuit.10.12.Et deinceps per omnes ſacræ ſcripturæ libros.

*Opera bona Deo grata ſunt & præmium merentur.Vide opera bona.*

Gene.4.4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui & de adipibus eorū & reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius 7.nónne ſi bene egeris recipies,ſin autem male ſtatim in foribus peccatum tuum aderit?

Cap.5.24. Ambulauitque cum Deo(Enoch)& non apparuit quia tulit eum Deus.

Noe



Noe verò inuenit gratiā coram Domino. Hę ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis,cum Deo ambulauit.Cap.8.20. Cap. 6.9.

Ædificauit autē Noe altare Domino,& tollens de cūctis peccoribus,& volucribus mūdis obtulit holocauſta ſup altare,odoratuſq́; eſt Dn̄s odorē ſuauitatis,& ait ad eū,nequaq̄ vltra maledicam terræ propter homines:Senſus enim & cogitatio humani cordis in malū prōna ſunt ab adoleſcentia ſua,nō igitur vltra percutiā omnē animā viuentē ſicut feci. Cap. 8. 20.

Vocauit autē Angelus Domini ſecundo de cœlo dicens. Per me metipſum iuraui dicit Dominus quia feciſti hāc rē, & nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me,benedicā tibi,& multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas cœli,& velut arenam in littore maris,poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum,& benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ,quia obediſti voci meæ. Cap. 22. 16.

Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli,daboq́; poſteris tuis vniuerſas regiones has, benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Cap. 26. 4.

Quod ſi audieris vocē eius & feceris omnia quę loquor, inimicus ero inimicis veſtris,& affligam affligentes te. Exod.23.22.

Nolite cōtaminare animas veſtras, nec tangatis quicquā eorum ne immundi ſitis, ego enim ſum Dn̄s Deus veſter. Sancti eſtote quia ego ſanctus ſum,ne polluatis animas veſtras in omni reptili quod mouetur ſuper terrā, ego enim ſum Dominus qui eduxi vos de terra Ægypti vt eſſem vobis in Deum.Et ſic deinceps per totam ſcripturam. Leuit.11.43.

## *Operari bene propter mercedem,& retributionem,licitum eſt.*

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. Pſal.118. 112.

Gaudete & exultate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Matth. 5.12.

In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex,non ſolum autem mihi ſed & his qui diligunt aduentum eius. 2.Thim.4.8.

Fide Moyſes grādis factus eſt,&c. maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorū improperium Chriſti,aſpiciebat Heb. 11. 26.

enim

enim in remunerationem.

### *Iram Dei placat.*

*Ierem.* 7.3. Bonas facite vias veſtras,& ſtudia veſtra,& habitabo vo
*3.Ioan.*11. Qui benefacit ex Deo eſt. (biſcū in loco iſto,

### *Proximum ædificat.*

*Matt.*5.16. Sic luceat lux veſtra corā hominibus vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum,qui in cœlis eſt.

*Galat.* 1. 23. Tantum autē auditū habebant, quoniam qui perſequebatur nos aliquando,nunc Euangelizat fidem,quā aliquādo expugnabat,& in me clarificabant Deum.

### *Præmium præparat.*

*Ecclef.* 3. 12. Et cognoui quòd non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua.

*Ecclef.*14. 20 Omne opus corruptibile in fine deficiet,& qui illud operatur ibit cum illo.

*Matth.* 20.8. Voca operarios,& redde illis mercedem.

*Rom.* 2. 10. Gloria & honor,& pax omni operanti bonum.

1.*Cor.*3.8. Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecūdum ſuum laborem.

2. *Cor.* 9. 6. Qui parce ſeminat parce & metet.

*Apoc.*14.13. Beati mortui qui in domino moriuntur. Opera enim illorum ſequuntur illos.

### *Operationis domeſticæ modus.*

*Ecclef.* 11. 4. Qvi obſeruat ventum, non ſeminat:& qui conſiderat nubes,nunquam metet.

*Eccle.* 38. 26. Qui tenet aratrum. Omnes ij in manibus ſuis ſperauerunt,& vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt:ſine his omnibus non ædificatur ciuitas.

### *Fructus.*

*Prou.* 12. 11. Qvi operatur terrā ſuam, ſatiabitur panibus:qui aūt ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt.

*Eccle.*20.30. Qui operatur terram ſuam, inaltabit aceruum frugum

### *Non in quolibet opere homo peccat.*

2. *Pet.* 1. 10. Qvapropter fratres ſatagite magis vt per bona opera certam veſtram vocationem,& electionem faciatis.

1. *Ioan.* 3. 6. Omnis qui in eo manet nō peccat,& oīs qui peccat non vidit eū,nec cognouit eum.9. Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum nō facit,quoniā ſemē ipſius eſt in eo manet,& nō poteſt



poteſt peccare quoniam ex Deo natus eſt.

Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo nō peccat, ſed *Cap.*5. 18. generatio Dei conſeruat eum, & malignus nō tangit eum.

*Opera bona quæ ſunt. Vide bona opera.*

### *Opera à nobis proximo exhibita tanquā ſibi facta reputat Deus ſiue bona ſint ſiue mala.*

Cvi exprobraſti,& quem blaſphemaſti & ſuper quē exaltaſti vocem,&leuaſti altitudinem oculorum tuorū? ad ſanctum Iſrael. *Eſaia.*37. 23.

Et bellabunt aduerſum (ô Hieremia) & non præualebūt quia ego tecum ſum ait Dominus vt liberem te. *Hiere.* 1. 19.

O Syon fuge quæ habitas apud filiam Babylonis,qa hęc dicitDominus exercituum.Poſt gloriam miſit me ad gētes quæ ſpoliauerunt vos,qui enim tetigerit vos, tāgit pupillā oculi mei. *Zach.* 2. 8.

Amen dico vobis quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis. *Matt.*25.40.

Sic autem peccantes in fratres, & percutientes cōſciētiā eorum infirmam in Chriſtum peccatis, Acto.9. 5. 1. *Cor.* 8.12.

### *Opiniones hominum & cogitationes frequenter ſunt erroneæ.*

Arreptiſq; Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis,impoſuerūt ignē & inſenſum deſuper,offerētes corā Domino ignem alienum quod eis præceptum non erat. *Leuit.*10. 11.

Non facietis ibi (.ſ.Idolatriam) quæ nō hic facimus hodie ſinguli quod ſibi rectum videtur. *Deut.* 12. 8.

Cumq; audierit verba Iuramenti huius,benedicat ſibi in corde ſuo dicens. Pax erit mihi & ambulabo in prauitate cordis mei.&c.1.Reg.15.9.2.Reg.6.8. *Cap.*29.19.

Via ſtulti recta in oculis eius,qui autem ſapiens eſt audit conſilia. *Proue.* 12.15.

Eſt via quæ videtur homini iuſta, nouiſſima autem eius deducunt ad mortem. *Cap.*14.12.

Omnis via viri recta ſibi videtur,appendit autem corda Dominus. *Cap.* 21.2.

Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris & corā vobiſmet ipſis prudentes. *Eſa.* 5. 21.

Qui dicebas (Lucifer) in corde tuo,in cœlū aſcendā, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum,ſedebo in mōte teſtamenti,in lateribus Aquilonis. *Cap.*14.13.

Non

*Cap.* 55. 8. Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ, neq; viæ veſtræ viæ meæ (ſunt) dicit Dominus.

*Mat.* 16. 22. Et aſſumens eum Petrus cœpit increpare eũ dicẽs, Abſit à te Dñe nõ erit tibi hoc (ſ. vt adeas Hyeruſalẽ & talia patiaris à Scribis & Phariſæis.) Idem Marci. 8. 32. verbatim Ioan. 12. 4.

*Ioan.* 13. 13. Dicit ei Petrus, nõ lauabis mihi pedes in æternũ, Reſpõdit ei Ieſus, ſi non lauero te, non habebis partem mecum

### *Orare in nomine Ieſu.*

*Ioan.* 14. 13. QVodcunque petieritis in nomine meo hoc faciam, vt glorificetur pater in filio.

*Cap.* 15. 16. Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat, vt quodcũq; petieritis patrem in nomine meo det vobis.

*Cap.* 16. 23. Et in illo die me nõ rogabitis quicq̃. Amẽ amẽ dico vobis, ſi q̃d petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis, & Nu. 26.

1. *Ioan.* 5. 14. Hæc eſt fiducia quã habemus ad eũ. Quia quodcũq; petierimus, ſecundum voluntatem eius audit nos.

### *Orare quemadmodum oportet, frequenter ignoramus & male oramus.*

*Matt.* 20. 20. TVnc acceſſit ad eũ mater filiorũ Zebedei cũ filiis ſuis adorãs & petẽs aliquid ab eo, qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondẽs autem Ieſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis calicem quẽ ego bibiturus ſum bibere? Idem Marci 10. 35.

*Rom.* 8. 26. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtrã, nã quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

*Iacob.* 4. 3. Petitis & nõ accipitis, eò quod malè petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

### *Orare noctes atque dies.*

*Pſal.* 118. 62. MEdia nocte ſurgebã ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

*Luc.* 18. 1. Dicebat autem & parabolam ad illos dicens. Quoniam oportet ſemper orare & non deficere.

1. *Theſ.* 3. 10. Quam enim gratiarũ actionẽ poſſumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deũ veſtrũ, nocte & die abundantius orantes, vt videamus faciem veſtram & compleamus ea quæ deſunt fidei noſtræ

Quæ



Quæ autem verè vidua eſt & deſolata, ſperet in Deum & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte & die. 1. *Timo.* 5. 5.

Gratias ago Deo meo, cui ſeruio à progenitoribus meis in cõſcientia pura, quod ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte & die. 2. *Timot.* 1. 3.

### *Orare ſine intermiſſione.*

PEtite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Item Luc. 11. 9. *Matth.* 7. 7.

Dicebat autem & parabolã ad illos, quoniam oportet ſemper orare & non deficere. *Luc.* 18. 1.

Vir autem quidã erat in Cæſarea, nomine Cornelius, Cẽturio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus ac timẽs Deũ, cum omni domo ſua faciens eleemoſynas multas plebi & deprecans Deum ſemper. *Act.* 10. 1.

Galeã ſalutis aſſumite per omnẽ orationẽ, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes, in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis. *Epheſ.* 6. 18.

Orationi inſtate vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, &c. *Colloſ.* 4. 2.

Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. 1. *Teſſa.* 5. 17.

### *Orare vt fidei prædicatio ſucceſſum habeat.*

ORãtes omni tẽpore in ſpiritu, vigilãtes ĩ omni inſtãtia, & obſecratione ꝓ omnib⁹ Sãctis, & ꝓ me vt detẽ mihi ſermo in aptione oris mei cũ fiducia notũ facere Euãgeliũ. *Epheſ.* 6. 19.

Orãtes ſimul & ꝓ nobis, vt De⁹ aperiat nobis oſtiũ ſermonis ad loquẽdũ miſteriũ Chriſti, ꝓpter q̃d etiã vĩct⁹ ſũ. *Coloſ.* 4. 3.

De cætero fratres orate pro nobis, vt ſermo decurrat, & clarificetur ſicut & apud vos. 1. *Theſſa.* 3. 1.

### *Orare alium pro alio.*

DIxerũtq; (reliquiæ Iudęorũ) ad Hieremiam prophetã cadat oratio noſtra in cõſpectu tuo & ora ꝓ nobis ad dñm Deum tuũ pro vniuerſis reliquiis iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus ſicut oculi tui nos intuentur. 20. *Hiere.* 42. 2.

Et ꝓ nobis ipſis orate ad dñm Deũ noſtrũ q̃a peccauim⁹ dño Deo nr̃o (aiũt Iudęi ĩ Babylone his q̃ erãt in Hieruſalẽ) & nõ eſt aduerſus furor ei⁹ à nobis vſq; ĩ hũc diẽ, 2. Mac. 1. 6. *Baruch*, 1. 13.

Galeã ſalutis aſſumite per omnẽ orationẽ & obſecrationẽ, orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis. *Epheſ.* 6. 18.

Orationi inſtate vigilãtes in ea in gratiarũ actione orãtes *Colloſ.* 4. 8.

ſimul

ſimul & pro nobis &c.

1. *Theſ*.5.25. Fratres orate pro nobis.

2. *Theſ*.3. 1. De cęterofratres orate pro nobis,vt ſermo Dei currat & clarificetur ſicut & apud v s.

1.*Tim*. 2.1. Obſecro igitur primum omniũ fieri obſecrationes,orationes,poſtulationes,gratiarum actiones pro omnibus hominibus,pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt.

*Iacob*. 5. 16. Cõfitemini ergo alterutrũ peccata veſtra & orate pro inuicẽ vt ſaluemini,multum. n.valet deprecatio iuſti aſſidua.

## *Orate pro inimicis.*

*Num*.16.22. QVi ceciderunt (Moyſes & Aaron) proni in faciẽ atq; dixerunt:fortiſſimè Deus ſpirituum vniuerſæ carnis num vno peccante contra omnes ira tua deſæuiet? 46. Dixitq́ue Moyſes ad Aaron:Tolle thuribulum & hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper,pergens cito ad populum vt roges pro eis,iam enim egreſſa eſt ira à Domino,& plaga deſæuit.Loquitur de 14700.conſumptis igne, cum Dathan & Abiron,eo quod murmurauerunt,&c.

2.*Mach*.3.33 Cùmq́ue ſummus Sacerdos exoraret,iidem iuuenes eiſdẽ veſtibus amicti aſtãtes Heliodoro dixerunt Oniæ ſacerdoti,gratias age,nã propter eum Dominus tibi vitã donauit.

*Matth*.5.44. Ego dico vobis diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos,& orate pro perſequentibus & calumniãtibus vos vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt.

*Luc*.6.28. Benedicite maledicentibus vobis,& orate pro calumniãtibus vos.

*Cap*.23.34. Ieſus autẽ dicebat Pater dimitte illis,non enim ſciunt q̃d faciunt diuidentes vero veſtimenta eius miſerunt ſortes.

*Act*.7.60. Poſitis autẽ genibus clamabat voce magna (Stephanus) dicens.Domine ne ſtatuas illis hoc peccatũ, & cum hoc dixiſſet obdormiuit. Saulus autẽ erat conſentiens neci illius.

*Orare ſanctos cũ Chriſto regnantes,vide Sanctos.*
*Orare pro defunctis.vide Purgatorium.*

## *Oratio quomodo,quando,cui,& vbi fieri debeat, & quid petendum.*

*Num*.11. 6. ET dixit Domiuus ad moyſen.Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti quod ſenes populi ſint ac magiſtir,& duces eos ad oſtiũ tabernaculi fœderis,facieſque ibi ſtare tecum.





Nec eſt alia natio tã grãdis q̃ hẽat deos appropinquantes ſibi ſicut Deus noſter adeſt cũctis obſecrationibus n ſtris. *Deut*.4.7.

Et clamantes(filij Iſrael in idolatriam lapſi)ad Dominum dixerunt. Peccauimus tibi quia dereliquimus Dñm Deum noſtrum,& ſeruiuimus Baalim.15.Dixeruntque filij Iſrael ad Dominum peccauimus,redde tu nobis quidquid tibi placet tantum nunc libera nos. I*udic*.10.10.

Et ait Dauid)Dominus petra mea & robur meum,& ſaluator meus.7.In tribulatione mea inuocabo Dominum & ad Deum meum clamabo & exaudiet de templo ſancto ſuo vocem meam,& clamor meus veniet ad aures eius. 2.*Reg*.22. 2

Ait Salomon)& nunc Domine Deus,tu rogare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo,ego autẽ ſum puer,paruulus & ignorans egreſſum & introitum meum.. 2.*Reg*.3.7.

Et factum eſt cum conſummaſſet comedere herbã terræ, dixi:Domine Deus propitius eſto obſecro quis ſuſcitabit Iacob quia paruulus eſt? *Amos*.7.2.

Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis. *Eccle*.35.26.

Sed in oratione perſiſtens(Sara)cum lachrymis deprecabatur Deũ,vt ab iſto improperio liberatet eã.13.Dixit. Benedictũ eſt nomen tuũ Deus patrũ noſtrorũ , qui cũ iratus fueris miſericordiam facies & in tempore tribulationis peccata dimittis,hiis qui inuocant te,ad te Domine faciem meã cũuerto,ad te oculos meos dirigo.Peto Domine vt de vinculo improperij huius abſoluas me,aut certe deſuper terrã eripias me. *Thob*.3. 11.

Oratio humiliantis etiã nubes penetrat. *Ecleſ*.35 21.

Tunc Eliachim Sacerdos Dñi magnus. circuiuit oẽm Iſrael,allocutuſque eſt eos dicẽs:Scitote quoniã exaudiet Dñs preces veſtras,ſi manentes parmanſeritis in ieiuniis & orationibus in conſpectu Domini. *Iudic*. 4. 11.

Cum oratis non eritis ſicut hypocritæ,qui amant in ſynagogis & angulis platearũ ſtantes orare vt videantur ab hominibus.Amen dico vobis receperunt mercedem ſuã. 9. Sic ergo vos orabitis,Pater noſter qui es in cælis,ſãctificetur nomen tuum,Idem Luc.11.2. *Matt*.6.5.

Petite & dabitur vobis,quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis.Idem Luc.11.9. *Cp*.7.7.

Iterũ dico vobis qa ſi duo ex vobis cõſenſerint ſup terrã de oĩ re q̃cũq;petieritis,fiet illis à patre meo qui in cęlis eſt. *Cap*.18.19

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis *Cap*.20.

ſui adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid viſ? ait illi. Dic vt ſedeant hij duo filij mei vnus ad dextrã tuã, & alius ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autẽ Ieſus dixit neſcitis quid peccatis.

*Cap.* 21. 22. Omnia quęcũque petieritis in oratione credentes accipietis, Cap. 26. 38. Item Marc. 11. 24. habetur.

*Marc.* 13. 33. Videte vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit.

*Luc.* 18. 1. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare & non deficere.

*Cap.* 22. 40. Et cum perueniſſet ad locũ (ſcilicet montem oliuarum) dixit illis: Orate ne intretis in tentationem.

*Ioan.* 4. 24. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum in ſpiritu, & veritate oportet adorare.

*Cap.* 9. 31. Scimus autẽ quia peccatores Deus non audit, & ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatẽ eius facit hunc exaudit.

*Cap.* 14. 13. Et quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio.

*Cap.* 15. 7. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis mãſerint quodcunque volueritis petetis & fiet vobis.

*Cap.* 16. 23. Et in illo die me non rogabitis quicquã: Amen, amen dico vobis ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis.

*Act.* 1. 14. Hi j oẽs (Apoſtoli) erãt perſeuerãtes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius.

*Cap.* 2. 42. Erant autẽ perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus.

*Cap.* 4. 24. Qui cũ audiſſent (Apoſtoli) (de claudo ſanato) vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum & dixerunt: Dñe tu qui feciſti cælum & terram mare & omnia quæ in eis ſunt, &c. 31. Et cũ oraſſent motus eſt locus in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia, Cap. 10. 2. Cap. 14 22.

*Rom.* 8. 26. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram, nã quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

*Cap.* 12. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes.

1. *Cor.* 14. 13. Et ideo qui loquitur lingua oret vt interpretetur.

*Epheſ.* 6. 18. Galeam ſalutis aſſumite per oẽm orationẽ, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis.

*Colloſ.* 4. 2. Orationi inſtate, vigilantes in ea, in gratiarũ actione, orãtes ſimul & pro nobis, &c.



Sine intermiſſione orate. 1. *Theſſ.* 5 17.

Obſecro igitur primo omniũ fieri obſecratiões, oratiões poſtulationes gratiarũ actiones pro oĩbus hominibus, &c. 1. *Tim.* 2. 1.

Orate pro nobis, confidimus enim quia bonam conſciẽtiam habemus in omnibus bene volentes conuerſari. *Heb.* 13. 18.

Quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus autem Domini ſuper facientes mala. 1. *Pet.* 3. 12.

Poſtulet autem in fide nihil hæſitans, qui enim hæſitat ſimilis eſt, fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur. Apoc. 19. 10. & Cap. 22. 9. *Iac.* 1. 6.

Petitis & non accipitis eo quod male petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis. *Cap.* 4. 3.

Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Aequo animo eſt, pſallat. *Cap.* 5. 13.

*Oratio Deum inclinat.*

Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam. *Eſai.* 65. 24.

Petite & dabitur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. *Matt.* 7. 7.

Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris quanto magis Pater veſter, qui in cęlis eſt, dabit ſpiritũ bonum petentibus ſe. *Luc.* 11. 13.

Quodcũque petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam. *Ioan.* 14. 13.

*Peccatum purgat.*

Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperauit in Domino & confuſus eſt. Quis. n. permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? *Eccleſ.* 2. 11.

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur. 3. 4.

Et rogante pro eis ſacerdote, propitius eis erit Dominus. *Leuit.* 4. 20.

Rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. *Ibid.* 31.

Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *Rom.* 8. 34.

Vnde & ſaluare in perpetuũ poteſt accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. *Heb.* 7. 25.

*Hoſtem ſeparat ſpiritualem.*

Hoc aũt genus nõ eiicitur, niſi p orationẽ & ieiuniũ. *Matt.* 17. 21

Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. 26. 41.

*Corporalem.*

*Pſal.*49. 15. INuoca me in die tribularionis,& eruam te.

*Impetrat boni conſecutionem.*

*Eccleſ.* 38.9. FIli in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Deũ, & curabit te.

R*om.* 10. 1. Fratres,voluntas quidẽ cordis mei, & obſecratio ad Deũ fit pro illis in ſalutem.

*Epheſ.* 6.18. Per omnẽ orationẽ & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu,& in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratiõe,pro omnibus ſanctis & pro me,vt detur mihi ſermo in apertione oris mei,cum fiducia notum facere myſterium Euangelij.

P*hilip.*1.19. Scio enim quia hoc enim proueniet ad ſalutem per veſtram orationem.

*Colloſſ.*1. 9. Ideo & nos ex qua die audiuimus,non ceſſamus,pro vobis orantes,& poſtulantes,vt impleamini agnitione voluntatis eius,in omni ſapientia & intellectu ſpirituali, & ambuletis digné,Deo per omnia placentes.

4.2. Orationi inſtate,vigilantes in ea, in gratiarum actione,orantes ſimul & pro nobis,vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis,ad loquendum myſterium Chriſti.

I*bid.* 12. Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt ſeruus Ieſu Chriſti ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.

1.*Theſſ.*1. 11. In quo etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter,De cætero fratres orate pro nobis,vt ſermo Dei currat,& clarificetur, ſicut & apud vos,vt liberemur ab importunis & malis hominibus.

1.*Tim.*2.1. Obſecro igitur primũ omniũ fieri obſecrationes,orationes,poſtulationes,gratiarũ actiones,pro omnib⁹ hominib⁹ ꝑ regibus & omnib⁹ q in ſublimitate conſtituti ſunt,vt quietam & tranquillã vitam agamus,in omni pietate & caſtitate

*Periculi euaſionem.*

R*om.* 15.30. OBſecro ergo vos fratres per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum,& per charitatem ſancti Spiritus,vt adiunetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum.

*Orationes quæ quemadmodum oportet fiunt exaudit Deus.*

*Gene.*16.11. ECce(ait Angelus ad Agar ancillam Sarę & fugienti ab illa)concepiſti & paries filium vocabiſque nomen eius Iſmael eo quod audierit Dominus afflictionem tuam.

Exau-



Exaudiuit autem Deus vocẽ pueri(Iſmahelis)vocauitque Angeuls Agar de cælo dicẽs. Quid agis Agar? noli timere, exaudiuit enim Dominus vocẽ pueri de loco in quo eſt,ſurge tolle puerum & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum. *Cap.*21.17.

Et audiuit gemitum eorum (ſcilicet filiorum Iſrael ) poſt *Exo.*2.24.
mortẽ regis Ægypti, ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cũ Abrahã,Iſaac, & Iacob, & reſpexit Dominus filios Iſrael & liberauit eos.

Cui (Moyſi) ait Dominus: Vidi afflictionẽ populi mei in *Cap.*3.7.
Ægypto,& clamorẽ eius audiui, propter duritiam eorũ qui præſunt operibus.

Ego audiui gemitum filiorum Iſrael quo Ægyptij oppreſ *Cap.*6.5.
ſerunt eos,& recordatus ſum pacti mei.

Si læſeris eos (.ſ.viduam & pupillum) vociferabuntur ad *Cap.*22. 23.
me,& ego audiam clamorem eorum. 27.Ipſum enim (veſtimentum proximi tui) eſt ſolum quo operit indumentũ carnis eius,nec habet aliud in quo dormiat,ſi clamauerit ad me ego exaudiam illum,quia miſericors ſum.

Nec eſt alia natio tã grãdis q̃ habeat deos appropinquan *Deut.*4.7.
tes ſibi,ſicut Deus noſter adeſt cũctis obſecrationib⁹ noſtris.

Caue ne ſubrepat tibi impia cogitatio & dicas in corde *Cap.*15.9.
tuo.Appropinquat ſeptimus annus remiſſionis,& auertas oculos tuos à paupere fratre tuo,nolens ei quod poſtulat mutuũ commodare,ne clamet contra te ad Dominum & fiat tibi in peccatum.

Tulit autẽ Samuel Agnũ lactantẽ vnũ,& obtulit illũ holo 1.Reg.7.6.
cauſtũ integrũ Domino, & clamauit Samuel ad Dominũ ꝓ Iſrael, & exaudiuit eum Dominus. Factũ eſt autẽ cũ Samuel offerret holocauſtum Philiſtiim inire prælium contra Iſrael intonuit autẽ Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſtiim,& exterruit eos,& cæſi ſunt à filiis Iſrael. Cap.9.16.

Et clamauit Samuel ad Dominũ,Et dedit Dominus voces *Cap.*12.18.
& pluuias in die illa

Laudabilẽ inuocabo Dominũ,& ab inimicis meis ſaluus 2.Reg.22.4.
ero.7.In tribulatione(ait Dauid)mea, inuocabo Dominũ, & ad Deũ meũ clamabo,& exaudiet de templo ſancto ſuo vocem meam & clamor meus veniet ad aures eius:Idem verbatim.Pſal. 17.7.

Et ait(Ieroboam)ad viros Dei (Semeiam prophetam)de 3 *Reg.*13. 6.
precare faciem Domini Dei tui, & ora vt reſtituatur mihi

 manus

manus mea (arida) orauitque vir Dei faciem Domini et reuerſa eſt manus regis ad eum & facta eſt ſicut prius fuerat.

Cap.17.22. Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ,& reuerſa eſt anima pueri intra eum & reuixit.

4.*Reg.* 20.5. Reuertere & dic Ezechiæ duci populi mei, hæc dicit dñs Deus Dauid patris tui. Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymã tuã,& ecce ſanaui te, die tertio aſcẽdes templũ Domini.

2.*Par.*33.13. Deprecatuſque eſt eũ (Manaſſes) & obſecrauit intentè,& exaudiuit orationẽ eius, reduxitq; eum Ieruſalẽ in regnum ſuum,& cognouit Manaſſes quod Dominus ipſe eſſet De⁹.

4.*Eſd.*15.7. Propterea dicit Dominus, iã nõ ſilebo de impietatib. eorũ quæ irreligioſè agũt, nec ſuſtinebo in his quę iniq; exercẽt. Ecce ſanguis innoxius,& iuſtus clamat ad me, & aïæ iuſtorũ clamãt perſeueranter. Vendicãs vindicabo illos dicit Dominus, & accipiã omnẽ ſanguinẽ innoxium ex illis ad me.

*Iudith.*4.8. Et clamauit omnis populus ad dñm inſtãtia magna,& humiliauerũt animas ſuas in ieiuniis & orationib. ipſi & mulieres eorũ. 12. Eliachim Sacerdos dñi magnus locutus eſt eis dicẽs: Scitote quoniã exaudiet Dñs preces veſtras, ſi manentes permãſeritis in ieiuniis & orationib. in conſpectu Dñi.

*Tob.*3.24. In illo tẽpore exauditæ ſunt preces amborum (Tobiæ & Saræ) in cõſpectu gloriæ ſummi Dei, & miſſus eſt angelus dñi ſanctus Raphael vt curaret eos, ambos quorum vno tempore ſunt orationes in conſpectu Domini recitatæ.

*Pſal.*3.5. Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.

4.4. Et ſcitote quoniã mirificauit Dominus ſanctum ſuum: dominus.n.exaudiet me cum clamauero ad eum. Pſal.9.13.

21.25. Timeat eum omne ſemẽ Iſrael, quoniam non ſpreuit neque deſpexit deprecationem pauperis, nec auertit faciem ſuam à me & cùm clamarem ad eum exaudiuit me.

33.7. Iſte pauper clamauit & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.

49.15. Et inuoca me in die tribulationis,& eruam te & honorificabis me.

54.17. Ego autem ad Deum clamaui,& Dominus ſaluabit me.

117.5. De tribulatione inuocaui Dominum & exaudiuit me in latitudine Dominus.

119.1. Ad dominum cùm tribularer clamaui,& exaudiuit me.

144.19. Voluntatem timentium ſe faciet,& deprecationem eorũ exaudiet,& ſaluos faciet eos.

Ion.



Lõgè eſt dñs ab impiis,& orationes iuſtorum exaudiet. *Prou.*15.29.

Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures eius perue- *Eccleſ.*21.6.
niet,& iudicium feſtinatè adueniet illi.

Speciosa miſericordia Dei, in tempore tribulationis, quaſi *Cap.*35.26.
nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

Et inuocauerunt (Elias, Elizæus) Dominum miſericordẽ, *Cap.*48.22.
& expandentes manus ſuas extulerũt ad cœlum, & ſanctus dominus audiuit cito vocem ipſorum.

Populus enim Sion habitabit in Ieruſalẽ plorans nequa- *Eſa.*30.19.
quam plorabis, miſerans miſerebitur tui ad vocem clamoris tui, ſtatim vt audierit reſpondebit tibi.

Conſternatus Ezechias propter blaſphemias, tum Rabſa *Cap.*37.[illegible]
cis, tum Sennacherib, mittit ad Iſaiam vt Dominum deprecetur, qui ipſum confortans, diuinum promittit auxilium,& cœlo per Angelum exercitu Sennacherib, etiam ipſe à filiis ſuis interimitur.

Derelinquat impius viam ſuam,& vir iniquus cogitatio- *Cap.*55.7.
nes ſuas,& reuertatur ad Dominum & miſerebitur eius, & ad Deum veſtrum quoniam multus eſt ad ignoſcendum.

Et inuocabitis me (captiui Iudæi) & ibitis & orabitis me *Hiere.*29.12.
et ego exaudiam vos, quæretis me et inuenietis, cùm quæſieritis me in toto corde veſtro.

Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouiſſimo, vo- *Thren.*3.55.
cem meam audiſti, ne auertas aurem tuam à ſingultu meo et clamoribus.

Exaudiuit autem Dominus vocem eius (Suſannæ) cum- *Dan.* 13.44.
que duceretur ad mortẽ, ſuſcitauit Dominus Spiritum pueri iunioris cuius nomen Daniel.

Dixit (Ionas) clamaui in tribulatione mea ad dominum *Ionæ.*2.3.
et exaudiuit me, de ventre inferi clamaui et exaudiſti vocem meam.

Et ducam tertiam partem per ignem, et vram eos ſicut *Zach.*13.9.
vritur argentum, et probabo eos ſicut probatur aurum, ipſe vocabit nomen meum, et ego exaudiam eum. Dicam populus meus es, et ipſe dicet, dominus Deus meus.

Scimus autem quia peccatores non exaudit Deus, ſed ſi *Ioan.*9.31.
quis Dei cultor eſt, et voluntatem eius facit hunc exaudit.

At ille (Cornelius) intuens eum (Angelum) timore corre- *Act.*10.4.
ptus dixit: Quis es Domine? dixit autem illi. Orationes tuæ et eleemoſinæ tuæ aſcenderunt in memoriam, in conſpectu Dei.

*Orationes quorundam quare non exaudiat Deus.*

*Deut.* 1.45. CVmque reuerſi ploraretis coram Domino nõ audiuit vos(Iſraelitas)nec voci veſtræ voluit acquieſcere.

*Cap.*13.18. Ego autem abſcondam (ait Dominus)& celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit(Iſrael)quia ſecutus eſt deos alienos.

1.*Reg.*8.18. Et clamabitis in die illa(Iſraelitę)à facie regis veſtri quẽ elegiſtis vobis , & non exaudiet vos Dominus in die illa quia petiſtis vobis regem.

*Pſal.* 17. 42. Clamauerunt(Iſraelitæ)nec erat qui ſaluos faceret,ad dominum,nec exaudiuit eos.

*Prou.*1.28. Tunc inuocabunt me & non exaudiam,manè conſurgẽt & non inuenient me,eo quod exoſam habuerint diſciplinã & timorem Domini non ſuſceperint,nec acquieuerint conſilio meo,& detraxerint vniuerſæ correptioni meæ.

*Cap.*15.29. Longè eſt Dominus ab impiis,& orationes iuſtorum exaudiet.

*Cap.*21. 13. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis & ipſe clamabit & non exaudietur.

*Cap.*28.9. Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

*Eccleſ.*34.29 Vnus orans & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus.30.Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis,& iterum eadẽ faciens , quid proficit humilians ſe?orationem illius quis exaudiet?

*Eſa.*1.15. Et cùm extẽderitis manus veſtras,auertam oculos meos à vobis,& cùm multiplicaueritis orationem non exaudiã, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

*Hiere.*7.16. Tu ergo noli orare pro populo hoc,nec aſſumas pro eis laudem & orationem,& non obſtas mihi qui non exaudiã te.Idem habetur verbatim,Cap.11.14.

*Cap.*11.11. Quamobrem hæc dicit Dominus.Ecce ego inducam ſuper eos mala de quibus exire non poterunt , & clamabunt ad me & non exaudiam eos.(Iſraelitas.)14.

*Cap.*14. 12. Cùm ieiunauerint non exaudiam preces eorum,& ſi obtulerint holocauſtomata & victimas non ſuſcipiã ea,quoniam gladio & fame,& peſte conſumam eos.

*Cap.*15.1. Et dixit Dominus ad me. Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me,non eſt anima mea ad populum iſtum,eiice illos à facie mea,& egrediantur.

Ergo



Ergo & ego faciã in furore,non parcet oculus meus,nec *Ezech.*8.
miſerebor,& cùm clamauerint ad aures meas voce magna,
non exaudiam eos.

Tres viri iſti(.ſ.Noe,Daniel,& Iob)ſi fuerint in illa(Iuda) *Cap.*14. 16.
viuo ego dicit Dominus Deus,quia nec filios, nec filias liberabunt.ſed ipſi ſoli liberabuntur,terra autem deſolabitur
20.Si Noe,Daniel,& Iob fuerint in medio eius,viuo ego di
Et Dominus Deus,quia filium & filiã non liberabunt, ſed
ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.

Tunc clamabunt(populi Iſrael)ad Deũ,& non exaudiet *Miche.*3.4.
eos, & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis.Sachar.7.13.

Cùm inuocabitis me non exaudiam vos,maculaſtis enim 4.*Eſdr.*1.26.
manus veſtras ſanguine,& pedes veſtri impigri ſunt ad cõmittenda homicidia.

Orabat autem hic ſceleſtus(Antiochus) Dominum,à quo 2.*Mac.* 9.13.
non eſſet miſericordiam conſecutus.

Scimus autem quia peccatores non exaudit Deus,ſed ſi *Ioan.*9.31.
quis Dei cultor eſt & volũtatem eius facit hunc exaudiet.

Scitote enim quoniã & poſtea cupiẽs hæreditare benedi- *Hebr.*12. 17.
ctionem(Gen.27.38.)reprobatus eſt,non enim inuenit pœnitentiæ locum,quanquam cum lachrymis inquiſiſſet eam.

Petitis & non accipitis,eò quod malè petatis,vt in con- *Iacob.*4.3.
cupiſcentiis veſtris inſumatis.

## *Orationum ſanctorum exempla.*

DIxitq; Iacob, Deus patris mei Abraham,& Deus patris *Gen.*32.9.
mei Iſaac,Domine qui dixiſti mihi reuertere in terrã tuam,& in locum natiuitatis tuæ & benefaciam tibi.

Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum dicens,cur *Exodi.*32.11.
Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuũ quẽ eduxiſti de terra Ægypti,in fortitudine magna,& in manu robuſta?13.Recordare,Abraham,Iſaac & Iſrael ſeruorũ,quib. iuraſti per temetipſum dicens,multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli,& vniuerſam terram hanc de qua locutus ſum dabo ſemini veſtro,& poſſidebitis eam ſemper.

Dimitte obſecro(ait Moyſes)peccatum populi tui ſecun *Num.*14.19.
dum magnitudinem miſericordiæ tuæ,ſicut propitius fuiſti egredientibus de Ægypto vſque ad locum iſtum.

Et orãs dixit(Moyſes)domine Deus ne diſperdas populũ *Deu.*9.26.
tuum & hæreditatẽ tuã quã redemiſti in magnitudine tua,

 quos

quos eduxiſti de Ægypto in manu forti,recordare ſeruorũ
tuorum Abraham, Iſaac,& Iacob,nec aſpicias duritiam po
puli huius,& impietatem atque peccatum.
3.Reg. 8. 15. Et ait Salomon,Benedictus dominus Deus Iſrael, q̃ locu
tus eſt ore ſuo ad patrem meum Dauid,& in manib⁹ eius
perfecit,&c.per totum caput 2.Par.6.16.*
4.Reg. 20.3. Obſecro Domine(ait Ezechias infirmus ad mortem)me
mento quæſo quomodo ambulauerim coram te in verita
te,& in corde perfecto,& quod placitũ eſt corã te fecerim.
2.Par.14.11. Et inuocauit(Aſa)Dñm Deum & ait.Domine nõ eſt apud
te vlla diſtantia vtrum in paucis auxilieris,an in pluribus,
adiuua nos Domine Deus noſter,in te enim,& in tuo noĩe,
habentes fiduciam,venimus contra hanc multitudinem,do
mine,Deus noſter tu es,non præualeat contra te homo.
Cap.20.6. Ait(Ioſaphat)dñe Deus patrum noſtrorum, tu es Deus
in cælo,& dominaris cunctis regnis gentium,in manu tua
eſt fortitudo & potẽtia,nec quiſquam tibi põt reſiſtere. 12.
De⁹ noſter ergo nõ iudicabis eos,in nobis quidẽ nõ eſt tã
ta fortitudo,vt poſſimus huic multitudini reſiſtere(ſ.Am
monitarum,Moabitarum,& Syriorum)quæ irruit ſup̃ nos,
ſed cum ignoramus quid agere debeamus , hoc ſolũ ha
bemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.
1.Eſd.9.6. Et dixi(Eſdras)Deus meus confundor,& erubeſco leuare
faciem meam ad te,quoniam iniquitates noſtræ multiplica
tæ ſunt ſuper caput noſtrum,& delicta noſtra creuerunt vſ
que ad cœlum,à diebus patrum noſtrorum, ſed & noſipſi
peccauimus grauiter vſque ad diem hanc.
Sapien.9.✠ Fit oratio ſapientis cum agnitione propriæ imbecillita
tis ad impetrandam à domino ſapientiam,quæ cùm omni
bus neceſſaria ſit,potiſſimum tamen rectoribus populorũ,
incerta eſt enim humana ſapientia Eccleſ.23.2.
Eccle.36.1. Miſerere noſtri Deus omnium,& reſpice nos, & oſtende
nobis lucem miſerationum tuarum,& immitte timorẽ tuũ
ſuper gentes quæ non exquæſierunt te, vt cognoſcãt quia
non eſt Deus niſi tu,& enarrent magnalia tua.
Cap.51.✠ Dei laus exaltatio , & gratiarum actio habetur per to
tum caput.
Baruch.1.17. Peccauimus ante dominum Deum noſtrum, & non cre
didimus diffidẽtes in eum,&c 21.Et non audiuimus vocẽ
Domini Dei noſtri,ſecundum omnia verba prophetarum,
quos miſit ad nos & ad iudices noſtros,&c.

Do-



Domino Deo noſtro iuſtitia,nobis autem & patribus no Cap. 2.6.
ſtris confuſio faciei ſicut eſt dies hæc.
Et nunc dñe omnipotẽs Deus Iſrael,anima in anguſtiis& Cap.3. 1.
ſpiritus anxius clamat ad te,audi domine & miſerere , quia
Deus es miſericors,& miſerere noſtri quia peccauimus an
te te.9.Iudith.9.2.cap.16.Canticum Iudith.
Tũc Tobias ingemuit,& cępit orare cũ lachrymis dicẽs, Tob. 3. 1.
iuſtus es dñe,& omnia iudicia tua iuſta ſunt, & omnes viæ
tuæ miſericordia & veritas,& iudicium, 12.cap.8.7.cap.13.1.
Et deprecabatur dominum Deum (Heſter) dicens,domi Heſter. 14. 3.
ne mi,qui rex noſter es ſalus,adiuua me ſolitariam,& cuius
præter te nullus eſt auxiliator alius.
Dñe miſerere noſtri,te.n.expectauimus, eſto brachiũ no- Eſai.33.2.
ſtrũ in mane,& ſal⁹ noſtra in tp̃e tribulatiõis.c.37.16.c. 54. *
Corripe me domine,veruntamen in iudicio & nõ in furo Hier.10 24.
re tuo,ne forte ad nihilum redigas me.Effunde indignatio-
nem tuam ſuper gentes quæ non cognouerunt te , & ſuper
prouincias quæ nomen tuũ nõ inuocauerunt:quia comede-
runt Iacob,& deuorauerunt eum , & conſumpſerunt illum,
& decus eius diſſipauerunt cap.17.13.
Expectatio Iſrael dñe,oẽs qui te derelinquũt cõfundẽtur Cap. 17. 13.
recedentes à te in terra ſcribentur,quoniã dereliquerunt ve-
nam aquarũ viuentium dominum,ſana me domine,& ſana-
bor,ſaluum me fac & ſaluus ero,quoniam laus mea tu es.
Et oraui ad Dominũ poſtquã tradidi librũ poſſeſſionis Cap. 32. 16
Baruch filio meo dicens,heu,heu,heu, domine Deus , ecce
tu feciſti cœlũ & terram in fortitudine tua magna,& in bra-
chio tuo extento,non erit tibi difficile omne verbum.
Oratio eſt Hieremię)Recordare dñe q̃d acciderit nobis, Threnor.5.
intuere & reſpice opprobrium noſtrum, &c. per totum cap.
Peccauimus domine,iniquitatem fecimus,impiè egimus Dan.9. 5.
& receſſimus & declinauimus à mandatis tuis , ac iudiciis,
non obedientes ſeruis tuis prophetis qui locuti ſunt in
nomine tuo regibus noſtris,& principibus noſtris, patribus
noſtris omnique populo terræ.cap.13 . 42.
Fit oratio Habacuch pro ignorantiis,&c.* Baruch.3.
Et conſurgens (Eſdras) à ieiunio conſciſſa habens veſti 3.Eſdr.8.74.
menta & ſacram tunicam,ingeniculans & extẽdens manus
ad dominum dicebam.Domine confuſus ſum , & reueritus
ſum ante faciem tuam , peccata enim noſtra multiplica-
ta ſunt , ſuper capita noſtra , & iniquitates noſtræ exaltatæ

ſunt

ſunt vſque ad cœlum &c. 4. Eſdr. 3. per torum.

2. *Mac.* 6. 30 Sed cũ plagis præmeretur (Eleaſarus) ingemuit & dixit, Domine qui habes ſanctã ſcientiã, manifeſtè tu cis quia cũ à morte poſſem liberari, duos corporis ſuſtineo dolores. Secundum animam verò propter timorẽ tuum libenter hęc patior. Et iſte quidem hoc modo vita deceſſit, non ſolùm iuuenibus, ſed & vniuerſæ genti memoriã mortis ſuæ ad exẽplum virtutis, & fortitudinis derelinquens.

*Act.* 4. 24. Qui cum audiſſent, vnanimiter leuauerunt vocẽ ad Dominum & dixerunt. Domine tu qui feciſti cœlum & terram mare & omnia quæ in eis ſunt &c.

*Orationis efficacia.*

*Exod.* 17. ☩ MOyſes vicit Amalechytas.
1. *Reg.* 7. 9. Samuel vicit Philiſtæos.
3. *Reg.* 17. ☩ Elias propheta triũ annorũ & ſex menſium ſterilitatem, pluuiáq; rurſus & fertillitatẽ à Deo oratione obtinuit.
1. *Reg.* 20. Ezechias è graui morbo conualeſcit.
1. *Reg.* 1. ☩ Anna ſterilis fit fœcunda.
*Daniel.* 3. ☩ Tres pueri in fornace tripudiant, Daniel.
*Cap.* 6. ☩ Daniel inter leones exultat.
*Ione.* 2. 3. Ionas è ventre Ceti liberarur.
*Luc.* 18. ☩ Publicanus Euangelicus peccatorum veniam impetrat.
*Cap.* 23. ☩ In Cruce diſtentus Latro Paradiſo donatur.
*Act.* 7. ☩ Mortuus Stephanus in cœlum ſuſcipitur.
*Acto.* 12. ☩ Eccleſiæ ſoluuntur vincula Petri, greſſum claudis, ſanitatem ægris, Mortuos vitæ: diſcipuli Chriſti reſtituerunt.

*Ad Orationem eſt neceſſaria fides.*

*Iacob.* 1. 5. SI quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter, & nõ improperat, & dabitur ei poſtulet aũt in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur, non ergo exiſtimet homo ille, quod accipiet aliquid à Domino.

*Neceſſaria eſt ſpes.*

*Matt.* 7. 7. PEtite, & dabitur vobis.
*Mar.* 11. 24. Omnia quæcunq; orãtes petitis, credite quia accipietis.
*Luc.* 11. 10. Omnis qui petit accipit.
*Ioan.* 16. 23. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

*Neceſſaria eſt charitas.*

*Ioan.* 14. 21. QVi habet mãdata mea, & ſeruat ea, ille eſt q̲ diligit me
1. *Ioan.* 3. 21. Chariſſimi, ſi cor noſtrũ nõ reprehenderit nos, fiduciã habemus ad Deũ, & quicq̃d petierimus, accipiem⁹ ab eo

quo



quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo facimus.

Cùm ſtabitis ad orãdum dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, vt & pater veſter qui in cœlis eſt dimittat vobis peccata veſtra, quod ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. *Mar.* 11. 25.

Orate pro inuicem vt ſaluemini. *Iacob.* 5. 16.

Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiam conſequentur *Matth.* 5. 7.

Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna. &c. *Vide charitas.* *Iob.* 12. 8.

*Requiritur humilitas corporis.*

MOyſes populi Iſraelitici dux & imperator, pugnante populo manus in altum ad laſſitudinem vſq; ſuſtulit. *Exod.* 17. *

Salomõ rex eiuſdẽ gẽtis inclytiſſim⁹, in dedicatiõe tẽpli, fixis in terra genib⁹, extẽſiſq; ad cęlũ manib⁹, oraſſe legit. 3. *Reg.* 8. *.

Poſui faciem ad Dominum Deum meum, rogare & deprecari in ieiuniis, ſacco & cinere. *Daniel.* 9. 3.

Sic Niniuitę ieiunarũt, induti sũt ſaccis à maiore vſq; ad (minorem. *Ionæ.* 3. 3.

Apoſtolus Paulus: Flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. *Ephe.* 3. 14.

Publicanus Exangelicus, à longè ſtat, pectus tundit, nec ad cœlum oculos audet tollere. *Luc.* 18. 13.

*Humilitas ſpiritus.*

ORatio humiliantis ſe, nubes penetrat. *Eccle.* 35 21.
Ad quẽ reſpiciã, niſi ad pauperculũ, & contritũ corde? *Eſa.* 66. 2.
Iuxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. *Pſal.* 33. 19.
Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. 50. 19.
Reſpexit in orationẽ humiliũ, & non ſpreuit precẽ eorũ. 101. 18

*Orandi aſſiduitas.*

SEmper orate, & non deficiete. *Luc.* 18. 1.
Sine intermiſſione orate. 1. *Teſſa.* 3. 17.
Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione. *Colloſſ.* 4. 2.
Chriſtũ interdũ in oratione pernoctaſſe teſtatur Lucas. *Luc.* 6. 12.

*Ordinis Sacramentum.*

SIcut miſit me pater, & ego mitto vos, qđ cũ dixiſſet inſufflauit & dicit eis: Accipite ſpiritũ Sanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remittũt eis, & quorũ retinueritis retẽta sũt. *Ioan.* 20. 22.

Noli negligere gratiã quæ in te eſt quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyteri. 1. *Tim.* 4 14.

Manus citò nemini impoſueritis, nihil faciens in aliã partem declinando. *Cap.* 5. 22.

propter

2. Tim. 1. 6. Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.

Titum. 1. 5. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas & cõſtituas per ciuitates presbyteros ſicut ego diſpoſui tibi.

*Oreb & Zeb interficiuntur, Iudic. 7.25.*

## *Oſculum pudicum Pacis, & Charitatis ſymbolum.*

Gen. 29.13. QVi cum audiſſet veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ, occurrit obuiam ei, cõplexuſq; eum, & in oſcula ruẽs, duxit in domum ſuam, cap. 45.14.

Cap. 48. 10. Oculi enim Iſrael caligabant (Iacob) præ nimia ſenectute, & clarè videre non poterat, applicitoſq; ad ſe (Ioſeph, Manaſſes & Effraim) deoſculatus & circumplexus eſt eos.

Exod. 4. 27. Dixit aũt dñs ad Aaron, vade in occurſum Moyſi in deſertũ qui perrexit obuiã ei in mõtẽ Dei, & oſculatus eſt eum.

Luc. 15. 20. Et ſurgens venit ad patrem ſuum (filius prodigus) cũ autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper colum eius, & oſculatus eſt eum.

Act. 20.37. Magnus autem luctus factus eſt omnium, & procumbentes ſuper colum Pauli, oſculabantur eum.

Rom. 16. 16. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Idem. 1. Cor. 16.20. verbatim. Item habetur 2. Cor. 13.12.

1. Teſſa. 5.26. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto. Idem. 1. Pet. 5.14. habetur verbatim.

## *Occium, vide accedia.*

*Ozias ſacerdos recepit Achor in domũ ſuã.* Iudith. 6 19. *praſcribit* Domini *miſerationi tẽpus quinque dierũ. cap.* 7.23.

## *Ozias, vide Vſia.*

## *Pactum cum quibus non ſit ineundum.*

Exod. 23.32. NOn inibis cũ eis (gẽtibus) fœdus, nec cũ diis eorum.

Cap. 34. 15 Ne ineas pactũ cum hominibus illarũ regionũ (gentiũ) ne cũ fornicati fuerint cũ diis ſuis & adorauerint ſimulachra eorum, vocet te quiſquam & comedas de immolatis.

Deut. 7.3. Non inibis cũ eis (gentibus) fœdus, neq; ſociabis cũ eis cõiugia, filiã tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo.

3. Reg. 20. ✠ Rex Achab à propheta reprehenditur, quod fœdus cum Benadad rege Syriæ inierit, illumq; viuum dimiſerit.

Pactum



## *Pactum contra Dei voluntatem cum infidelibus initum punitur.*

ISrael ſociatur gentibus à Domino derelictis ad ipſius exercitationẽ, ideo ſæpius per extraneos Reges affligitur. Iud. 3. ✠

Rex Achab à propheta reprehenditur, quod fœdus cum Benadab rege Syriæ inierit, illumque viuum dimiſerit. 3. Reg. 20. ✠

Cui (Regi Ioſaphat) occurrit Iehu (propheta) filiꝰ Hanani vidẽs, & ait ad eũ: ĩpio (Achas) prebes auxiliũ, & his ꝗ oderũt dñm amicitia iũgeris, & idcirco irã quidẽ dñi merebaris. 2. Para. 19. 2.

## *Pactum init Deus cum populo.*

POnamq; fœdus meũ inter te & me, & multiplicabo te vehementer nimis. 7. Et ſtatuã pactũ meum inter me & te & inter ſemen tuum poſt te, in generationibus ſuis, fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Gen. 17. 2.

Si ergo audieritis vocẽ meã, & cuſtodieritis pactũ meũ, eritis mihi ĩ peculiũ de cũctis populis, mea eſt. n. õnis terra. Exod. 19. 5.

Dominus Deus non pepigit nobiſcum fœdus in Horeb. Deut. 5. 2.

Ecce dies venient dicit Dominus, & faciam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum. Hiere. 31. 31.

## *Pactum init populus cum Deo.*

PErcuſſit ergo Ioſue in die illo fœdus, & propoſuit populo præcepta, atque iudicia in Sichem. Ioſue 24. 25.

Stetitq; rex, Ioſias, ſuper gradũ & fœdus percuſſit corã domino, vt ambularent poſt dominum, & cuſtodirẽt præcepta eius & teſtimonia, & cerimonias in omni corde, & in tota anima, & ſuſcitarẽt verba fœderis huius, quæ ſcripta erãt in libro illo, acquieuitq; populus pacto. Idem 2. Paral. 15 12. 4. Reg. 23. 3.

Pepigit autem Iorada fœdus inter ſe, vniuerſumq; populum & regem, vt eſſet populus domini. 2. Eſdræ 10. 29. 2. Para. 23. 16

## *Parentum officium.*

SCio enim, ait Dominus, ꝙ præcepturus ſit filiis ſuis & domui ſuę poſt ſe, vt cuſtodiãt viã domini, & faciãt iudiciũ & iuſtitiam, vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum, cap. 21. 19. cap. 24. 2. Gen. 18. 19.

Filiis autem cõcubinarum largitus eſt Abrahã, munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret, ad plagam orientalem, cap. 34. 4. Cap. 25. 6.

Iacob ſingulis ſuis filiis bñdicẽs, & quorũdã defectꝰ arguẽs futura illis ꝑdicit, tãdẽq; declarato ſepulturę ſuę loco, morit̃ Cap. 49. ✠

Et

*Exod.*10.2. Et narres,(Moyſi & Aaron ait Deus) in auribus filij tui nepotum tuorum,quoties contriuerim Ægyptios,& ſigna mea fecerim in eis,vt ſciant quia ego Dominus.

*Cap.* 13. 14. Omne primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes,cùmque interrogauerit te filius tuus cras dicens: quid eſt hoc?re pondebis ei:In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti de domo ſeruitutis.

*Leuit.*19.29. Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra & impiatur piaculo.

*Deut.*4.9. Cuſtodi temetipſum & animam tuā ſolicitè,ne obliuiſcaris verborū,quæ viderunt oculi tui,& ne excidant de corde tuo cūctis diebus vitæ tuæ , docebis ea filios , ac nepotes tuos,diem quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb.

*Cap.*6.4. Audi Iſrael Dñs Deus noſter, dñs vnus eſt: diliges dominū Deū tuū ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota fortitudine tua,eruntq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo,& narrabis ea filiis tuis,& meditaberis ſedēs in domo tua,& ambulās in itinere,dormiēs atque cōſurgēs,20.cūq; interrogauerit te filius tuꝰ cras dicēs: qd ſibi volūt teſtimonia hęc,& cerimonię atq; iudicia quę præcepit dñs Deus noſter nobis? Dices ei ſerui eramus Pharaonis in Ægypto,& eduxit nos dñs de Ægypto in manu forti.

*Cap.*11.19. Docete filios veſtros vt illa (Dei beneficia) meditētur, cū ſederis in domo tua,& ambulaueris in via,& accubueris,atque ſurrexeris.

*Cap.*21.19. Si genuerit homo filium cōtumacē,& proteruum,qui nō audierit patris & matris imperium,& coercitus obedire cōtēpſerit,apprehēdēt eum,& ducēt ad ſeniores ciuitatis illiꝰ, & ad portā iudicij, dicētq; ad eos:filius noſter eſt proteruus & contumax,& monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vaca & luxuriæ atque conuiuiis , lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur , vt auferatis malum de medio veſtri,& vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.

*Cap.*32.46. Et dixit(Moyſes)ad eos.Ponite corda veſtra in omnia verba,quæ ego teſtificor vobis hodie, vt mandetis ea filiis veſtris cuſtodire,& facere & implere vniuerſa quæ ſcripta ſunt in volumine legis huius.

1.*Reg.*3.13. Prædixi enim ei quod iudicaturus eſſem domum eius in æternum(.ſ.Heli)propter iniquitatem,eo quod nouerat indignè agere filios ſuos,& non corripuerit eos.

3.*Reg.*2.1. Appropinquauerūt aūt dies Dauid vt moreretur,pręcepitq; Salomoni filio ſuo dicens.&c.3.obſerua vt cuſtodias mandata Domini Dei tui,vt ambules in viis eius,& cuſtodias cęremonias eius,& præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi (Deut. 17.16.) vt intelligas vniuerſa quæ facis, & quocumque te verteris.



Quāta audiuimus & cognouimus ea,& patres noſtri narrauerunt nobis. *Pſal.*77.3.

Audi fili mi diſciplinā patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ,vt addatur gratia capiti tuo,& torques collo tuo. *Pro.*1.8.

Audite filij diſciplinam patris & attendite vt ſciatis prudētiam.Cap.5 7. *Cap.*4.1.

Qui parcit virgę odit filium ſuum,qui autem diligit eum inſtanter erudit. *Cap.*13.24.

Erudi filium tuum,ne deſperes,ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. *Cap.*19.18.

Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua,beatos poſt ſe filios derelinquet. *Cap.*20.7.

Stultitia colligata eſt in corde pueri , & virga diſciplinæ fugabit eam. *Cap.*22.15.

Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi enim percuſſeris eum virga non morietur , tu virga percuties eum & animā eius de inferno liberabis. *Cap.*23.13.

Erudi filium tuum,& refrigerabit te,& dabit delitias animæ tuæ. *Cap.* 29. 17.

Fili conſerua tempus & deuita à mala. *Eccl.*4.23.

Filij tibi ſunt?erudi illos & curua illos à pueritia illorum, Cap.8.11.Cap.25. 10. *Cap.*7.25.

In filia non auertente ſe,firma cuſtodiam,ne inuenta occaſione vtatur ſe. *Cap.*26. 13.

Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella vt lætetur in nouiſſimo ſuo,& non palpet proximorum oſtia,& ſic per totum caput docemur filios in diſciplina educare, & quam ſit pernitioſum illis indulgere.11. Non des illis poteſtatem in iuuentute,& ne deſpicias cogitatus illius, *Cap.*30.1.

Quem ab infantia timere Deum docuit (Thobias filium ſuum)& abſtinere ab omni peccato. *Tob.*1.10.

Tobias cum ſe breui putaret moriturum,filio piiſſimā ſalutis monita inculcat,&c.11. Attende tibi fili mi ad omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquā patiaris crimen ſcire:Superbiam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo verbo dominari permittas,in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.Cap.10.13. *Cap.*4.3.

*Cap.* 14. 10. Audite ergo filij mei patrẽ veſtrũ,ſeruite Domino in verita-
te,& inquirite,vt faciatis quæ placita ſunt illi:& filiis veſtris
mandate,vt faciant iuſtitias & eleemoſinas,vt ſint memores
Dei,& benedicant eum in omni tempore.

1.*Mach*.2.64 Vos ergo filij confortamini dixit Mathatias moriturus,&
viriliter agite in lege,quia in ipſa glorioſi eritis(.ſ.cũ feceri-
tis quæ vobis præcepta ſunt in lege à Domino Deo veſtro.)

2.*Mac*.6.28. Adoleſcentibus autem(dixit Eleazarus moriturus)exem-
plũ forte relinquam,ſi prompto animo ac fortiter pro gra-
uiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar,
hiis dictis confeſtim ad ſupplicium trahebatur.

*Cap*.7.20. Supra modum autem mater mirabilis,& bonorũ memo-
ria digna,quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tẽpore
conſpiciens bono animo ferebat propter ſpẽ quã in deo ha
bebat,ſingulos illorũ hortabatur voce patria fortiter reple-
ta ſapientia & fœmineæ cogitationi maſculinum animũ inſe
rẽs.27. Itaque inclinata ad illum irridens crudelem tyrannũ
ait patria voce. Fili mi miſerere mei, quæ te in vtero nouem
menſibus portaui,& lac triennio dedi & alui, & in ætatem i-
ſtam perduxi.

*Matt*. 10.37. Qui amat patrem aut matrem pluſquã me,non eſt me di
gnus,& qui amat filiũ aut filiã ſuper me non eſt me dignus.

*Epheſ*.6.4. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios ve-
ſtros,ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.
Idẽ Colloſſ.3.21. verbatim fere.2.Timot.3.15. Titum.2.4.

### *Paſchæ feſti inſtitutio vide ſupra feſtum paſchæ.*

### *Parentes ſunt honorandi ex corde.*

*Tob*.4.2. AVdi fili mi verba mea oris mei,&ea in corde tuo quaſi
fundamentũ cõſtitue. Cũ acceperit Deus animã meã,
corpus meũ ſepeli:& honorẽ habebis matri tuę omnib[9] die-
bus eius:Memor.n.eſſe debes,q̃ & quanta pericula paſſa ſit
propter te in vtero ſuo. Cum autẽ & ipſa compleuerit tẽpus
vitæ ſuæ ſepelies eã circa me.

*Prou*.23.22. Audi patrẽ tuũ,qui te genuit,& ne cõtemnas cum ſenue-
rit mater tua.

*Eccle*. 3. 14. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in
vita illius,& ſi defecerit ſenſus,veniam da,et ne ſpernas eum
in tua virtute. Eleemoſina enim patris non erit in obliuione.
Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, et in iuſti-
tia ędificabitur tibi,et in die tribulationis memorabitur tui,
et ſicut in ſereno glacies,ſoluentur peccata tua.

Dili-



### Diligenter.

QVi timet Dominum honorat parentes,et quaſi domi *Ibid*.8.
nis ſeruiet his qui ſe genuerunt.

Honora patrem tuum,et gemitus matris tuæ non obliuiſ 7.29.
caris,et retribue illis quomodo et illi tibi. Memento quo-
niam niſi per illos natus non fuiſſes.

Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum *Coll*.3.20.
eſt Domino.

### *Propter Dei iuſſionem.*

VNuſquiſque patrem ſuum et matrem ſuam timeat. *Exod*.20.12.
Honora patrem tuũ et matrem ſicut præcepit tibi Do *Leuit*. 19.3.
minus vt longo viuas tempore,et bene ſit tibi in terra,quã *Deut*. 5.16.
Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter tradi *Mat*.15.4.
tionem veſtram? Nam Deus dixit: Honora patrem et matrẽ,
& qui maledixerit,patri vel matri morte moriatur.

Vos autem dicitis. Quicunque dixerit patri vel matri,Mu
nus quodcunque eſt ex me,tibi proderit, et non honorifica-
bit patrem ſuum vel matrem ſuam.

### *Ob boni conſecutionem.*

COrona ſenũ filij filiorũ, et gratia filiorũ,patres eorum. *Prou*.17.6.
Sententiã patris audite filij dilecti, et exequimini eã, vt *Eccle*.3.2.
ſeruemini: Dominus enim patrẽ liberis honorabilem reddi
dit,et ſententiæ matris attribuit authoritatem in filios.

In operę et ſermone et omni patientia honora patrẽ tuũ, *Ibid*.9.
vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo,et benedictio illius in
nouiſſimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorũ.
Maledictio autem matris,eradicat fundamenta.

Sicut qui theſaurizat,ita et qui honorificat matrem ſuam *Ibid*.5.

Qui honorat patrẽ ſuum,vita viuet longiore: et qui obe- 7.
dit patri refrigerat matrem.

Filij obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iu- *Epheſ*.6.1.
ſtum eſt. Honora patrẽ tuũ et matrem tuam, quod eſt man-
datũ primum in promiſſione,vt bene ſit tibi,et ſis longeuus
ſuper terram.

### *Ob mali euaſionem.*

QUi percuſſerit patrẽ ſuũ aut matrẽ, morte moriatur. *Exo*.21.15.
Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur.
Maledictus qui non honorat patrẽ ſuũ & matrem ſuam. *Deut*.27.16.

Qq 2 Qui

Prou.19.26. Qui affligit patrem &, expellit matrẽ, ignominioſus erit & infelix. (diis tenebris.

20.20. Qui maledicit patri & matri, extinguetur lumẽ eius in me

28.24. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum particeps homicidæ eſt.

Verbum cuſtodiens filius extra perditionem erit.

29.27.

30.17. Oculũ eius q ſubſannat patrẽ, & qui deſpicit partũ matris ſuę, ſuffodiãt eũ corui, de torrẽtib⁹ & aquillæ pulli deuorẽt.

Eccle.3.13. Ne glorieris in contumelia patris tui, nõ eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris eſt, & dedecus filij, pater ſine honore.

Ibid.18. Quam malę famę eſt, qui relinquit patrem: & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrem.

## *Paſtor ſummus Deus affectuoſè reuocans errantes.*

Iere.23.3. ECce ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eieceram eos illuc & conuertam eos ad rura ſua, & creſcent & multiplicabuntur, & ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos.

Ezech.34.11. Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas.

Ibid.13. Et educam eas, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam in montibus Iſrael.

Ioan.10.11. Ego ſum paſtor bonus.

Heb.13.20. Deus autẽ pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnũ ouiũ in ſanguine teſtamenti æterni, Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatẽ, faciens in vobis quod placet coram ſe per Ieſum Chriſtum.

1.Pet.2.25. Eratis enim vos oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.

## *Copioſè remunerans obſequentes.*

Eſa.40.11. SIcut paſtor gregẽ ſuum paſcet in brachio ſuo, congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit.

Ezech.34.14 In paſcuis vberrimis paſcam eas.

Ibid.16. Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam & quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmũ fuerat conſolidabo, & quod forte & pingue, cuſtodiam, & paſcã illas in iudicio.

Ibid.17. Vos autem greges mei, greges paſcuę meæ homines eſtis & ego Dominus Deus veſter, dicit Dominus Deus.

Ioan.10.14 Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego noſco patrem, & animam



animam meam pono pro ouibus meis.

Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternũ, Ibid.28. & non rapiet eas quiſquam de manu mea.

## *Paſtores præceptores & alij præfecti, qua debeant ſolicitudine, & cura eſſe, erga ſibi commiſſos.*

DIligenter agnoſce vultũ pecoris tui tuoſque greges conſidera, non enim habebis iugiter poteſtatẽ, ſed corona tribuetur (tibi) in generatione & generationem. Prou.27.23.

Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis Sap.6.23.

Quod infirmum fuit (paſtores) non conſolidaſtis, & quod Ezech.34.4. ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabitis eis & cum potentia, &c. per totum caput.

Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oues, & erra Matt.18.12. uerit vna ex eis, nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & vadit quærere eam, quæ errauit? Idem, Lucæ. 15. 4. verbatim habetur.

Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit Cap.24.45. Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tẽpore.

Bonus paſtor animã dat pro ouibus ſuis, mercenarius au Ioan.10.11. tem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprię, vidit lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues. &c. Per totum caput.

Ante diẽ feſtũ paſchæ ſciens Ieſus quia venit hora eius Cap.13.1. vt trãſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, &c. per totum caput.

Ego pro eis rogo: nõ pro mundo rogo, ſed pro hiis quos de Cap.17.9. diſti mihi quia tui ſunt. 11. Et iam non ſum in mundo, & hij in mundo ſunt, & ego ad te venio pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos.

Reſpõdit Ieſus: dixi vobis quia ego ſum, ſi ergo me quæ Cap.18.8. ritis ſinite hos abire.

Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſan Act.20.28. ctus poſuit epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, &c. 31. Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per triennium nocte & die non ceſſaui cũ lachrymis monens vnumquenque veſtrum.

Optabam enim ego anathema eſſe pro fratribus meis, Rom.9.3.

Qq 3 qui

qui ſunt cognati mei ſecundum carnem.

*Cap.*12.8. Qui exhortatur in exhortando (domum habet ſecundũ gratiam) qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate.

1. *Cor.*4.14. Non vt confundã vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo.

1. *Cor.*11.29. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror?

*Galat.*4.19. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis.

*Paſtor bonus Deum attendit.*

*Ibidem.*2. QVi autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Et quũ proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum ſequuntur: quia ſciunt vocem eius.

21.15. Dixit Simoni Petro Ieſus Simõ Ioãnis diligis me plus his. Dicit ei: Etiã, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, paſce agnos meos.

1. *Cor.*4.2. Hic iã quęritur inter diſpẽſatores, vt fidelis quis inueniat.

*Ouibus intendit.*

*Ierem.*3.15. ET dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina.

*Matt.*20.25. Scitis quia principes Gẽtium dominantur eorum. Nõ ita erit inter vos. Sed quicũq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Sicut Filius hominis nõ venit miniſtrari ſed miniſtrare, & dare animã ſuam in redemptionẽ pro multis.

*Ioan.* 10.11. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

1. *Tim.*3.2. Oportet enim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.

*Tit.*1.7. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe.

3.14. Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi.

*Act.*20.28. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

*Præmium acquirit.*

*Matt.*24.25. QVis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam, ſuam, vt det illis cibũ in tempore? Beatus ille ſeruus, quem quum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem Amen dico vobis, quoniã ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

1. *Pet.*5.1. Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro cõſenior & teſtis Chriſti paſſionũ, q & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ cõmunicator: Paſcite qui in vobis eſt gregẽ Dei, prouiden-



tes nõ coactè ſed ſpontaneè, ſecũdum Deũ, neque turpis lucri gratia, ſed volũtariè neque vt donãtes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. (ſibilem gloriæ coronam.

Et quũ apparuerit princeps paſtorũ percipietis immarceſ- *Ibidem.*4.

*Paſtor malus bonum gregem diſsipat.*

SAcerdotes nõ dixerunt, vbi eſt dominus? & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me. *Ierem.*2.8.

Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. 50.6.

Filij hominis ꝓpheta de paſtorib. Iſrael, væ paſtorib. Iſrael, q paſcebãt ſemetipſos: nõne greges à paſtorib. paſcũtur. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & ꝙ craſſũ erat occidebatis, gregẽ autẽ meũ nõ paſcebatis. Quod infirmũ fuit nõ cõſolidaſtis, & ꝙ ęgrotũ nõ ſanaſtis. Quod cõfractũ eſt nõ alligaſtis, & qđ abiectũ eſt non reduxiſtis, & quod perierat, nõ quæſiſtis: ſed cũ auſteritate imperabatis eis, & cũ potẽtia *Ezech.*34.2.

Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor. *Ibidem.*5.

Nonne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci? inſup & reliquias paſcuarum veſtrarũ cõculcaſtis pedibus veſtris, & cũ puriſſimã aquã biberetis reliquam pedibus veſtris turbaſtis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras, Saluabo gregẽ meũ: & non erit vltra in rapinã, & iudicabo, inter pecus & pecus. Propterea hæc dicit Dñs: Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue & macilẽtũ. Pro eo, quid lateribus & humeris impingebatis. *Ibidem.*18.

Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. *Ioan.*10.1.

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues. *Ibidem.* 12.

*Commodum proprium ſpectat.*

IPſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum. *Eſai.*56.11.

Propterea paſtores audite verbũ Domini. Viuo ego dicit Dñs Deus, quia pro eo, quod facti ſunt greges mei in rapinã & oues meæ in deuorationẽ omnium beſtiarum agri, eò ꝙ non eſſet paſtor, neq; enim quæſierunt paſtores gregẽ meũ, ſed paſcebãt ſemetipſos, & greges meos non paſcebãt *Ezech.*34.7.

Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregẽ meũ de manu eorũ, & ceſſare faciam, vt vltra nõ paſcant gregem meũ *Ibidem.*10.

nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Et liberabo gregẽ meum de ore eorũ,& non erit vltra eis in eſcam, dicit Dñs.

*Ioan.* 10. 13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

*Malum contra ſe prouocat.*

*Ierem.* 23.1. VÆ paſtoribus qui diſperdũt,& dilacerant gregẽ paſcuæ meæ. Ideo hæc dicit Dñs: Vos diſperſiſtis gregẽ meum & eieciſtis eos,& non viſitaſtis eos: Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum, ait Dominus.

25.34. Vlulate paſtores & clamate,& aſpergite vos cinere optimates gregis, qa cõpleti ſũt dies veſtri vt interficiamini,& diſſipationes veſtræ & cadetis quaſi vaſa pretioſa. Vox clamoris paſtorũ,& vlulat⁹ optimatũ gregis qa vaſtauit Dñs paſcua eorũ & cõticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Dñi.

*Zach.* 10.3. Super paſtores iratus eſt furor meus,& ſup hircos viſitabo.

11.3. Vox vlulatus paſtorũ, quia vaſtata eſt magnificentia eorũ. Hæc dicit dñs Deus meus: paſce pecora occiſionis, quæ q poſſidebant occidebant:& non dolebant,& vendebant ea dicẽtes: Benedictus Dominus, diuites facti ſumus. Et paſtores eorum non parcebant eis. Et ego nõ parcam vltra ſuper habitantes terram dicit dominus.

*Ibidem.* 15. Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti. O paſtor & idolum, derelinquẽs gregem Gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius.

*Patiens & longanimus eſt Deus.*

*Gen.* 6.3. DIxitque Deus (vidẽs hominis peccata creſcere) non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum quia caro eſt: eruntq́ue dies illius centum viginti annorum.

*Exod.* 34. 6. Quo (Moyſe) tranſeunte coram eo (Deo) ait dominator domine Deus miſericors & clemens,& patiens, & multæ miſerationis & verax.

*Num.* 14. 18. Dominus patiẽs & multæ miſericordiæ auferẽs iniquitatẽ & ſcelera, nullumq́ue innoxium derelinquens, qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ

*Pſal.* 85. 15. Et tu domine Deus miſerator & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ & verax Eccleſ. 8.12.

102.8. Miſerator & miſericors dominus, longanimus & multum miſericors, Idem verbatim. 144.8.

*Eſa.* 30.18. Propterea expectat dominus vt miſereatur veſtri,& ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij Dominus; beati omnes qui expectant eum.

Et



Et ſcindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra, & conuertimini ad dominum Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ,& præſtabilis ſuper malitia. *Ioel.* 2. 13.

Ionas in afflictione ſua orauit dominum dicẽs. Scio enim quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis & ignoſcens ſuper malitia. *Ionæ.* 4.3.

Dominus patiens & magnus fortitudine & mundans nõ faciet innocentem dominus in tempeſtate & turbine viæ eius,& nebulæ puluis pedum eius. *Nahum.* 1.3.

Sed misereris omnium quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Sap.* 11. 24.

Tu autem Deus noſter ſuauis & verus es, patiens & in miſericordia diſpoñens omnia. *Cap.* 15.1.

Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. *Matt.* 18. 27.

An diuitias bonitatis eius,& patientiæ,& longanimitatis eius contemnis ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. *Rom.* 2.4.

Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam. 1. *Timot.* 1.16

Non tardat dominus promiſſionem ſuam ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. 2. *Pet.* 3.9.

*Patientia & longanimitas fidelium in omni genere tribulationum.*

ABrahã Dei mãdato parẽs, promiſſaq; accipiens patria relicta, comitãte Loth, domino in Sichem ſacrificauit, inde propter famẽ Ægyptum ingreſſus vxorẽ ſuam vocat ſororem, quam in domum regis ſublatã, poſtea ditatus recipit. *Gen.* 12. ✠

Sibe cibaria adferẽti ac detractori cõfert Dauid bona Miphiboſeth Semei maledicẽtẽ occidi vetat. 10,& ait rex iis q voluerũt amputare ei⁹ caput. Quid mihi & vobis eſt filij Saruiæ? Dimittete eũ vt maledicat, Dñs enim præcepit ei vt malediceret Dauid,& quis eſt qui audeat dicere quare ſic fecit. 3. *Reg.* 16. ✠

Iob ſanctus & diues, pro filiis conuiuia celebrantibus domino viciſſim ſacrificat, cuius poſſeſſiones Dominus potenti Satanæ diripiendas exponit, per quem perdita omni illius ſubſtantia interemptiſq́ue filiis, ipſe cum ſignis mæſtitiæ, patiens, in Dei laudes prorumpit. *Iob.* 1. ✠

Qq 5 Dixit

Cap.2.9. Dixit autem illi vxor ſua. Adhuc tu permanes in ſimpli-
citate tua? benedic Deo & morere. Qui ait ad illam. Quaſi
vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de
manu Dei mala quare non ſuſcipiamus.

Prouer.3.11. Diſciplinam Domini fili mi ne abiicias, nec deficias cùm
ab eo corriperis, quē enim diligit dominus corripit, & quaſi
pater in filio complacet ſibi.

Cap.14.19. Qui patiens eſt multa gubernatur prudentia; qui autem
impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam.

Cap.15.1. Reſponſio mollis frangit irā, ſermo durus ſuſcitat furorē.

Cap.16.32. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo
ſuo expugnator eſt vrbium.

Cap.25.15. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringit
duritiam. (cunditatis.

Eccleſ.1.29. Vſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio io-

Cap.2.4. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore ſu
ſtine, & in humilitate patiētiam habe quoniam in igne pro-
batur aurum & argentum, homines verò receptibiles in ca
mino humilitatis.

4.Eſd.10.15. Nunc ergo retine apud temetipſum dolorem tuum, &
fortiter fer, qui tibi contigerunt caſus.

2.Mac.6.20 Intuens autē quemadmodum oporteret accedere patien
ter ſuſtinens deſtinauit (Eleazarus) non admittere illicitā
propter vitæ amorem.

Cap.7.✠ Septē fratrū, matriſq; eorum ingentia fortiſſimēq; tolera-
ta ſupplicia, quod porcinis nollēt veſci carnibus, & quā con
ſtanter regi ob ſuam crudelitatem oſtenderint damnationē
eſſe paratam, & quomodo mater ſuos filios ſit exhortata.

Matt.5.36. Ego autē dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te per-
cuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

Rom.5.3. Non ſolùm autē gloriamur, quod pacem habemus apud
dominum Deum noſtrum, ſed & gloriamur, in tribulationi-
bus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia
autem probationem, probatio verò ſpem.

Cap.12.12. Spe gaudentes, in tribulationibus patientes.

Cap.15.4. Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinā ſcri
pta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum
ſpem habeamus.

Galat.5.22. Fructus autem ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, patien
tia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, mo
deſtia, continentia, caſtitas.

Obſecro



Obſecro vos &c. vt digne ambuletis vocatione quā vocati Epheſ.4.2.
eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia
ſupportantes inuicem in charitate.

Rogamus autē vos fratres, corripite inquietos, cōſolami- 1.Theſſ.5.14.
ni puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad oēs.

Ita vt & oēs ipſi in vobis gloriemur, in eccleſiis Dei pro 2.Theſſa.1.4.
patientia veſtra, & fide, in omnibus perſecutionibus veſtris
& tribulationibus quas ſuſtinetis, in exēplū iuſti iudicij Dei
vt digni habeamini (in) regno Dei, pro quo & patimini. 7. Si
tamen iuſtum eſt apud Deū retribuere tribulationē (aliqui
legunt retributionem) iis qui vos tribulant, & vobis qui tri
bulamini, requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu
de cœlo cum angelis virtutis eius.

Tu aūt ô homo Dei, hæc fuge (cupiditatē &c.) ſectare ve 1.Tim.6.11.
rò iuſtitiā, pietatē, fidē, charitatē, patientiam, manſuetudinē.

Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. 12. Suſtinebimus 2.Tim.2.3.
& conregnabimus, ſi negauerimus, & ille negabit nos.

In quo exultabitis modicum nunc ſi oportet contriſtari 1.Petr.1.6.
in variis tentationibus, vt probatio veſtræ fidei multo præ-
ſtantior auro (quod per ignē probatur) inueniatur in laudē
& gloriam, & honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti.

Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei cōſcientiā ſuſtinet qs Cap.2.19.
triſtitias patiens iniuſtè. Quæ eſt gloria ſi peccantes & co-
lophizati ſuſtineatis? Sed ſi benefacientes ſuſtinetis, hæc eſt
gratia apud Deum.

Sed ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati. Timorem Cap.3.14.
autem ne timueritis, & nō cōturbemini. 17. Melius eſt enim
benefacientes (ſi volūtas Dei velit) pati, quàm malefaciētes,
quia & Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, iuſtus pro
iniuſtis, vt nos offerret Deo.

Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadē cogitatione ar- Cap.4.1.
mamini, quia qui paſſus eſt in carne deſiit à peccatis, vt iam
non deſideriis hominum, ſed voluntati Dei, quod reliquum
eſt, in carne viuat temporis. 2 Pet. 1.6.

Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei Hebr.10.36.
facientes reportetis promiſſionem.

Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filiū Pharaonis, ma Cap.10.24.
gis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis pec-
cati habere iucunditatem.

Ideoque & nos tanquam habentes impoſitam nubem Cap.12.1.
teſtium, deponentes omne pondus, & circunſtans nos pec-
catum

catũ per patientiã curramus ad propoſitum nobis certamẽ.

Iacob.5.7. Patientes igitur eſtote fratres, vſque in aduentũ Domini, ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum ac ſerotinum, patientes eſtote & vos & confirmate corda veſtra.

### *Deum placat.*

Pſalm.9.19. PAtientia pauperum non peribit in finem.

Prou.20.22. Ne dicas: reddam malum pro malo. Expecta Dominum & liberabit te.

Apoc.3.10. Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab ora tentationis, quæ ventura eſt in orbem vniuerſum tentare habitantes in terra.

### *Præmium parat.*

Luc. 8. 15. QVod autem in bonam terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructũ afferunt in patientia.

Rom. 15. 4. Quæcunq; ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, vt per patientiã & conſolationẽ ſcripturarum ſpẽ habeamus.

### *Hominem commendat.*

Prou.16.32. LOnganimis forti præſtat, & qui animo ſuo imperat, ei, qui expugnat vrbes.

19. 11. Doctrina viri, per patientiam noſcitur.

Eccleſ. 7. 9. Melior eſt patiens arrogante.

Luc. 21. 19. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

1.Cor.13.4. Charitas patiens eſt, benigna eſt.

Hebr.10.36. Patientia aũt vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reporteris promiſſionem per veſtram orationem.

### *Impatientia & eius punitio.*

Exod. 14. 11. ET dixerunt ad Moyſen forſitã nõ erãt ſepulchra in Ægypto, iõ tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine. Quid hæc facere voluiſti vt educeres nos ex Ægypto?

Cap. 15. 24. Et murmurauit populus cõtra Moyſẽ dicẽs. Quid bibem⁹?

Cap.16.2. Et murmurauit oĩs cõgregatio filiorũ Iſrael cõtra Moyſen & Aaron in ſolitudine, dixeruntq; filij Iſrael ad eos: Vtinã mortui eſſemus per manum Dñi in terra Ægypti, &c.7. Dixerũtq; eis (Moyſes & Aaron) mane videbitis gloriam Domini. Audiui enim murmur veſtrũ contra Dominũ, nos verò quid ſumus quia muſſitatis contra nos.

Cap.17 2. Qui (.ſ.omnis multitudo filiorũ Iſrael) iurgatus contra Moyſen



Moyſen ait: Da nobis aquam vt bibamus, quibus reſpondit Moyſes, quid iurgamini cõtra me? quid temptatis Dominũ.

Interea ortũ eſt murmur populi quaſi dolentiũ pro labore cõtra Dominum. Quod cum audiſſet dominus iratus eſt, & accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremã caſtrorum partem, 10. Audiuit ergo Moyſes flentẽ populũ per familias, ſingulos per oſtia tẽtorij ſui. Iratuſq; eſt furor Domini valdè, ſed & Moyſi intoleranda res viſa eſt. Num.11.1.

Igitur vociferãs omnis turba fleuit nocte & murmurati ſunt cõtra Moyſen & Aarõ cuncti filij Iſrael dicẽtes: Vtinã mortui eſſemus in Ægypto, & nõ in ſolitudine hac vaſta. 27. Ait Dominus vſquequo multitudo hæc peſſima murmurat cõtra me? Querelas filiorum Iſrael audiui, dic ergo eis, viuo ego ait Dominus ſicut locuti eſtis audiente me ſic faciam vobis in ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. Cap. 14. 1.

Quamobrem miſit dominus in populis ignitos ſerpẽtes ad quorum plagas & mortes plurimorũ venerunt ad Moyſen, & dixerunt, peccauimus quia locuti ſumus cõtra Dominum & te, ora vt tollat à nobis ſerpentes. Cap.21.6.

Poſt hæc aperuit Iob os ſuum & maledixit diei ſuæ & locutus eſt. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictũ eſt, conceptus eſt homo. Iob. 3. 1.

Væ iis qui perdiderunt ſuſtinentiam & qui dereliquerũt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Eccleſ.2. 16.

### *Pauperes boni in ſeipſis humiliantur.*

MElior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quã qui praua labia habet, & ſtultus eſt. Prouer.19.1.

Melior eſt pauper iuſtus, quàm vir mendax. Ibidem. 22.

Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quàm diues in prauis itineribus. 28.6.

Pauper propter ſcientiam & religionem gloriam adipiſcitur, & diues ob diuitias ſuas in honore eſt. Eccleſ.10.33.

Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & inopiæ, ac penuriæ in die diuitiarum. 18. 25.

Scio tribulationem tuã & paupertatẽ tuam, ſed diues es. Apoc. 2. 9.

### *Neceſſariis contentantur.*

NOli timere fili mi, pauperẽ quidẽ vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Tob 4. 23.

Edent pauperes & ſaturabuntur. Pſal. 21. 27.

Melius

Pſal. 21.27. Melius eſt modicum iuſto.
36. 16. Pauper,qui ſibi laborat,pręſtat glorioſo qui pane indiget.
Prouer. 12.9. Eſt,qui ſeſe diuitem ſimulat,cũ tamẽ omninò nihil habeat
13. 7. eſt rurſus qui fingit ſe pauperem,cùm opibus abundet.
Prou. 15. 16. Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni & inſatiabiles.
16. 8. Melius eſt parum cum iuſtitia,quàm multi fructus cum iniquitate.
30. 7. Duo rogaui te,ne deneges mihi,Vanitatẽ,& verbum mẽdacij longè fac à me.Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi:tribue tantum victui neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum,& dicam:quis eſt Dominus? aut egeſtate cõpulſus furer,& periurem nomen Dei mei.
Eccle. 4. 13. Melior eſt puer pauper & ſapiens,rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum.
29. 28. Summa vitæ humanæ eſt aqua, cibus & veſtitus, & domus protegens turpitudinem.
39. 31. Initiũ neceſſariæ rei vitæ aqua,ignis,ferrũ, ſal, lac, & panis ſimilagineus,& mel,& botrus vuæ, oleũ,& veſtimentũ.
40. 18. Vita cibi ſufficientis operarij conculcabitur.
1. Timot. 6. 7. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid poſſumus.

## *A bonis ſuſtentantur.*

ET omnino indigens,& mendicus non erit inter vos.
Deut. 15. 4. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ:idcirco
Ibidem. 11. ego præcipio tibi,vt aperias manum fratri tuo egeno,& pauperi,qui tecum verſatur in terra.
Pſal. 106.41. Et adiuuit pauperem de inopia.
Prou. 29. 7. Nouit iuſtus cauſam pauperum.
Eccleſ. 4. 7. Congregationi pauperum affabilem te facito.
1. Cor. 16.1. De collectis autem,quæ fiunt in Sanctos, ſicut ordinaui in Eccleſiis Galatiæ,ita & vos facite.
2. Cor. 8.1. Notam autem facimus vobis,fratres, gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ.
Ibidem. 12. Si enim voluntas prompta eſt,ſecundum id, quod habet accepta eſt,nõ ſecundũ id,quod nõ habet,Nõ enim vt aliis ſit remiſſio,vobis autẽ tribulatio:ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia,veſtræ inopiæ ſit ſupplementum.
Gala. 2. 10. Tantum vt pauperum memores eſſemus.

A Deo



## *A Deo remunerantur.*

PAraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Pſal. 67.11.
Eſt homo marcidus,egens recuperatione, plus deficiens Eccleſ. 11.12.
virtute & abundans paupertate,& oculus Dei reſpexit illũ in bono,& erexit eũ ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius,& mirati ſunt in illo multi,& honorauerunt Deum.
Confide in Deo,& mane in loco tuo. Facile eſt enim in Ibidem. 23.
oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem.
Et paſcentur primogeniti pauperum,& pauperes, fiducia Eſa. 14.30.
liter requieſcent. Quia Dominus fundauit Syon, & in ipſo ſperabunt pauperes populi eius.
Et addent mites in Domino lætitiam,& pauperes homi- 29.19.
nes in ſancto Iſrael exultabunt.
Beati pauperes ſpiritu,qm̃ ipſorum eſt regnũ cœlorum. Matt. 5.3.
Si vis perfectus eſſe,vade vẽde oĩa quæ habes,& da pau- 19. 29.
peribus,& habebis theſaurum in cœlo:& veni ſequere me.
Et omnis qui dereliquerit domũ,vel fratres,aut ſorores, Ibidem. 29.
aut patrẽ,aut matrẽ,aut vxorẽ, aut filios,aut agros propter nomẽ meũ,centuplum accipiet,& vitam æternã poſſidebit.
Amen dico vobis,nemo eſt qui reliquerit domũ,aut fra- Marc. 10. 29.
tres,aut patrem,aut agros propter me, & Euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in hoc tempore,& in ſæculo futuro vitam æternam.
Factum eſt,vt moreretur mendicus,& portaretur ab ange Luc. 16. 22.
lis in ſinum Abrahæ.
Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut 18. 29.
parentes,propter regnum Dei,& non recipiat multo plura in hoc tempore,& in ſeculo futuro vitam æternam.

## *De malis illatis vindicantur.*

ADuenam nõ cõtriſtabis. Viduę & pupillo nõ nocebitis. Exod. 22.21.
Peregrino moleſtus non eris.
Et populum pauperem ſaluum facies. 23. 9.
Porrò ſaluum faciet egenum à gladio oris eorum,& pau- 2. Reg. 22.28.
perem de manu violenti. Iob. 5.15.
Eripiet de anguſtia ſua pauperem. 36. 15.
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis. Pſalm. 9.19.
Tibi derelictus eſt pauper. Ibidem. 34.
Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum. 11. 6.
Reſpice in me,& miſerere mei:q̃a vnic⁹ & pauper ſum ego. 24. 16.
Cognoui,quia faciet Dominus iudicium inopis. 139. 1[illegible]

Qui

Prou. 14. 31. Qui calumniatur egentem exprobrat factori eius.
17. 5. Qui deſpicit pauperem probro afficit factorem eius.
22. 2. Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt
Dominus.
Ibidem. 22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque cõ
teras egenum in porta, quia iudicabit dominus cauſam eius
& configet eos, qui confixerunt animam eius.
Ecclef. 21. 6. Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures eius perue-
niet, & iudicium illius feſtinatò adueniet.
34. 25. Panis egentium, vita pauperis eſt, qui defraudat illum,
homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui
occidit proximum ſuum.
35. 16. Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & depre
cationem læſi exaudiet.
Ibidem. 17. Non deſpiciet præces pupilli, nec viduam ſi effundat lo-
quelã gemitus. Nõne lacrhymæ viduæ ad maxillã deſcẽ-
dunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla
enim aſcendunt vſque ad cœlum, & dominus exauditor nõ
delectabitur in illis.
Eſai. 25. 4. Quia factus es fortitudo pauperi, in tribulatione ſua.
41. 17. Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt, lingua eo-
rum ſiti aruit. Ego dominus exaudiam eos.
Amos. 2. 6. Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non con-
uertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iuſtum,
& pauperem pro calceamentis.
4. 3. Audite verbũ hoc, vaccæ pingues, qui eſtis in mõte Sama-
riæ, qui calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes.
Quæ dicitis dominis veſtris, afferte, & bibemus. Iurauit Do
minus Deus in ſancto ſuo, quia ecce dies venient ſuper vos

## *A malis hominibus abominantur,*

Prou. 14. 20. ETiam proximo ſuo pauper odioſus erit.
18. 23. Cum obſecrationibus loquetur pauper: & diues affa-
bitur rigidè.
19. 7. Fratres hominis pauperis oderunt eum, inſuper & amici
procul receſſerunt ab eo.
28. 11. Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autem prudens ſcru
tabitur eum.
Eccl. 13. 4. Diues iniuſtè egit, & fremet, pauper autẽ læſus tacebit.
Iacob. 2. 5. Nõne Deus elegit pauperes in hoc mũdo, diuites in fide,
& heredes regni quod repromiſit Deus diligentibus ſe.

Pau-



## *Pauperes mali impatientia agitantur.*

OMnes dies pauperis, mali. Prou. 15. 15.
Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri ve- 28. 3.
hementi, in quo paratur fames.
Et nequiſſima paupertas in ore impij
Tres ſpecies odiuit anima mea: pauperem, ſuperbum, & Ecclef. 13. 30.
diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum. 25. 3.

## *Paulus Iudæus tribus Beniamin.*

NVnquid Deus repulit populũ ſuũ? Abſit, Nã & ego Iſ Rom. 11. 1.
raelita ſum ex ſemine Abraham, & tribu Beniamin.
Philip. 3. 5. Natus & educatus Tharſi.
Et dicit (Paulus) Ego ſum vir Iudęus, natus Tharſi Cilicię Act. 22. 3.
nutritus aũt in iſta ciuitate ſecus pedes Gamalielis, eruditus
iuxta veritatẽ paternę legis, ęmulator legis, ſicut vos oẽs
eſtis hodie. *Perſequitur Chriſtianos. ca. 9. 1.* Saulus autem ad-
huc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Dñi acceſſit ad
principẽ ſacerdotũ & petiit ab eo epiſtolas in Damaſcum ad
ſinagogas, vt ſi quos inueniſſet huius vię viros & mulieres
vinctos perduceret in Hyeruſalẽ. Galat. 1. 13. Audiſtis. n. con-
uerſationẽ meã in iudaiſmo, quoniã ſupra modum perſeque
bar eccleſiã Dei, & expugnabam illã. 1. Timot. 1. 13. Qui prius
blaſphemus fui & perſecutor & contumelioſus ſed miſericor
diam conſecutus ſum quia ignorans feci in incredulitate.
*Conuertitur mirabiliter. Acto. 9.* ✠. Admiranda perſecutoris
conuerſio declaratur Dño ei apparente, & Anania ad ipſum
miſſo à quo baptizatus cępit Damaſci acerrimè Ieſum tueri
eſſe Chriſtũ, diſcipuli vero ipſum dimittunt per murum pro
pter iudęorũ inſidias. Quẽ Barnabas Hieroſolimis ducit ad
diſcipulos, vnde rurſũ ꝓpter inſidias dimittitur Tharſum.

## *Paulus doctor gentium.*

VObis enim dico gentibus, quã diu quidẽ ego ſum gẽtiũ Rom. 11. 13.
apoſtolus, miniſterium meum honorificabo.
Vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in gentibus ſanctificans, e- Cap. 15. 16.
uangeliũ Dei vt fiat oblatio gentium accepta & ſanctifica-
tio in ſpiritu ſancto.
Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circonciſio Galat. 2. 2.
nis, operatus eſt, & mihi inter gentes.
In quo poſitus ſum ego prędicator & Apoſtolus (veritatẽ 1. Timo. 2. 7.
dico non mentior) doctor gentium in fide & veritate.

2.Tim.1.11. In quo poſitus ſum prædicator & Apoſtolus & magiſter gentium.

### *Prædicat Antiochiæ.*

Act.13.1. ERãt aũt in Eccleſia q̃ erat Antiochiæ Prophetæ & doctores in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur niger &c.16.Surgens autem Paulus & manu ſilentiũ indicens ait.Viri Iſraelitę & qui timetis Deum audite.

### *Prædicat Iconiæ.*

Act.14.1. FActum eſt autẽ Iconiæ vt ſimul introirent ſinagogã Iudæorũ,& loquerentur ita vt crederet Iudęorũ & Græcorũ copioſa multitudo (vbi Paulus claudũ à matris vtero curat.*Prædicat Lyſtræ.ca*.14.6.Intelligentes(.ſ.quod eſſet factus impetus gentiũ & Iudæorum & principũ) vt lapidarent eos confugerunt,ad ciuitatẽ Lyconiæ Lyſtrã & Derben & vniuerſam in circuitu regionem,& ibi euangelizantes,erant. *Prædicat Theſſaloniæ.ca*.17.1.Cum autẽ præambulaſſent Amphibolim,& Appoloniã,venerunt Theſſalonicã vbi erat ſinagoga Iudæorũ.*Prædicat Berrhoe.ca*.17.10.fratres vero confeſtim per noctẽ dimiſerunt Paulũ & Sylam in Berœam qui cũ veniſſent,in ſinagogam Iudæorum introierunt. *Prædicat Athenis*)*ca*.17.22.Stans autẽ Paulus in medio Ariopagi ait.Viri Athenienſes per oĩa quaſi ſuperſticioſos vos video 28.In ipſo(Chriſto)enim viuimus & mouemur,& ſumus ſicut & quidã veſtrum poetarum dixerunt.*Prædicat Corinthi.ca*.18.1.poſt hæc egreſſus ab Athenis venit Corinthum.&c.

### *Paulus vocatur Macedoniam.*

Act.16.9. VIr Macedo quidam erat ſtans & deprecans eum (Paulũ) & dicẽs:tranſiens in Macedoniã adiuua nos.*Paulus capitur.ca*.21.27. Cũ autẽ ſeptẽ dies cõſummarentur hij qui de Aſia erant Iudęi cũ vidiſſent eum in templo concitauerunt oẽm populũ,& iniecerunt ei manus. *Deducitur Cæſariam.ca*.23.23.Et cõuocatis duobus centurionibus dixit illis Parate milites ducentos,& eant vſque Cæſareã,& equites ſeptuaginta,& lanceareos ducẽtos à tertia hora noctis, *Vehitur Paulus Romam.ca*.27.Paulus à centurione Iulio ducitur Romã verſus &c.ca.28.*Siſtitur Neroni*.2.T*imot*.4.22. Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu meo.

Paulus



*Paulus neminem grauauit.*)act.20.33.Argentũ & aurũ aut veſtẽ nullius concupiui 2.cor.11.9.& cũ eſſem apud vos,& egeręnulli oneroſus fui,nã quod mihi deerat ſuppleuerunt fratres qui venerũt à Macedonia, & in omnibus ſine onere me vobis ſeruaui,& ſeruabo.ca.12.13.Quid eſt.n.quod minus habuiſtis præ cæteris eccleſiis, niſi quod ipſe non grauaui vos, donate mihi hanc iniuriã.1.Theſſ.2.9.2.Theſſ.3.8.neque gratis panẽ manducauimus ab aliquo,ſed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, *Vocabatur olim Saulus.*)act.7.60.Saulus autẽ erat conſentiẽs neci eius(Stephani)ca.9.1.Saulus autẽ adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini acceſſit ad principem ſacerdotum.& ca.13.1.

### *Pax quædam æterna,quædam. temporalis.*

NEc poterat eos capere terra,vt inhabitarẽt ſimul,(Loth & Abrahã)erat quippe ſubſtantia eorũ multa,& nequibãt habitare cõiter.8. Dixitque Abraham ad Loth, ne quæſo ſit iurgiũ inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos fratres enim ſumus ca.26.22.ca.45.24. *Gen.13.6.*

Dabo pacẽ in finibus veſtris(ſcilicet benefacientibus)dormietis & non erit qui exterreat auferã malas beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros. *Leuit.26..6.*

Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, et det tibi pacem,inuocabuntque nomen meum ſuper filios Iſrael, et ego benedicam eis. *Num.6. 26.*

Quęrite pacẽ ciuitatis ad quã tranſmigrare vos feci, et orate pro ea ad Dominũ quia in pace illius erit pax vobis. *Hyere. 29.7*

Concordia fratrũ et amor proximorũ,et vir et mulier bene ſibi conſentientes(placent Deo et hominibus.) *Eccle.25.2.*

Suſurro & bilinguus maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.19. *Cap.28.15.*

Beati patifici quoniam filij Dei vocabuntur. *Matt.5.9.*

Bonum eſt ſal,quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud cõdietis?Habete in vobis ſal et pacem habete inter vos. Luc 4.32. *Mar.9. 50.*

Eccleſiam quidẽ per totã Iudæam et Galilæam et Samariã,habebat pacem,& ædificabatur ambulans in timore Domini,et conſolatione ſancti ſpiritus replebatur. *Act.9.31.*

Pœnitentiam itaque age (ait Petrus Simoni Mago) ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. Cap.17.30. Cap.20.21. Cap.8.22.

His qui ſunt Damaſci primũ, & Hieroſolymis & in oẽm regionẽ Iudeę, & gentibus annuntiabã vt pœnitẽtiã agerent & cõuerterentur ad Deum digna pœnitẽtiæ opera faciẽtes. Cap.26.20.

### *Poenitentiæ veræ & non fictæ, promiſſa eſt venia.*

CVmque quæſieris ibi Dominum Deum tuum inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris eum & tota tribulatione animæ tuæ. Deut.4.29

Cùm ergo venerint ſup te oẽs ſermones iſti, benedictio ſiue maledictio quã propoſui in cõſpectu tuo: & duct⁹ pœnitudine cordis tui in vniuerſis gẽtibus in quas diſperſerit te Dñs Deus tuus, et reuerſus fueris ad eum, et obedieris eius imperiis, ſicut ego hodie præcipio tibi cùm filiis tuis, in toto corde tuo, et in tota anima tua, reducet te Dominus De⁹ tuus de captiuitate tua, ac miſerebitur tui. Cap.30.1.

Ait autẽ Samuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicẽs, Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte Deos 1.Reg.7.3.

alienos

alienos de medio veſtri Baalim & Aſtaroth & ꝑparate corda
veſtra dño,& ſeruite ei ſoli & eruet vos de manu Philiſtiim.
2.Para.7.13. Si clauſero cœlum,& pluuia nõ fluxerit,& mãdauero &
pręcepero locuſtæ vt deuoret terrã, & miſero peſtilentiã in
populum meũ,cõuerſus autẽ populus meus, ſuper quos in-
uocatum eſt nomẽ meũ deprecatus me fuerit,& exquiſierit
faciẽ meã,& egerit pœnitentiam à viis ſuis peſſimis,& ego
exaudiam de cœlo,& propitius ero peccatis eorum,& ſana-
bo terram eorum.Cap.12.6.
Cap.34.26. Ad regem aũt (Ioſiam) Iuda, qui miſit vos (Iſrael) pro
Dño deprecando ſic loquimini: hæc dicit Dominus Deus
Iſrael.Quoniã audiſti verba voluminis atq; emolitũ eſt cor
tuum & humiliatus es in conſpectu Domini ſuper his quę
dicta ſunt,contra locũ hunc,& habitatores Hieruſalẽ,reue-
rituſq; faciẽ meam,ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti coram
me,ego quoq; exaudiui te,dicit Dominus, iam enim colli-
gã te ad patres tuos & infereris in ſepulchrũ tuũ in pace,nec
videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus ſum
ſuper locum iſtum,& ſuper habitatores eius.
Iob.22.23. Si reuerſus fueris ad omnipotentem,ædificaberis,& lon-
gè facies iniquitatem à taberculo tuo.
Prou.28.13. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur,qui autem con-
feſſus fuerit,& reliquerit ea miſericordiam conſequetur.
Pſal.31.5. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiã meam
non abſcondi.
Eccle.17.23. Reuertere ad Dominum,& auertere ab iniuſtitia tua, &
nimis odito execrationem.
Eſai.1.16. Lauamini,mũdi eſtote auferte malũ cogitationũ veſtrarũ
ab oculis meis,q̨eſcite agere peruerſè, diſcite benefacere.&c.
Cap.30.18. Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri,& ideo
exaltabitur parcens vobis,quia Deus iudicij Dominus,bea-
ti omnes qui expectant eum.Hiere.3.10.17.
Cap.45.22. Cõuertimini ad me,& ſalui eritis omnes fines terræ,quia
ego Deus & non eſt alius.
Cap.55.7. Derelinquat impius viam ſuã,& vir iniquus cogitationes
ſuas & reuertatur ad dominũ,& miſerebitur eius,& ad Deũ
noſtrũ,quoniã multus eſt ad ignoſcendum.Cap.59.20.
Hiere.18.8. Si pœnitentiã egeret gens illa, à malo ſuo quod locutus
ſum aduerſus eam (Iudęorum) agam & ego pœnitentiã ſu-
per malo quod cogitaui vt facerem ei.Cap.29.12.
Cap.31.18. Audiens audiui Effraim tranſmigrantẽ, caſtigaſti me, &
eruditus



eruditus ſum,quaſi iuuẽculus indomitus, cõuerte & cõuer-
tar,quia tu dominus Deus meus,poſtquam enim cõuertiſti
me,ego pœnitui,& poſtquã oſtendiſti mihi, percuſſi femur
meum,confuſus ſum & erubui quoniam ſuſtinui opprobriũ
adoleſcentiæ meæ.
Si autem impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis Ezech.18.21.
ſuis quæ operatus eſt,& cuſtodierit oĩa præcepta mea,& fe
cerit iudiciũ & iuſtitiã,vita viuet & nõ morietur.27.Et cum
auerterit ſe impius ab impietate ſua q̃ operatus eſt,& fecerit
iudiciũ & iuſticiã,ipſe animam ſuam viuificabit.Oſeæ 14.2.
Si autem dixero impio morte morieris,& egerit pœnitẽ- Cap.33.14.
tiã à peccato ſuo,feceritq; iudicium & iuſtitiam, & pignus
reſtituerit ille impius,rapinãq; reddiderit,& in mãdatis vitę
ambulauerit,nec fecerit q̨cq̃ iiuſtũ,vita viuet & nõ morietᷣ.
Nũc ergo dicit Dñs,cõuertimini ad me in toto corde ve Ioel.2.12.
ſtro,in ieiunio & in fletu & planctu,& ſcindite corda veſtra,
& non veſtimenta veſtra,& conuertimini ad Dominũ Deũ
veſtrum quia benignus eſt & miſericors, patiens & multæ
miſericordiæ,& præſtabilis ſuper malitia,Ionæ,3.8.
Ne ſitis ſicut patres veſtri ad quos clamabant prophetæ Zach.1.4.
priores dicẽtes.Hæc dicit Dñs exercituum,cõuertimini de
viis veſtris malis,& de cogitationibus veſtris peſſimis,& nõ
audierunt neque attenderunt ad me dicit Dominus.
A diebus enim patrũ veſtrorũ receſſiſtis à legitimis meis, Malach.3.7.
& non cuſtodiſtis,reuertimini ad me,& reuertar ad vos, di-
cit Dominus exercituum.
Surgam,& ibo ad patrem meũ,& dicã ei (dicit filius pro Luc.15.18.
digus) Pater peccaui in cœlũ,& corã te,iam nõ ſum dignus
vocari filius tuus,fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis.
Pœnitemini igitur,& conuertimini,vt deleantur peccata Act.3.19.
veſtra.Cap.26.18.20.

### *Pœnitentia agenda eſt dum ſani ſumus.*

Reuertere ad Dñm & auertere ab iniuſtitia tua,& nimis Eccle.17.24.
odito execrationẽ,& cognoſce iuſtitias & iudicia Dei,
& ſta in ſorte propoſitionis & orationis altiſſimi Dei.
Memento paupertatis in tempore abundantiæ,& neceſſi Cap.18.25.
tatem paupertatis in die diuitiarum.

### *Pœnitentiæ veræ exempla.*

Dixeruntq; filij Iſrael ad Dñm [poſtquã lapſi ſunt in ido Iudic.10.15.
latriã,& traditi ſunt Philiſtæis & Ammonitis ] peccaui-
mus

mus redde tu nobis quicquid tibi placet, tm̄ nūc libera nos.
2.Reg.12. 13. Et dixit Dauid ad Nathan, peccaui Dño. Dixitq; Nathan
ad Dauid, Dñs quoque trāſtulit peccatū tuū, nō morieris.
Cap.24. 10. Percuſſit aūt cor Dauid eum, poſtquā numeratus eſt po-
pul⁹ & dixit Dauid ad Dñm, peccaui valde in hoc facto, ſed
precor Domine vt trāsferas iniquitatē ſerui tui, quia ſtultè
egi nimis. 17. Dixitq; Dauid ad Dominū cùm vidiſſet Ange
lum cædentem populū. Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè
egi, iſti qui oues ſunt quid fecerunt? Vertatur obſecro ma-
nus tua contra me, & cōtra domum patris mei. 2. Para. 12. 6.
2.Para.33.12 Qui (Manaſſes) poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Dñm
Deum ſuū, & egit pœnitentiā valde coram Deo patrum ſuo-
rum, deprecatúſque eſt eum, & obſecrauit intētè, & exaudi-
uit orationem eius, reduxitq; eum Hieruſalē in regnū ſuum
& cognouit Manaſſes quod Dominus ipſe eſſet Deus.
Iona.3. ✠ Rurſum miſſus Ionas ad Niniuitas prædicat ciuitatis ſub-
uerſionē, illis autem ad Deum conuerſis, & magna pœnitētię
ſigna oſtendentibus, parcit Dominus ciuitati.
Iudith. 4. 8. Et clamauit omnis populus ad Dominum inſtātia magna
& humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis & orationibus, ipſi
& mulieres eorū, & induerūt ſe Sacerdotes ciliciis, & infan
tes proſtrauerūt cōtra faciē tēpli Domini & altare Dñi ope
ruerunt cilicio, & clamauerunt ad Dominū vnanimiter, ne
darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in di
uiſionē, & ciuitates eorum in exterminium & ſancta eorum
in pollutionem & fierent in opprobrium gentibus.
Matt.26.75. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat, priuſq̄
gallus cantet ter me negabis, & egreſſus foras fleuit amarè.
Idem verbatim, Luc. 22. 62.
Luc. 7. 37. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q̄d
Ieſus accubuiſſet in domo Phariſęi, attulit alabaſtrū vnguēti
& ſtās retro ſec⁹ pedes eius, lachrimis cępit rigare pedes ei⁹
& capillis capitis ſui tergebat, & oſculabat̄ pedes eius, & vn-
guēto vngebat. 44. Et cōuerſus ad mulierē, dixit Simoni. Vi-
des hāc mulierē, ītraui ī domū tuā, aq̄ pedib⁹ meis n̄ dediſti
hęc aūt lachrimis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit.
Cap.15.18. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam, pater peccaui
in cœlum & coram te, iam non ſum dignus vocari filius
tuus, fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis.
Cap.18.13. Et publicanus à lōgè ſtās, nolebat nec oculos ad cœlū le-
uare, ſed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius
eſto



eſto mihi peccatori.
Stans autem Zacheus dixit ad Dominum. Ecce dimidiū Cap.19.8.
bonorum Domine do pauperibus, & ſi quid aliquē defrau-
daui, reddo quadruplum.
Et nos quidem iuſtè (Latro bonus dixit ſocio) nā digna Cap.23. 41.
factis recipimus, hic verò nihil mali geſſit, Act. 2. 37.

## *Pœnitentiæ falſæ exempla.*

DIxitque Caim ad Dominum, maior eſt iniquitas mea Gen.4.13.
quam vt veniam merear.
Cui Eſau, num vnā inquit (patri ſuo Iſaac) tm̄ benedi- Cap. 27. 38.
ctionem habes pater? mihi quoque obſecro vt benedicas.
Cūque eiulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eum. In
pinguedine terræ, & in rore cęli deſuper, erit benedictio tua,
viues in gladio, & fratri tuo ſeruies. &c.
Vocauit autē Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis. Ora- Exodi. 8. 8.
te Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo, & di-
mittam populum vt ſanctificet Domino. Iudic. 1. 7.
Miſitq; Pharao & vocauit Moyſen & Aarō dicens ad eos Cap.9.27.
peccaui etiā nunc, Dominus iuſtus & ego & populus meus
impij, orate Dominum vt deſinant tonitrua Dei, & grando,
vt dimittam vos & nequaquam hic vltra maneatis.
Quamobrē feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aaron & Cap. 10. 16.
dixit eis, peccaui in Dominum Deum veſtrū, & in vos, ſed
nunc dimittite mihi peccatū etiā hac vice, & rogate Domi
num Deum veſtrū vt auferat à me mortē iſtā. 1. Reg. 24. 19.
Reſpōditque Acham Ioſue & dixit ei. Verè ego peccaui Ioſue 7. 20.
Domino Deo Iſrael, & ſic & ſic feci.
Dixitq; Saul ad Samuelē, peccaui, q̄a præuaricatus ſū ſer 1.Reg 15. 24.
monē Dñi, & verba tua timēs populū & obediēs voci eorū
30. Peccaui: ſed nūc honora me corā ſeniorib⁹ populi mei, &
corā Iſrael, & reuertere mecū & adorē Dñm Deum tuum.
Et ait rex (Ieroboā) ad virum Dei. Deprecare faciē Dñi 3.Reg. 13.6.
Dei tui. & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi. Ora-
uitque vir Dei faciem Domini & reuerſa eſt manus regis
ad eum, & facta eſt ſicut prius fuerat.
Itaq; cū audiſſet Achab (Eliā plurima illi cōminātē mala) Cap. 21. 27.
ſermones iſtos, ſcidit veſtimēta ſua & operuit cilicio carnē
ſuā ieiunauitq; & dormiuit ī ſacco, ābulauit dimiſſo capite.
Vidētes turbabūt̄ terrore horribili, & mirabūt̄ in ſubitatiōe Sapien. 5. 3.
inſperatæ ſalutis, dicētes intra ſe, pęnitētiā agētes, & præan-
guſtia ſpiritus gementes, hij ſunt quos habuimus in deriſū,
&

& in ſimilitudinem improperij.1.Machab. 6.12.

2.Mac.9.12. Et cùm nec ipſe (Antiochus) iam fætorem ſuum (ſcaturiẽtibus è corpore vermibus) ferre poſſet, ita ait, Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.

Matt.27.4. Peccaui (ait Iudas) tradens ſanguinem iuſtum, at illi dixerunt. Quid ad nos tu videris.

Act. 8. 13. Tunc Simon (Magus) & ipſe credidit, & cùm baptizatus eſſet adhęrebat Philippo vidẽs & ſigna & virtutes maximas fieri, ſtupẽs admirabatur. 23. In felle enim amaritudinis & obligatiõe iniquitatis, video te eſſe dixit Petr⁹, (Simoni mago)

Hebr.12.7. Scitote enim quoniã & poſtea cupiẽs (Eſau. Gen.27.) hæreditare benedictionẽ, reprobatus eſt, non enim inuenit pœnitentiæ locum cum lachrymis inquiſiſſet eam.

## *Præcepta diuina facilia.*

Deut.30.11. MAndatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie nõ ſupra te eſt. Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo, in corde tuo, vt facias illum.

Pſal.18.10. Iudicia Domini vera deſiderabilia ſuper aurum. Etenim

12. ſeruus tuus cuſtodit ea.

118.14. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis.

Ibidem.32. Viam mandatorum tuorum cucurri.

Ibidem.35. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum.

Eccleſ.23.37. Et agnoſcẽt ꝙ relicti ſunt, quoniam nihil melius eſt, quàm timor Dei: & nihil dulci⁹, quã reſpicere in mãdatis domini

33.28. Sapiens non odit mandata & iuſtitias, & non illidetur quaſi in procella nauis. Homo ſenſatus credit legi Dei, & lex ei fidelis.

Matt.11.29. Tollite iugum meũ ſuper vos. Iugum enim meũ ſuaue eſt & onus meum leue,

1.Ioan.5.3. Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus & mandata grauia non ſunt.

## *Vtilia, quia per ipſa homo bene ordinatur in corde.*

Num.15.38. LOquere filiis Iſrael, vt faciant ſibi fimbrias ꝑ angulos quatuor palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Quas cum viderint recordentur omnium mandatorũ Dñi, nec ſequãtur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes, ſed magis memores præceptorũ Domini faciant ea, ſintque ſancti Deo ſuo.

Deut.6.6. Erũtq; verba hæc q̃ ego præcipio tibi hodie in corde tuo & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos. ſcribéſq; ea in limite, & oſtiis domus tuæ.



Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris & in animis veſtris & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus. 11.18.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. Pſal.118.2.

In corde meo abſcondi eloquia tua. In iuſtificationibus tuis meditabor. Ibid.34.

Da mihi intellectum. Ibid.37.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt. In æternum nõ obliuiſcar iuſtificationum tuarum. Ibid.77.92.

Quomodo dilexi legem tuam Domine. Ibid.97.

Mens iuſti meditabitur obedientiam. Prou.15.29.

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei. Eccl.6.37.

## *Ore.*

ET erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monumentũ ante oculos tuos, & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo. Exod.13.9.

Docete filios veſtros vt illa meditentur. Deut.11.19.

Et loquebar de teſtimoniis tuis. Pſal.118.46.

Et omnis enarratio tua in præceptis altiſſimi. Eccle.9.23.

## *Opere.*

CVſtodite ergo, & facite ea, quę pręcepit vobis Dominus Deus, non declinabitis neque ad dexterã, neque ad ſiniſtrã, ſed per viam quam præcepit vobis Dominus Deus veſter ambulabitis, vt viuatis & bene ſit vobis, & protelentur dies veſtri in terra, quam poſſidebitis. Deut.5.32.

Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas. 12.32.

Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Pſal.118.4.

Et leuaui manus meas ad mandata tua. Ibid.48.

Paratus ſum, & nõ ſum turbatus, vt cuſtodiã mãdata tua. 60.

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas. Ibid.112.

Qui credit Deo, attendit mandatis. Eccle.32.28.

## *Per illa plenè remuneratur homo, nam conſequitur Dei familiaritatem.*

SI ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cũctis populis, mea eſt enim omnis terra. Exod.19.5.

Leuit.26.11. Ponam tabernaculũ meum in medio veſtri & nõ abiiciet vos anima mea.

Deut.30.11. Elige ergo vitã,vt & tu viuas, & ſemen tuũ & diligas Dominum Deum tuum.

Prou.6.23. Quia mandatum lucerna eſt,& lex lux.

19.16. Qui cuſtodit mandatũ cuſtodit animam ſuã: qui autem negligit viã ſuam,mortificabitur.

Eccleſ.12.13. Deum time & mandata eius obſerua.

Sap.6.19. Cuſtoditio autẽ legũ conſummatio incorruptionis eſt.

Eccle.2.12. Quis enim permanſit in mandatis eius & derelictus eſt?

Eſa.66.2. Ad quem reſpiciam,niſi ad pauperculum,& cõtritum ſpiritu,& trementem ſermones meos?

Iere.7.23. Audite vocem meam,& ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mandaui vobis vt bene ſit vobis.

Ioan. 14.23. Si quis diligit me,ſermonẽ meũ ſeruabit,& pater meus diliget eũ,& ad eũ veniemus,& mãſionẽ apud eum faciemus.

## *Corporis ſanitatem.*

Deut. 30.15. COnſidera quod hodie propoſuerim in cõſpectu tuo vitã & bonũ,& econtrario mortẽ & malũ,vt diligas Dominũ Deũ tuũ,& ambules in viis eius,& cuſtodias mandata illius,& cæremonias atque iudicia:& viuas atque multiplicet te,benedicatque tibi in terra.

Prou.3.1. Fili mi ne obliuiſcaris legis meę,& precepta mea cor tuũ cuſtodiat.Longitudinem enim dierum & annos vitæ, et pacem apponent tibi.

Eccle.8.5. Qui cuſtodit præceptũ,non experietur quicquam mali

Ezech.20.11. Eieci ergo eos de terra Aegypti,& eduxi eos in deſertum & dedi eis præcepta mea,& iudicia mea oſtendi eis,quæ faciens homo viuet in eis.

## *Prolis fœcunditatem.*

Leuit. 26.9. REſpiciam vos & creſcere faciã: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum.

Deut. 7. 12. Si poſtquã audieris hæc iudicia,cuſtodieris ea, & feceris,cuſtodiet & Dñs Deus tuus pactũ tibi,& diliget te atque multiplicabit,benedicetque fructui ventris tui,& fructui terræ tuæ,frumento tuo atque vindemiæ, oleo,& armentis, & gregibus ouium tuarum.

Eſai. 48. 18. O ſi ad præcepta animum aduertiſſes , fuiſſet vt arena ſemen tuum & ſtirps vteri tui,vt lapilli eius.

Subſtantia



## *Subſtantiæ temporalis Vbertatem.*

FAcite Præcepta mea, & iudicia cuſtodite & implete ea, vt habitare poſſitis in terra,abſq; vllo pauore , & gignat vobis humus fructus ſuos,quibus veſcamini,vſque ad ſaturitatem,nullius impetum formidantes. Leuit.25.19.

Si in præceptis meis ambulaueritis.& mandata mea cuſtodieritis,& feceritis ea,dabo vobis pluuias tẽporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum,& pomis arbores replebuntur,apprehendet meſſium tritura vindemiã,& vindemia occupabit ſementẽ,& comedetis panẽ veſtrum in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. 26.3.

Comedetis vetuſtiſſima veterum,& vetera,nouis ſuperuenientibus,proiicietis. Ibid.10.

Si autẽ audieris vocẽ domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius , faciet te dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus,quæ verſantur in terra. Deut.28.1.

Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis,quam aurum. Eccl. 29.14.

Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis. Eſaiæ.1.19.

## *Pacis firmitatem.*

DAbo pacẽ in finibus veſtris: dormietis & nõ erit qui exterreat.Auferã malas beſtias, & gladius nõ trãſibit terminos veſtros, perſequimini inimicos veſtros , & corruent coram vobis.Perſequentur quinque de veſtris centũ alienos. Leuit. 26.6.

Cuſtodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi,vt bene ſit tibi,& filiis tuis poſt te. Deut. 4.40.

Qui autem timet præceptum,in pace verſabitur. Prou.13.13.

Pax multa diligentibus legem tuam. Pſal.118.165.

Vtinã attendiſſes ad mandata mea, redundaret inſtar fluminis pax tua. Eſa.48.18.

## *Honoris celebritatem.*

TVnc non cõfundar,cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. Pſal.118.6.

In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam.

Beatus vir qui timet Dominum,in mendtais eius volet nimis.Gloria & diuitiæ in domo eius. Ibid.9. 111.1.

Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum. Eccl.10.23.

## *Gloriæ perpetuitatem.*

Tt 2 Portio

Pſal.141.6. Portio mea Domine in terra viuentium.

Mar. 10.17. Procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eũ dicens: Magiſter bone quid faciam vt vitã æternã percipiam? Ieſus dixit: Præcepta noſti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falſum teſtimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuũ, & matrem. At ille reſpondens, ait illi: Magiſter, hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea. Ieſus autẽ intuitus eum, dilexit eum.

Ioan. 12.50. Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt.

## *Præcepta diuina nobilia, ideo tranſgreſſores rigide puniuntur.*

Leuit.26.14. QVod ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contẽpſeritis, ego quoque hæc faciã vobis: Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore qui conficiat oculos veſtros, atque conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem quę ab hoſtibus deuorabitur.

Ibid.17. Ponã faciem meã contra vos, & corruetis corã hoſtibus veſtris, & ſubiiciemini his qui oderunt vos. Sin autẽ nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplũ, propter peccata veſtra, & conterã ſuperbiã duritiæ veſtræ. Daboque vobis cœlum deſuper quaſi ferrũ, & terram æneam. Cõſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.

Ibidem. 22. Emittã in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatẽ cuncta redigant, deſertæque fiant viæ veſtræ. Inducã ſuper vos gladium vltorẽ fœderis mei. Cumque confugeritis in vrbes mittã peſtilentiã in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtiũ poſtquã confregero baculũ panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis & non ſaturabimini, ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum, & filiarum veſtrarum.

Deut. 28.15. Quod ſi audire nolueris vocẽ Dñi Dei tui, vt cuſtodias atque facias omnia mãdata eius, venient ſuper te oẽs maledictiones iſtæ & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate Maledictus in agro, Maledictũ horreũ tuũ, & Maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum & greges ouium tuarum, Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.





Quod ſi nolueritis, & me ad iracũdiã prouocaueritis gladius deuorabit vos. Eſai. 1.20.

Abiecerunt enim legẽ Domini exercituũ, & eloquiũ ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuũ, & extendit manum ſuam ſuper eũ, & percuſſit eum, & conturbati ſunt montes. 5.24.

## *Aeternaliter.*

MAledicti qui declinant à mandatis tuis. Pſal.118.21.

Spreuiſti omnes diſcedentes à iuſtitiis tuis. Ibid.118.

Qui declinat aures ſuas, quo minus legẽ audiat, eius precatio execrabilis eſt. Pro.28.9.

Maledictus vir qui nõ audierit verba pacti huius, qđ pręcepi patribꝰ veſtris, in die qua eduxi eos de terra Aegypti. Iere. 11.4.

Super tribus ſceleribus Iuda & ſuper quarto non conuertã eum: eo quod abiecerit legẽ Domini, & mandata eius nõ cuſtodierit. Amos.2.4.

Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi nõ effugerũt recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur, multo magis nos qui de cœlis nobis loquentem auertimus. Heb. 12.25.

## *Precepta humana condigna reuerenter ſunt obſeruanda.*

PEr me reges regnant, & legũ conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Prou.8.15.

Domui autẽ Rechabitarum dixit Ieremias: Pro eo ꝙ obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Iere.35.18.

Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. 2.Theſſ.2.15

Perambulabat aũt Syriã & Ciliciã, confirmans eccleſias: pręcipiens cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorum. Act.15.41.

Cum autẽ pertrãſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab apoſtolis & ſenioribus qui erant Hieroſolimis. 16 4.

## *Indigna magnanimiter contemnenda.*

EO ꝙ appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autẽ eius longe eſt à me, & timuerunt me, mandatis hominũ & doctrinis, ideo ecce ego addam admirationẽ populo huic, peribit ſapientia à ſapientibus. Eſa. 29.13.

*Matth.* 15.3. Ipſe autem reſpondens ait: Quare vos tranſgredimini mã data Dei propter traditionem veſtram?

*Ibidem*.7. Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſa. ſuprà Eſa. 29.

*Tit*.1.14. Quam ob cauſam increpa eos durè: vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate.

*Prædeſtinatio diuina imperſcrutabilis.*

*Eccl*.3.22. ALtiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, & in plurib. operib. eius ne fueris curioſus, multos. n. ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.

*Malac*.1.3. Nonne frater erat Eſau Iacob dicit dominus: Et dilexi Iacob, Eſau autem odio habui.

*Matt*.20.16 Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

R*om*. 11. 33. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ Deus, quã incõprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius.

*Irreprehenſibilis.*

*Eccle*.15. 12. NOn dicas ille me in errorem impulit, non enim ſunt ei neceſſarij homines impij.

C*ap*.33.12. Ex ipſis benedixit & exaltauit, & ex his ſanctificauit, & ad ſe applicauit, & ex ipſis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à ſeparatione ipſorum. Quaſi lutũ figuli in manu ipſius, plaſmare illud, & diſponere. Omnes viæ eius ſecũdum diſpoſitionẽ eius, ſic homo in manu illius qui ſe fecit

*Eſa*.45.9. Væ qui contradicit factori ſuo, teſta de ſamiis terræ. Nũquid dicit lutum figulo ſuo quid facis, & opus tuum abſque manibus eſt.

*Iere*.18.6. Nunquid ſicut figulus iſte non potero vobis facere domus Iſrael? ait dominus, ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos eſtis in manu mea.

R*om* 8. 29. Nã quos præſciuit, & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui. 30. Quos autẽ prædeſtinauit hos & vocauit, hos & iuſtificauit quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit.

C*ap*.9.14. Quid ergo dicemus: Nunqd iniquitas eſt apud Deum? abſit. Moyſi n. dicit. Miſerebor cui miſert⁹ ſum & Miſericordiã pręſtabo cui miſerebor. Igit̃ nõ volẽtis, neq; currẽtis, ſed miſerẽtis eſt Dei 19. Dicis itaque mihi. Quid adhuc quęrit, voluntati eius qs reſiſtit? O homo tu qs es, q reſpõdeas Deo? Nunqd dicit figmẽtum ei q ſe finxit, quid me feciſti ſic? An nõ habet poteſtatẽ figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem



quidem vas in honorem, aliud verò in cõtumeliam? Quod ſi Deus volens oſtendere iram et notam facere potentiam ſuã ſuſtinauit in multa patientia, vaſa irę apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Christum, in ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ. *Epheſ*.1.5.

In magna autem domo nõ ſolũ ſunt vaſa aurea & argẽtea ſed & lignea & fictilia, & quędã quidẽ in honorem, quędam autem in contumeliam, ſi quis ergo emundauerit. &c. 2.*Tim*.2.20.

Audientes autem gentes gauiſæ ſunt & glorificabant verbum domini & crediderunt quotquot erant pręordinati ad vitam æternam. *Act*. 13.48.

*Primitiæ fructuum debentur Deo eiuſque Sacerdotibus.*

PRimitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini Dei tui, nõ coques hœdum in lacte matris ſuæ. *Exod*.23. 19

Primitiã frugũ terræ tuæ offeres in domũ domini Dei tui C*ap*. 34. 26.

Loquere filiis Iſrael (ait dominus ad Moyſen) & dices ad eos, cùm ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. L*euit*.23. 10.

Vniuerſa frugum initia quæ gignit humus & domino deportantur cedent in vſus tuos (Loquitur dominus ad Aaron) qui mundus eſt in domo tua veſcetur eis. N*um*.18. 13.

Primitias frumenti, vini, & olei & lanarum partem ex ouium tonſione (accipient ſacerdotes ait dominus.) D*eut*.18.4.

Tolles de cũctis frugibus tuis primitias & pones in cartallo pergéſque ad locum quem dominus Deus tuus elegerit vt ibi inuocetur nomen eius. 10. Formam oſtendit offerendi primitias Tob. 1.7. C*ap*.26. 2.

Quod cùm percrebuiſſet (ſcilicet q Ezechias, ſacerdotes & Leuitas cõpoſuerat in ordinem miniſterij) in aurib. multitudinis plurimas obtulere primitias filiis Iſr. frumẽti, vini & olei, mellis quoq; & oĩm q̃ gignit hum⁹ decimas obtulerũt. 2.P*ara*.31.5.

Et vt offerremus primogenita terræ noſtrę & primitias vniuerſi fructus oĩs ligni ab anno in annũ in domo dñi. 37. Et primitias cibrũ noſtrorũ, & libaminũ noſtrorũ, & poma, oĩs ligni vindemiæ quoq; & olei afferremus ſacerdotib. ad gazaphilaciũ ei noſtri & decimã ptẽ terræ noſtrę Leuitis 2.*Eſd*.10.35.

Prou.3.9. Honora dominum de tua ſubſtantia,& de primitiis omnium frugum tuarum,& implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.

*Primogenita omnia Aegyptiorum moriuntur.*

Exod.12. 29. FActum eſt autem in noctis medio percuſſit Dñs omne primogenitum in terra Ægypti à primogenito Pharaonis q in ſolio eius ſedebat,vſque ad primogenitā captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.

Pſal.77.51. Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

134.8. Qui percuſſit primogenita Ægypti ab homine vſq; ad pec'

135.10. Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum quoniam in Æternum miſericordia eius.

*Primogenitum omne Deo conſecratur,*

Exod.13.2. SAnctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluā in filiis Iſrael tam de hominibus quàm de iumentis,mea ſunt enim omnia.

Cap.22 29. Decimas tuas,& primitias tuas,non tardabis reddere primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

Cap.34.20. Primogenitum Aſini redimes oue,ſin autem nec pretium pro eo dederis,occidetur.Primogenitum filiorum tuorum redimes,nec apparabis in conſpectu meo vacuus.

Leuit.27.26 Primogenita quæ ad Deum pertinent,nemo ſanctificare poterit,& vouere,ſiue bos,ſiue ouis fuerit Domini ſunt.

Numer.3.13. Meum eſt enim omne primogenitum ex quo percuſſi primogenitos in terra Ægypti,ſanctificaui mihi quicquid primū naſcitur in Iſrael ab homine vſque ad pecus, mi ſunt, ego Dominus.

Cap.8.17. Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum Iſral, tam ex hominibus quàm ex iumentis,ex die quo percuſi omne primogenitum in terra Ægypti ſanctificaui eos mihi.

Deut.15.19. De primogenitis quæ naſcuntur in armentis & ouibus tuis qcquid eſt ſexus maſculini ſanctificabis Dōino Deo tuo,non operaberis in primogenito bouis,& non tondebis primogenita ouium.1.Reg.1.24.

Luc.2.23. Quia omne maſculinū adaperiens vuluam ſactum Domino vocabitur.

*Primogenitorum iura,priuilegia,& pragatiua*

Gen.25.31. CVi(Eſau)dixit Iacab,vende primogenita ua.

Ruben



Rubē primogenitus meus,tu fortitudo mea, & principiū doloris mei,prior in donis,maior in imperio. Cap.49.3.

Si habuerit homo vxores duas,vnā dilectā & alterā odioſam,genueritque ex eis liberos,& fuerit filius odioſæ primogenitus,voluerit q; ſubſtātiā inter filios ſuos diuidere,nō poterit filiū dilectæ facere primogenitū & præferre filio odioſæ,ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitū.2.Par.21. 3. Deut.21.15.

*Primogenita aliquando à Deo reiiciuntur.*

VIdens autem Ioſeph quod poſuiſſet pater ſuus dexterā manum ſuper caput Effraim,grauiter accepit,& apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite Ephraim & transferre ſuper caput Manaſſe. Gene.48.17.

Iacob dilexi,Eſau autem odio habui. Rom.9.13.

*Proditio & eius Punitio.*

AScenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabra dicentes. Nònne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis ſiluæ in colle Hachila quæ eſt ad dexterā deſerti: Nūc ergo ſicut deſiderauit anima tua vt deſcēderes,deſcēde,noſtrum autem erit vt tradamus in manus regis.Gen.37.23. 1.Reg.23.19

Hæc dicit dominus Deus exercituū. Vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpoſitum tēpli & dices ad eum. Quid tu hic?Aut quaſi quis hic?q a excidiſti tibi hic ſepulchrum,excidiſti in excelſo memoriale diligenter,in petra tabernaculum tibi.Ecce dominus aſportari te faciet,ſicut aſportatur gallus gallinaceus,& quaſi amictum ſic ſubleuabit te. Eſa.22.15.

Simon templi præpoſitus,theſauros eius Apollonio duci prodit,ad quos rapiendos iuſſus à rege,Heliodorus poſt fuſas Iudæorum orationes à Deo percutitur.Ca.4. 1. & Cap. 10.20.eadem hiſtoria narratur.Cap. 13.21. 2.Macb.3.✠

Tūc abiit vnus de duodecim q dicebat Iudas Iſchariotes ad principes ſacerdotū & ait illis.Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradā.47.Adhuc eo loquente ecce Iudas vnus de duodecim venit,& cū eo turba multa, cū gladiis & fuſtibus,miſſi à principibus Sacerdotum& ſeniorib.populi. Matt.26.14

*Promiſſio(vide)votuum.*

*Promiſſiones Dei cum conditione ſunt.*

MVltiplex promittitur obſeruātibus legem benedictio & tranſgredientibus maledictio,Cap.19.8. Idem habetur verbatim,Leuit.26. Deut.28.✠

Legē præcepit nobis Moiſes hæreditatē multitudinis Iacob. Cap.33.4.

 Propterea

1.Reg. 2. 30. Propterea ait dominus Deus Iſrael.Loquens locutus ſum
vt domus tua & domus patris tui miniſtraret in conſpectu
meo vſque in ſempiternum Nunc autẽ dicit Dominus abſit
hoc à me,ſed quicunque honorificauerit me, honorificabo
eum,qui autem contemnunt me,erunt ignobiles.

Ezech.18. ✠ Dicit quod filius non portabit iniquitatem patris nec e
contra ſed quiſque ſuam ipſius portabit,quod ſi impius pœ
nitẽtiam egerit ſaluabitur,iuſtus verò ſi ſuam deſerat iuſti
tiam,damnabitur.Hortatur ergo Dominus ad pœnitentiã
& cordis innouationem.

Cap.33.14. Si autem dixero impio morte morieris & egerit pœnitẽ
tiã à peccato ſuo,feceritque iudicium & iuſtitiam,& pign⁹
reſtituerit ille impius rapinamque reddiderit in mãdatis vi
tę ambulauerit,nec fecerit quicquam iniuſtum vita viuet,&
non morietur.19.Et cum receſſerit impius ab iniquitate ſua
feceritque iudicium & iuſtitiam viuet in eis.

Mar. 16.16. Qui crediderit & baptiſatus fuerit,ſaluus erit, qui verò
non crediderit condemnabitur.

Ioan.3.16. Sic enim dominus dilexit mundum vt filium ſuum vni
genitum daret,vt omnis qui credit in eum nõ pereat,ſed ha
bet vitam æternam.36.Qui credit in filium,habet vitam ę
ternam,ſed ira Dei manet ſuper eum.

Cap.6.47. Amen amen dico vobis qui credit in me habet vitã æternã.

Cap.8.31. Si vos manſeritis in ſermone meo,verè diſcipuli mei eri
tis,& cognoſcetis veritatem & veritas liberabit vos.

Cap. 13.17. Si hæc ſcitis,beati eritis ſi feceritis ea.Cap.1.23.

Cap.15.7. Si manſeritis in me,& verba mea in vobis mãſerint,quod
cunque volueritis petetis & fiet vobis.14.Vos amici mei e
ſtis ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.

Rom.8.17. Si autem filij & hæredes,hæredes quidem Dei,cohæredes
autem Chriſti,ſi tamen compatimur,vt & glorificemur.

Heb.3.14. Participes enim Chriſti effecti ſumus.ſi tamen initium
ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus.

Apoc.2. ✠ Vincẽti præmium pollicetur,quod eſſet,Cap. 3. pollicetur.

Cap.21.7. Qui vicerit poſſidebit hæc,& ero illi Deus & ille erit mi
hi filius. *Prophetæ.(vide) Concionatores.*

*Prophetæ boni à Deo mittuntur.*

*Sic Hieremias miſſus.*

Ierem.1.5. PRiuſquã te formarẽ in vtero,noui te,&antequam exires
de vulua, ſanctificaui te,& prophetam in gentibus dedi
te.Noli dicere,quia puer ego ſum:quoniam ad omnia, quæ
mittam



mittã te ibis,& vniuerſa quæcunq; mãdauero tibi loqueris.
Ne timeas à facie eorũ,quia tecum ſum,& eruã te dicit dñs.
Et factum eſt verbum dñi ad Hieremiã: Clama ad me, 33.3.
& exaudiam te,& annũtiabo tibi grãdia,et firma quę neſcis.
Quia nõ faciet dominus Deus verbum, niſi reuelauerit Amos.3.7.
ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas.

*Hinc Micheas propheta ait.*

VIuit dominus,quia quodcunque dixerit mihi dominus 3.Reg.22.14.
hoc loquar.
Et ſpiritus prophetarum,prophetis ſubiecti ſunt. 1.Cor.14.32.

## *A malis contemnuntur.*

PRophetam ſuſcitabo eis ſimilẽ tui,ponamq; verba mea Deu.18.18.
in ore eius,lequeturq; ad vos omnia,quæ præcepero illi:
qui autem verba, quæ loquetur in nomine meo audire
noluerit,ego vltor exiſtam.
Mittebat aũt dominus De⁹ patrũ ſuorum ad illos per ma 2.Para.36.15
nus nunciorum ſuorum.At illi ſubſannabant nuncios.
Venite & percutiamus eum lingua,& non attendamus ad Ierem.18.18.
vniuerſos ſermones eius.
Seduxiſti me domine & ſeductus ſum,fortior fuiſti & in- 20.7.
ualuiſti.Factus ſum in deriſum tota die.Omnes ſubſannant
me quia iam olim loquor vociferans,iniquitatem & vaſtita
tem clamito.Et factus eſt mihi ſermo Domini in opprobriũ
et in deriſum tota die.
Et miſit dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, 25.4.
conſurgens diluculo,mittenſque,et non audiſtis,neque in-
clinaſtis aures veſtras,vt audiretis eum.
Iudicium mortis eſt viro huic,quia prophetauit aduerſus 26.11.
ciuitatem iſtam,ſicut audiſtis auribus veſtris. (iſte.
Et dixerunt principes regi:Rogamus,vt occidatur homo 38.4.
Domus Iſrael noluit audire te,quia noluit audire me. Ezech.3.7.
Et dixi a,a,a, domine Deus ipſi dicunt de me: Nunquid 20.49.
non per parabolas loquitur iſte?
Et prophetis mandabitis dicentes:Ne prophetetis. Amos.2.12.
Ieſus autem dixit: Non eſt propheta ſine honore, niſi in Matt.13.57.
patria ſua,et in domo ſua.
Væ vobis ſcribæ et Phariſæi,hipocritæ,qui ædificatis ſe- 23.24.
pulchra prophetarum.
Tunc expuerunt in faciem eius,dicentes.Prophetiza no- 26.68.
bis,quis te percuſſit.

## *Prouidentiæ Dei generalitas.*

Iob.22. 14. NVbes latibulum eius,nec noſtra conſiderat,& circa car
dines cœli perambulat.
Cap.38. 38. Quis præparat coruo eſcam ſuam,quando pulli clamant
ad Deum vagantes,eo quod non habeant cibos?
Pſalm. 22.1. Dominus regit me & nihil mihi deerit.
35.7. Homines & iumenta ſaluabis Domine.
66.5. Lætentur et exultent gentes, quoniam iudicas populos
in æquitate,et gentes in terra dirigis.
Sapien. 6. 8. Quoniam puſillum & magnum ipſe fecit & æqualiter
cura eſt illi de omnibus.
In manu.n.illius et nos & ſermones noſtri, & oīs ſapiētia,
Cap. 7. 16. Attingit ergo à fine vſq; ad finē fortiter,& diſponit oīa ſua-
Cap.8. 6. Diligis.n.oīa q̄ ſunt,& nihil odiſti eorū,quę feciſti. (uiter.
Cap. 11. 25. Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat,
Cap. 14. 3. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt,& vnus ex illis nō cadet
Matt.10.29. ſuper terram ſine patre veſtro? veſtri autem & capilli capitis
omnes numerati ſunt.
In ipſo enim viuimus & mouemur & ſumus.
Act.17. 28. Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum quo.
1. Petr. 5.7. niam ipſi cura eſt de vobis.

## *Æquitas,in renumeratione bonorum.*

NIhil in terra ſine cauſa fit.
Iob.5.6. Sed omnia in mēſura & numero & pōdere diſpoſuiſti,
Sap 11.21. Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi, an non
Mat.20. 14. licet mihi quod volo facere?

## *In punitione malorum.*

Iob. 36. 22. ECce Deus excelſus in fortitudine ſua & nullus ei ſimilis
ex legiſlatoribus.
Sap. 12. 13. Non enim eſt alius quàm tu cui cura eſt de nobis,vt oſtē
das quoniam non iniuſtè iudicas iudicium.15.Cùm ergo ſis
iuſtus,iuſtè omnia diſponis,virtus. n. tua iuſtitiæ initiū eſt,
Nunquid gloriabitur ſecuris cōtra eū qui ſecat in ea,aut
Eſai. 10.15. exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur? Quomodo ſi
eleuetur virga contra eleuantem ſe,& exaltetur baculus,qui
vtique lignum eſt.

## *Inſuperſcrutabilitas ob tribulationem bonorum.*

Iob.9. 22. VNum eſt qđ locut⁹ ſum et innocentē et impiū ipſe cō
Pſal. 144.7. Iuſtus dominus in omnibus viis ſuis. (ſumit,
Eccle. 8. 17. Et intellexi,quod omnium operum Dei nullā poſſit homo
inuenire



inuenire rationē eorum quæ ſunt ſub ſole,quātò plus labo-
rauerit ad quærendum tanto minus inueniat, etiam ſi dixe-
rit ſapiens ſe noſſe non poterit reperire.
Sunt iuſti atq; ſapiētes,& opera eorum in manu Dei,& ta Cap. 9. 1.
men neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit, ſed om
nia in futurū ſeruant incerta,eo qđ vniuerſa æquè eueniāt
iuſto & impio,bono & malo,mundo & immundo,immolāti
victimas & ſacrificia cōtēnenti.Sicut bonus ſic & peccator,
vt periurus ita et ille qui verum deierat.3.Hoc eſt peſſimum
inter omnia quæ ſub ſole ſunt,quia eadem cunctis eueniēt.
Vſquequo Domine clamabo,& nō exaudies,vociferabo
ad te vim patiens,& nō ſaluabis. Quare reſpicis cōtempto- Abacu.1.2.
res,et taces cōculcante impio iuſtiorem ſe? 1.Mundi ſunt o-
culi tui ne videas malum, et ad iniquitatem reſpicere non
poteris.Quare non reſpicis ſuper iniqua agētes,et taces de-
uorante impio iuſtiorem ſe?

## *Et proſperitatem malorum.*

VEruntamen quia non ſunt in manu eorū bona, conſi
lium eorum longè ſit à me. Iob.21.16.
Quid gloriaris in malitia?
Eterue me de manu filiorū alienorum, Quorum filij ſi- Pſam.51.1.
cut nouellæ plantationes,filiæ eorum cōpoſitæ, promptua- 143. 11.
ria eorum plena,oues eorum fœtoſæ,nō eſt ruina maceriæ.
Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt, beatus populus
cuius Dominus Deus eius.
Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus, im-
pium quoque ad diem malum. Prou.16. 4.
Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ. Iuſtus periit
in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tēpore in malitia ſua. Eccleſ. 7. 16.
Altiora te ne quæſieris,non enim eſt tibi neceſſarium, ea
quæ abſcondita ſunt oculis tuis, videre. Eccleſ. 3.22.
Iuſtus quidem tu es domine,ſi diſputem tecum,veruntā-
men iuſta loquar ad te.Quare via impiorū proſperatur,be- Ierem. 12. 1.
ne eſt omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt.2.planta-
ſti eos & radicem miſerunt, proficiunt & faciunt fructum,
prope es tu ori eorum,& longè à renibus eorum.
Laborare feciſti dominū in ſermonibus veſtris,in eo qđ
dicitis.Omnis qui facit malum,bonus eſt in conſpectu do- Malac.2.17.
mini,& tales placent ei,aut certe,vbi eſt Deus iudicij?

### *Prouidentia humana.*

GEns abſque cōſilio eſt & ſine prudentia, vtinā ſaperēt & Deut.32. 28.
intelli-

intelligerent,ac nouiſſima prouiderent.

*Prou.*10.17. Fruſtra autem iacitur rete ante oculis pennatorum.

*Cap.*19.20. Audi conſilium & ſuſcipe diſciplinam vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis.

*Cap.* 22. 3. Callidus videt malum,& abſcondit ſe, paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.

*Cap.*27. 12. Aſtutus videns periculum abſconditur,ſimplices pertranſeunt et damnum accipiunt.

*Eccle.*7.15. In die bona fruere bonis,& malum diem præcaue.

*Sap.* 9.14. Cogitationes enim mortaliũ timidę,& incertæ prouidentiæ noſtræ.

*Prouidentia* (vide) *Gubernatio.*

## *Pſeudoprophetæ non ſunt audiendi.*

*Deut.* 13. 1. SI ſurrexerit in medio tui propheta, aut q̃ ſomniũ vidiſſe ſe dicat,et prædixerit ſignũ atq; portentum, & euenerit q̃d locutus eſt, et dixerit eamus et ſequamur deos alienos quos ignoras,et ſeruiamus eis, nõ audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris quia tẽtat vos dominus Deus veſter.

*Cap.*18. 20. Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi,vt diceret,aut ex nomine aliorum deorum,interficietur.

3.*Reg.* 13. 11. Prophetes autẽ quidã ſenex habitabit in Bethel, ad quẽ venerunt filij ſui & narrauerunt ei omnia opera quę fecerat vir Dei,illa die in Bethel,& verba quæ locutus fuerat ad regem & narrauerunt patri ſuo.4.Reg.10.19.

*Cap.* 18. 40. Dixitq́; Elias ad eos (Achab) apprehẽdite prophetas Baal et ne vnus quidẽ effugiat ex eis (erant enim 850.) quos cũ apprehendiſſent duxit eos Elias ad Torrentem Ciſon & interfecit eos ibi.Cap.22.6.10.

*Prou.*28. 10. Qui decepit iuſtos in via mala,in interitu ſuo corruet,et ſimplices poſſidebunt bona eius.

*Eſa.* 3. 11. Væ impio in malũ,retributio.n.manuũ eius fiet ei.c.28.7.

*Cap.* 56. 10. Speculatores eius cęci oẽs,neſcierũt vniuerſi canes muti nõ valẽtes latrare,vidẽtes vana, dormiẽtes & amãtes ſõnia.

*Hiere.* 14.15. Hæc dicit Dñs de prophetis qui prophetant in nomine meo,quos ego nõ miſi dicentes, gladius & fames non erit in terra hac,in gladio & fame conſummentur prophetæ illi.

*Cap.* 23. ☩ Vaticinatur prophetis æternum opprobrium,qui populũ decipiunt,volentes vt obliuiſcatur nomẽ Domini,et prophetant abſque Dei voluntate,ſermonem Domini onus appellantes,Cap.28.per totum.

*Cap.*27.9. Vos autem nolite audire prophetas veſtros et diuinos,& ſomniatores & augures,& maleficos qui dicũt vobis,nõ ſeruietis regi Babylonis,quia mendacium prophetant vobis,vt longè vos faciant de terra veſtra,& eiiciant vos et pereatis.



Hæc dicit dñs exercituum Deus Iſrael. Nõ vos ſeducant prophetæ veſtri qui ſunt in medio veſtrum,et diuini veſtri et ne attẽdatis ad ſomnia veſtra quę vos ſomniatis. 21. Hęc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael ad Achab filium Colię et ad Sedechiam filium Maaſiæ qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter, ecce ego tradam eos in manus Nabugodonoſor regis Babylonis & percutiet eos in oculis veſtris. *Cap.*29. 8.

Minatur dñs pſeudoprophetis, ex ſuo cerebro diuinantibus,populũq́; ſeducẽtib⁹, falſam promittẽdo pacẽ,et parietẽ luto abſq; paleis liniẽdo,ſiſr et filiabus Iſrael de corde ſuo prophetãtibus & puluillos ſub omni cubitu conſuentibus. *Ezech.* 13. ☩

Propheta cũ errauerit,et locutus fuerit verbum,ego Dominus decepi prophetam illum, et extendã manũ meã ſuper illũ & delebo illũ de medio populi mei Iſrael. Amos, 7. 10. *Cap.*14.9.

Cõiuratio prophetarũ in medio eius (terrę Iſrael) ſicut leo rugiẽs rapienſq́; prædam,animas deuorauerunt,opes & pretiũ acceperũt,viduas ei⁹ multiplicauerũt in medio illi⁹. *Cap.* 22. 25.

Vę paſtoribus Iſrael qui paſcebãt ſemetipſos,nõne greges à paſtoribus paſcuntur? per totum caput. *Cap.*34.2.

Hæc dicit dñs ſuper prophetas qui ſeducũt populũ meũ qui mordent dentibus ſuis,& prædicant pacẽ: et ſi quis nõ dederit in ore eorum quippiã,ſanctificãt ſuper eum prœliũ. *Michea.* 3. 5.

Et erit in die illa dicit Dominus exercituũ, diſperdã nomina idolorum de terra,et nõ memorabuntur vltra:& pſeudoprophetas,et ſpiritum immundum auferam de terra. *Zachar.*13.2

Attendite à falſis prophetis,qui veniunt ad vos, in veſtimentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces,à fructibus eorum cognoſcetis eos.Cap.24.11. *Matth.* 7.15.

Attendite (Dixit Ieſus diſcipulis ſuis) à fermento Phariſeorum,quod eſt hipocriſis. *Luc.* 12.1.

Ego ſcio (ait Paulus) quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos,non parcentes gregi. *Act.*20.29

Videte canes,videte malos operarios,videte cõciſionem. *Phili* 3. 2.

Videte ne quis vos decipiat per philoſophiã & inanẽ fallaciam ſecundum traditionẽ hominum, ſecundum elemẽta mundi,& non ſecundum Chriſtum. *Colloſ.* 2. 8.

Spiritus autem manifeſtè dicit,quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris, 1. *Tim.*4.1.

&

& doctrinis dæmoniorum, in hipocriſi loquentium mendacium. 2. Tim. 2. 17.

2. Tit. 3. 1. Hoc autem ſcito quòd in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, &c.

2. Pet. 2. 1. Fuerunt verò & pſeudoprophetæ in vobis, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos Dominum negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem. &c. per totum Caput.

1. Ioan. 4. 1. Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint, quoniam multi pſeudoprophetæ exierũt in mundum. Iudæ. 4. 8.

*Pſeudoprophetæ habentur qui currunt antequam per ordinariam poteſtatem mittantur.*

Hier. 14. 14. ET dixit Dominus ad me. Falſi prophetæ vaticinantur in nomine meo, non miſi eos & nõ præcepi eis, neq; locut' ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſolutionem cordis ſui prophetant vobis.

Cap. 23. 32. Ecce ego ad prophetas ait Dominus, qui aſſumunt linguas ſuas & aiunt, dicit Dominus. Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendacium, ait Dominus, qui narrauerunt ea, & ſeduxerunt populum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis, cùm ego non miſiſſem eos nec madaſſem eis, qui nihil profuerunt populo huic dicit dominus.

Cap. 27. 15. Qui non miſi eos dicit Dominus, & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciant vos & pereatis tã vos quàm prophetæ qui vaticinantur vobis.

Ezech. 13. 6. Vident vana & diuinãt mẽdacium dicentes: Ait Domin' cũ Dñs nõ miſerit eos, & perſeuerauerũt cõfirmare ſermonẽ.

*Seipſos intrudunt.*

*Vnde pater eorum diabulus ait.*

3. Reg. 22. 22 EGrediar & ero ſpirirus mẽdax in ore oĩm pphetarũ eius.

Ierem. 14. 13. Et dixi a, a, a, dñe Deus, prophetæ dicũt eis: non videbitis gladiũ & fames non erit vobis, ſed pacẽ verã dabit vobis in loco iſto. Et dixit Dñs ad me: Nõ miſi eos, & non pręcepi eis, neq; loquutus ſum ad eos, viſionẽ mendacẽ, & diuinationem fraudulentam & ſeductionẽ cordis ſui prophetant vobis.

23. 21. Non mittebã prophetas & ipſi currebant, non loquebar ad illos, & ipſi prophetabant vobis.

Ezech. 13. 3. Væ porphetis inſipientibus q ſequuntur ſpiritũ ſuũ & nihil





vident quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſrael erant: nõ aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murũ pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Dñi. Vidẽt vana & diuinant mendaciũ dicentes: Ait dominus cum dominus non miſerit eos, & perſeuerauerũt confirmare ſermonẽ. Nunquid non viſionẽ caſſam vidiſtis, & diuinationem mẽdacem locuti eſtis? & dicitis, ait Dominus cun ego non ſim locutus.

Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtique nobiſcum. 1. Ioan. 2. 19.

*Simplices ſeducunt.*

SI ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomniũ ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignũ atque portentũ, & euenerit qđ locutus eſt, & dixerit tibi eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoras & ſeruiamus eis: nõ audies verba prophetę illius vt ſũniatoris, q̃a tẽtat vos dñs Deus veſter, vt palã fiat, vtrũ diligatis eũ an nõ, in toto corde, & in tota anima veſtra. Deut. 13. 1.

Stupor & mirabilia facta ſunt in terra, Prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebãt manibus ſuis. Ierem. 5. 31.

Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax pax, & non erat pax. 6. 14.

Et in prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinẽ adulterantiũ & iter mendacij: & confortauerunt manus peſſimorũ, vt non conuertatur vnuſquiſque à malitia ſua. 23. 14.

Hæc dicit dominus exercituum. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore domini. Ibid. 16.

Si ſtetiſſent in conſilio meo, auertiſſem vtique eos à via ſua mala & à cogitationibus ſuis peſſimis. Ibid. 22.

Audiui quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendaciũ, dicentes: Somniaui ſõniaui. Vſquequo iſtud eſt in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium ſeductores cordis ſui. Ibid. 25.

Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtultą, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Thren. 2. 14.

Prophetæ autem eius liniebant eos abſque temperamẽto videntes vana, & diuinantes ei mendacium. Exec. 22. 28

Seitote Iſrael ſtultũ prophetã, inſanũ virum ſpiritualem. Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinę factus eſt ſuper oẽs vias eius, in ſomnia in domo Dei eius. Oſee. 9. 7.

Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ & dabũt Mat 24. 24

ſigna & prodigia. Nolite credere.

2.Cor.11.13. Nã huiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt operarij ſubdoli tranſfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.

Colloſſ. 2. 8 Videte ne quis vos decipiat per philoſophiã & inanẽ fallaciam, ſecundum traditionẽ hominũ, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum.

2.Pet.2.3. Fuerunt vero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis in eum qui emit eos. (illuſores

3.3. Hoc primũ ſciẽtes, quod veniẽt in nouiſſimis diebus il

## Factis ſe produnt.

Deut.18.20. PRopheta aũt q arrogãtia deprauatus voluerit loq. in nomine meo q̃ ego non præcepi illi vt diceret interficietur

Eſaia.28.7. Sacerdos & propheta neſcierunt prę ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntẽ, ignorauerunt iudicium.

Sopho.3.4. Prophetę eius veſani, viri infideles.

Matt.7.15. Attendite à falſis prophetis. nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?

## Pœnam ſuper ſe inducunt

Deut.13.5. PRopheta aũt ille aut fictor ſomniorum interficietur quia locutus eſt, vt auerter et vos à Domino Deo veſtro, qui redemit vos de domo ſeruitutis.

Eſa.9.15. Propheta docens mendacium ipſe eſt cauda.

Iere.14.15. Idcirco hæc dicit Dñs de prophetis qui prophetãt in nomine meo, quos ego non miſi. In gladio & fame conſumentur prophetæ illi, & populi quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ieruſalem, præ fame & gladio.

23.11. Propheta nãque & ſacerdos polluti ſunt, & in domo mea inueni malũ eorũ, dicit Dñs. Idcirco via eorũ erit quaſi lubricũ in tenebris, impellentur & corruent in ea: afferã enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait Dominus.

Ibid.31. Propterea ecce ego ad propheta, ait Dominus: qui furantur verba mea vnuſquiſque à proximo ſuo.

28.15. Et dixit Hieremias propheta. Audi Anania, non miſit Dñs, & tu confidere feciſti populũ iſtũ in mendacio. Idcirco dicit Dominus. Ecce, ego mittam te à facie terræ, hoc anno morieris aduerſus enim Dominũ loquutus es.

Ezech.13.9 Propterea hæc dicit dñs Deus. Quia locuti eſtis vana & vidiſtis mẽdacium, ideo ecce ego ad vos, & erit manus mea ſuper



ſuper prophetas qui vident vana, & diuinant mendatiũ, in cõſilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in terra Iſrael ingredientur: eo quod deceperint populum meũ. dicentes: Pax, pax, & non eſt pax.

Hæc dicit Dominus Deus. Super prophetas qui ſeducunt populũ meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacẽ, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiã, ſanctificant ſuper eum prælium. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. Michea. 3. 5.

*Ptolomæus oppugnatur ab Antiocho.* 1.Mach.1.19. *init amicitiam cũ Alexandro filio Antiochi,* 10.51. *pugnat cũ Alexandro & moritur.* 11.1.18.

*Ptolemæus Macer veneno vitã ſuã finiuit.* 2.Mach. 10.12.13.

*Publius ſuſcipit hoſpitio Paulum.* Act.28.8.

## Punitio diuina fit per Angelos.

FActum eſt igitur in nocte illa, venit angelus Domini & percuſſit in caſtris Aſſiriorum 18500. 4.Reg.19.35.

Confeſtim percuſſit eum Angelus dñi eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expirauit. Act.12.23.

## Per homines.

VÆ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. In manu eius indignatio mea. 6. Ad gentẽ fallacẽ mittã eũ, & cõtra populũ furoris mei mandabo ei vt auferat ſpolia, & diripiat prædã, & ponat illum in conculcationẽ, quaſi lutum platearum. 7. Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita æſtimabit, ſed ad conterendum erit cor eius. Eſa.10.5.

Et erit cum compleuerit Dñs omnia opera ſua in monte Syon, viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis Regis Aſſur. Ibid.12.

Fili hominũ Nabuchodonoſor rex Babylonis, ſeruire fecit exercitũ ſuũ ſeruitute magna aduerſus Tyrũ: & merces nõ eſt reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eã. 19. Propterea hæc dicit Dñs: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regẽ Babylonis in terra Aegypti et accipiet multitudinẽ eius, & deprædabitur manubias eius & erit merces exercitui illius, & diripet ſpolia eius. Ezech.29.18

## Punitio malorum neceſſaria.

MAleficos non patieris viuere. Exod.22.18

Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, & auertatur furor meus ab Iſrael. Num.25.4.

Impiis & peccatoribus reddet vindictam. Ecclef.12.4.

Apoc.2.19. Noui opera tua & fidẽ & charitatem tuã,& miniſterium & patientiã,& opera tua nouiſſima plura prioribus. 20.Sed habeo aduerſus te pauca,quia permittis mulierem Iezabel (quæ ſe dicit prophetã)docere & ſeducere ſeruos meos,fornicari & manducare de idolothytis.

*Ordinata.*

Deut.24.16. NOn occidẽtur patres pro filiis,nec filij pro patribus,ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur.

27.25. Maledictus qui accipit munera vt percutiet animã ſanguinis innocentis.

Sapien.11.17. Per quæ quis peccat,per hæc & torquetur.

Eccl.33.30. Verum ſine iudicio nihil facias graue.

Ioan.8.7. Qui ſine peccato eſt veſtrũ,primus in illã lapidẽ mittat.

19.11. Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi datum tibi eſſet deſuper,(ait dominus Pilato).

1.Tim.5.21. Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu, & electis Angelis,vt hæc cuſtodias.

*Fructifera.*

Prou.19.25. PEſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit, ſi autem corripueris ſapientem intelliget ſapientiam.

20.30. Liuor vulneris abſterget mala,& plagæ in ſecretioribus (ventris.

21.11. Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus.

1.Tim.5.20. Peccantes corã omnibus argue vt cæteri timorẽ habeãt.

*Purgatorium.i.Locum vbi ſunt animæ quæ viuorum precibus & operibus iuuari poſſunt,& purgantur,eſſe confirmatur.*

2.Mac.12.43 ET facta collatione duodecim milia dragmas argẽti miſit(Iudas Machabeus)Hyeroſolimã offerri pro peccato ſacrificiũ benè &religioſè de reſurrectione cogitãs.46.Sãcta ergo & ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare à peccatis ſoluantur.

Mat.5.25. Relinque ibi munus tuum ante altare,& vade prius recõciliari fratri tuo,& tunc veniens offeres munus tuum.

Cap.12.32. Et quicunque dixerit verbũ contra filium hominis,remittetur ei, qui autẽ dixerit contra ſpiritũ ſanctum non remittetur ei neque in hoc ſeculo neque in futuro.

1.Cor.3.13. Vniuſcuiuſq; op⁹ manifeſtũ erit, dies enim Dñi declarabit quia in igne reuelabitur,& vniuſcuiuſq; opus qualiter ſit ignis ꝓbabit,ſi cuius op⁹ mãſerit quod ſuꝑ ędificauit,mercedem



cedem accipiet,ſi cuius opus arſerit detrimentum patietur ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium terreſtrium,& infernorũ,& omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Philip.2.10.

Det illi dominus inuenire miſericordiam à domino in die illa,& quanta Epheſi miniſtrauit,tu melius noſti. 2.Timot.1.18

Qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare peccatũ non ad mortẽ, petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortẽ,eſt peccatũ ad mortem non pro illo dico vt roget quis. 1.Ioan.5.16.

Et nemo poterat neque in cœlo neq; in terra,neque ſubtus terrã aperire librũ neque reſpicere illũ.13. Et oẽm creaturã quæ in cœlo eſt & ſuper terrã,& ſub terra, & quæ ſunt in mari & quę in eo omnes audiui dicentes. Sedẽti in throno & agno benedictio &c. Apoc.5.3.

Panẽ tuum & vinũ tuũ ſuper ſepulturã iuſti conſtitue & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Tob.4.18.

Mortuo non prohibeant gratiam.Malac.3.3. Eccleſ.7.37.

*Puſillanimitas vituperabilis.*

EXpectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Pſal.54.9.

Noli eſſe puſillanimus in animo tuo. Eccleſ.7.9.

Dicite puſillanimis confortamini,& nolite timere. Eſai.35.4.

Conſolamini puſillanimes. 1.Theſſ.5.14.

*Quadrageſimalis ieiunij exempla,vide Ieiunium. Moyſes.*

INgreſſuſque Moyſes mediũ nebulę aſcendit in montem & fuit ibi.40.diebus & 40.noctibus. Exod.24.18.

Fuit ergo ibi cum Dño quadraginta dies, & 40. noctes, panem non comedit,& aquã non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fœderis decem.Idem repetitur Deut.9.9. Cap.34.28.

Et procedi ante dominum ſicut prius. 40. diebus & noctibus panẽ non comedens & aquã non bibens,propter omnia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra Dominum & eum ad iracundiam prouocaſtis.(*Elias*). Deut.9.18.

Qui cũ(Elias) ſurrexiſſet comedit & bibit , & ambulauit in fortitudine cibi illius.40.diebus,& 40. noctibus vſque ad montem Dei Horeb.*Chriſtus.* 3.Reg.19.8.

Et cum ieiunaſſet(Chriſtus)40.diebus & 40.noctibus po (ſtea eſuriuit Mat.4.2.

*Quæſtiones inutiles quæ ſunt vitandæ.*

Gen.3.1. Qui dixit ad mulierem (ſcilicet ſerpens) cur hoc præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Vidit igitur quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit deditque viro ſuo qui comedit.

Prou.25.27. Sicut qui mel multum commedit non eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.

Eccleſ.7.11. Ne dicas quid putas cauſæ eſt ꝙ priora tempora meliora fuere quã nunc ſunt? ſtulta enim eſt eiuſmodi interrogatio.

Eccle.3.22. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.

Matt.24.3. Sedente autem eo (Chriſto) ſuper montem olíueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò dicentes. Dic nobis quãdo hæc erunt (ſcilicet euerſio templi, bella, & perſecutiones) & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi?

Ioan.6.52. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes: Quomodo põt hic dare nobis carnẽ ſuam ad manducandum? ca.21.41.

Act.1.6. Qui conuenerant interrogabãt eum dicentes. Domine ſi in tẽpore hoc reſtitues regnum Iſrael? Dixit autem eis, Nõ eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. 1.Tim.1.4.ca.6.3.

2.Tit.2.16. Prophana autem & vaniloquia deuita multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit ex quibus eſt Hymineus & Philetus.

Titum.3.9. Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones & pugnas legis deuita, ſunt enim inutiles & vanæ.

*Quieſcendum à peccatis.*

Rom.6.6. HOc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati vt vltra non ſeruiamus peccato, per totum capit.

Galat.2.18. Si enim quæ dextruxi iterum hæc ædifico præuaricatorem me conſtituo. Ego enim per legẽ legi mortuus ſum vt Deo viuam.

*Quies contingit populo Dei.*

Heb.4.9. ITaque relinquitur Sabbathiſmus populo Dei qui enim ingreſſus eſt in requiem eius, etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus.

*Quietem & pacem certam conſequentur Iuſti.*

Sap.3.1. Iuſtorum autem animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis, 3. Et ab itinere iuſto abiecerunt in exterminium, & quod à nobis eſt iter exterminij, illi autẽ ſunt in pace, & ſi corã hominibus tormenta paſſi ſunt ſpes illorum immortalitate plena eſt.

Cap.4.1. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate, immortalis eſt enim memoria illius, quoniam apud Deum nota eſt & apud homines.

Eſa.57.2. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo qui ambulat in directione ſua.

Luc.16.22. Factum eſt autem vt moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.

Apoc.14.13. Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi, ſcribe, beati mortui qui in Domino moriuntur.

*Quietem inuenire animæ ſuæ.*

Hyere.6.16 HÆc dicit dominus ſtate ſuper vias & videte & interrogate de ſemitis antiquis quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris.

Matth.11.29 Tollite iugum meum ſuper vos & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde & inuenietis requiẽ animabus veſtris.

R

RAbba obſidetur, 2.Reg.11.1.✠12.26.1.Par.20.1.

*Rabſaces, Sennacherib archipincerna.* 4.Reg.18.17.Eſa.36.37.

*Rachab exploratores miſſos in vrbem Iericho, excipit hoſpitio, Ioſ.2.1.Iac.2.25. ſeruatur cum ſuis, Ioſ.6.17.23.*

*Rachab vxor Salmon.* 1.Par.2.11.Matth.1.5.

*Rachel pacis oues patris ſui. Gen.29.9. traditur Iacob in vxorem 29.29 clam tollit idola patris ſui, 31.19. ob difficultatem partus periclitatur, 35.17.*

*Raphael angelus Domini, medicus & dux Tobiæ,* Tob.5.5.6.✠12.12.

*Rationem Deo quiſque pro ſe redditurus eſt.*

Matth.12.36 DIco autẽ vobis quoniã omne verbum otioſum ꝙ locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicij.

Cap.18.23. Ideo aſſimulatum eſt regnum cœlorum homini Regi qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.

Cap.25.31. Cũ aũt venerit fili⁹ hominis, in maieſtate ſua & oẽs Angelicum

eo, tunc ſede bit ſuper ſedem maieſtatis ſuę, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, & ſtatuit oues quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris, &c. per totum caput.

*Rom.* 14. 12. Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationē reddet Deo.

2. *Cor.* 5 10. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.

*Razias Iudæus gladio ſe interimit*, 2. Machab. 4.37.41.

*Razon aduerſarius Iſraelis*, 3. Reg. 11. 23.

*Rebecca filia Bathuelis*, Gen. 22. 23. *Vxor Iſaac*, 24. 50. *parit geminos*, 25. 24.

*Rechab pater* Ionadab, *amici* Iehu *regis Iſrael*, 4. Reg. 10.

## Recidiuatio ſocorditer committitur.

*Prou.* 26. 11. SIcut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam.

*Iere.* 2. 36. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.

*Galat.* 2. 18. Si enim quæ dextruxi, iterum hæc reædifico, præuaricatorem me conſtituo.

*Heb.* 6. 4 Impoſſibile enim eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutéſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt rurſus renouari ad pœnitentiam.

2. *Petri.* 2. 2. Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperātur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viā iuſtitię, quā poſt agnitam retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt in ſancto mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij Canis reuerſus ad vomitū ſuū, & Sus lota in volutabro luti.

## Grauiter p unitur.

*Eccleſ.* 2. 16. VÆ vobis, qui amiſiſtis patientiam deſertiſque rectis itineribus ad praua diuertiſtis.

*Ezec.* 3. 20. Sed & ſi cōuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatē, ponā offendiculum corā eo, in peccato ſuo morietur.

*Matt.* 12. 44 Cùm autē immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem & non inuenit. Tunc dicit Reuertar in domum meā vnde exiui. Et veniēs, inuenit eā vacantem,



vacātē, ſcopis mundatam & ornatā. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrātes habitāt ibi & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

## Salubriter relinquitur.

ECce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Ioan.* 5. 14.

Vade & iam amplius noli peccare. 8. 11.

Si mortui ſumus peccato, quomodo viuemus in illo. *Rom.* 6. 2.

Euigilate iuſti, & nolite peccare. 1. *Cor.* 15. 34.

## Redimere nouit Deus ſuos multis modis. ex anguſtia.

LOt angelis hoſpitio ſuſceptis à Sodomitis vim patiēs cùm vxore, & vtraque filia, à Sodomitico ereptus incendio, vxorem in via amiſit. Per totum capit. *Gen.* 19. ✠

Pharao Iſraelem perſequens, & mare per ſiccum poſt illū ingrediens, cum vniuerſo equitatu & currib. ſubmergitur. *Exod.* 14. ✠

Cumque intraſſet (Iethro ſocer Moyſis) tabernaculum, narrauit Moiſes cognato ſuo cuncta, quæ fecerat dominus Pharaoni & Ægyptiis propter Iſrael, vniuerſumque laborē qui accidiſſet eis in itinere, & quod liberauerat eos Dominus, 1. Reg. 23. 14. *Cap.* 18. 8.

Itaque cum vidiſſent principes equitatus Ioſaphat dixerūt Rex Iſrael eſt iſte, & circundederunt eum dimicātes, & ille clamauit ad dñm & auxiliatus eſt ei atq; auertit eos ab illo. 2. *Para.* 18. 31

Erubui enim petere regem auxilium & equitātes qui defenderēt nos ab inimico in via, quia dixeramus Regi, manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate, & imperium eius, & fortitudo eius, & furor ſuper omnes qui derelinquunt eum. Pſal. 4. 9. 1. *Eſd.* 8. 22.

Ne timeas quia ego tecū ſum, ne declines quia ego Deus tuus, conſortaui te & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti mei. *Eſa.* 41. 10.

Noli timere (Iſrael) quia redemi te & vocaui te nomine tuo meus es tu. Cùm tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, cum ambulaueris in igne, non comburēris, & flamma non ardebit in te. *Cap.* 43. 1.

Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, & ſurrexit properè, & ait optimatibus ſuis, nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? &c. *Dan.* 3. 91.

Daniel regi reſpōdēs ait. Rex in æternum viue, Deus meꝰ miſit *Cap.* 6. 21.

miſit Angelum ſuum,& concluſit ora leonum,& non nocue
runt mihi,quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me. Sed &
coram te,rex,delictum non feci. Tunc vehementer rex ga-
uiſus eſt,ſuper eo,& Danielem præcepit educi de lacu , &
nulla læſio inuenta eſt in eo,quia credidit Deo ſuo.

2.Pet.2.9. Nouit dominus pios de temptatione eripere,iniquos ve
rò in diem iudicij reſeruare cruciandos.

*Regeneratio* (vide) *homo.*

### *Redemptionis à peccatis ortus.*

Pſal.18.15. DOmine adiutor meus & redemptor meus.
110.9. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo.
129.7. Quia apud dñm miſericordia,& copioſa apud eum redẽ-
ptio. Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.
Eſa.50.1. Ecce enim in iniquitatibus veſtris venditi eſtis,& in ſce-
leribus veſtri dimiſi matrem veſtram,quia veni & non erat
vir,vocaui & non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata &
paruula facta eſt manus mea,vt non poſſim rediemere? aut
non eſt in me virtus ad liberandum?

### *Modus.*

Eſa.52.3. SOlue vincula colli tui captiua filia Sion Gratis venunda
ti eſtis,& ſine argento redimemini.
Apoc.5.9. Dignus es dñe accipere librum,& aperire ſignacula eius:
quoniam occiſus es,& redemiſti nos Deo in ſanguine tuo:

### *Fructus.*

Eſa.52.9. GAudete & laudare ſimul deſerta Hieruſalem,quia conſo-
latus eſt Dominus populum ſuum,redemit Hieruſalem.
Tit.2.14. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab
omni iniquitate.

### *Regeneratio eſt mutatio carnis in ſpiritum.*

Ioan.3.5. REſpondit Ieſus.Amen Amen dico tibi (Nicodeme) ni
ſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu,non poteſt in-
troire in regnum Dei.

### *Carnalium affectionum,in ſpiritualem affectum.*

om.8.5. QVi enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſa-
piunt, qui verò ſecundum ſpiritum ſunt,quæ ſpiritus
ſunt ſapiũt. 13. Si enim ſecundum carnem vixeritis,moriemi
ni,ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.

### *Infidelitatis in fidem.*

Ioan.1.12. QVotquot autẽ receperunt eum, dedit eis poteſtatem
filios Dei fieri,his qui credunt in nomine eius.

Omnes



Omnes enim eſtis filij Dei,per fidem in Chriſto Ieſu. Gal.3.26.
Omnis qui credit,quoniam Ieſus eſt Chriſtus,ex Deo na 1.Ioan.5.1.
tus eſt,& omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum
qui natus eſt ex eo.

### *Innouatio mentis per ſpiritum ſanctum.*

CVm autẽ benignitas & humanitas apparuit, noſtri Dei Titum.3.5.
nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſecundũ
ſuam miſericordiam,ſaluos nos fecit,per lauacrum regene-
rationis,& renouationis ſpiritus ſancti, quẽ effudit in nos
abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.
Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus ſpiritum filij ſui, Gal.4.6.
in corda veſtra clamantem, Abba pater.

### *Atque adeo carnalis naturæ,in diuinam naturam.*

PEr quẽ (Ieſum) maxima & pretioſa nobis promiſſa do- 2.Pet.1.4.
nauit,vt per hæc efficiamini diuinę cõſortes naturę, fu-
giẽtes eius,quæ in mũdo eſt cõcupiſcẽtiæ correptionẽ.
In quo (Chriſto) & circunciſi eſtis circuncisione nõ ma- Coloſ.2.11.
nu facta,in expoliatione corporis carnis,( ſed ) in circunci-
ſione Chriſti.

### *Vt qui mali ſumus ſanctificemur.*

ET hæc quidem fuiſtis (ſcilicet fornicarij idolis ſeruien 1.Cor.6.11.
tes ) ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis , ſed iuſtificati
eſtis,in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,& in Spiritu Dei
noſtri. Epheſ. 5.8.

### *Regenerati interius etiam exterius in nouitate vitæ ambulant.*

IN Chriſto baptizati ſumus,vt mortui peccato , deinceps Rom.6.✠
in nouitate vitæ ambulemus , ſicut Chriſtus ſemel mor-
tuus,ac ſepultus,ad nouã vitam non amplius moriturus
reſurrexit &c.per totum caput.
Nũc aũt ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur Cap.7.6.
ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus,& nõ in vetuſtate literę.
Obſecro itaq; vos fratres,per miſericordiam Dei,vt exhi Cap.12.1.
beatis corpora veſtra,hoſtiam viuentem,ſanctã,Deo placen
tem,rationabile obſequium veſtrum. 2. Cor. 5. 15. 2. Pet.4.1.
Deponite vos ſecundum priſtinam,cõuerſationem vete- Epheſ.4.22.
rem hominem,qui corrumpitur ſecundũ deſideria erroris.
Nolite mentiri inuicẽ,expoliãtes vos veterẽ hominẽ,cũ Coloſ.3.6.
actibus ſuis,& induẽtes nouũ eũ,q. renouatur in agnitionẽ,

ſecun-

ſecundum imaginem eius,qui creauit illum.

1.*Cor*. 5.7. Expurgate vetus fermẽtum,vt ſitis noua cõſperſio ſicut
eſtis azimi:etenim paſca noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

## *Reges quid facere,quidue fugere debeant.*

*Deut*.17.19. POſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi
Deuteronomiũ legis huius,in volumine, accipiens exē-
plar à ſacerdotibus leuiticæ tribus,& habebit ſecum, le-
gétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ,vt diſcat timere Do
minum Deum ſuum,& cuſtodire verba & ceremonias eius,
quæ in lege præcepta ſunt.

1.*Reg*. 8. ✠ Filiis Samuelis ad auaritiam declinantibus,petit populus
ſibi regem,quibus Samuel iubente Domino, ius regis præ-
dicit,ſed non auditur.

3.Reg.10.9. Sit Dominus Deus tuus benedictus cui cõplacuiſti & po
ſuit te ſuper thronum Iſrael, eò quod dilexerit Dominus
Iſrael in ſempiternum,& conſtituit te regem vt faceres iudi
cium & iuſtitiãm.

2.P*ara*. 19.5. Cõſtituitq́; Ioſaphat iudices terræ,in cunctis ciuitatibus
Iuda munitis per ſingula loca,& præcipiens iudicibus:vide-
te ait,quid faciatis,non enim hominis exercetis iudicium,
ſed Dei & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit.&c.

*Sap*. 6. ✠ Reges & iudices,ad ſapientiã & iuſtitiam ſectãdã exor-
tatur,oſtendens quàm graue maneat,iniuſtis rectoribus ſup
plicium. &c.Item cap.9.per totum.

*Iob*. 34.30. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata
populi.Prou.14.25.Cap.19.12.

P*ſalm*. 2.10. Et nunc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terram.
Pſal.100.per totum.

*Prou*. 20. 8. Rex qui ſedet in ſolio iudicij,diſſipat omne malũ intuitu
ſuo 26.Diſſipat impios rex ſapiẽs,& incuruat ſuꝑ eis ceruicẽ

C*ap*.28. 15. Leo rugiens & vrſus eſuriens,princeps impius ſuper po-
pulum pauperem.

C*ap*.29.4. Rex iuſtus erigit terram,vir auarus deſtruit eam.14. Rex
qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in ęternum
firmabitur.

C*ap*.31.4. Noli regibus ô Lamuel,noli regibus dare vinum,q̄a nul-
lum ſecretum eſt,vbi regnat ebrietas,ne forte bibant & obli
uiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.

*Hiere*. 22. 2. Audi verbũ Domini rex Iuda qui ſedes ſuꝑ ſoliũ Dauid
tu & ſerui tui & populus tuus q̄ ingredimini ꝑ portas iſtas,
Hæc dicit Dominus,facite iudicium & iuſtitiã,& liberate vi
oppreſſum



oppreſſum de manu calũniatoris.&c.(vide)*Superiorũ officiũ*.

## *Regnum Dei vim patitur.*

A diebus autem Ioannis baptiſtæ vſque nunc,regnũ cœ- *Matt*.11. 12.
lorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.

Lex & prophetæ vſque ad Ioannẽ,ex eo regnum, Dei e- *Luc*. 16. 16.
uangelizatur,& omnis in illud vim facit.

Qui vicerit poſſidebit hæc & ero illi Deus,& ille erit mi *Apoc*.21.7.
hi filius.Galat.5.16.Apoc.2.*.& cap.3.*

## *Regnum Dei Spirituale internum & æternum.*

NOn auferetur ſceptrum de Iuda,& dux de fęmore eius *Geneſ*.49.10
donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio
gentium.

Videbo eum ſed nõ modò intuebor illum,ſed nõ propè. N*um*.24.17
orietur ſtella ex Iacob,& conſurget virga de Iſrael,& percu
tiet duces Moab vaſtabitque omnes filios Seth.

Dominum formidabunt aduerſarij eius,ſuper ipſos in cę 1.Reg. 2. 10.
lis tonabit,Dominus iudicabit fines terræ,& dabit imperiũ
regi ſuo,& ſublimabit cornu Chriſti ſui.Cap.7.9.10.1.Paral.
18.11.Cap.29.2.4.

Aſtiterunt reges terrę,& principes cõuenerunt in vnũ,ad- P*ſalm*.2.2.
uerſus Dominum,& aduerſus Chriſtum eius.6. Ego autem
conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius
prædicans præceptum eius.

Et Dominus in æternum permanet, parauit in iudicio 9.8.
thronum ſuum. &c.

Reminiſcentur & cõuertẽtur ad dñm vniuerſi fines terrę 21. 28.
& adorabũt in cõſpectu ei⁹, vniuerſę familię gẽtiũ. 71.1.109.

Sedes tua Deus in ſæculum ſęculi,viga directionis virga 44.7.
regni tui.

Gloriam regni tui dicent,& potentiam tuam loquentur. 144.1.

Paruulus enim,natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, *Eſa*. 9.6.
& factus eſt principatus ſuper humerũ eius,& vocabitur no
men eius admirabilis,cõſiliarius,Deus fortis,pater futuri ſę
culi, princeps pacis.

Vaticinatur Chriſti natiuitas,iudiciũ, exaltatio,cõuerſio C*ap*. 11. ✠
populorũ & gentium ad Chriſtũ,& gloria ſepulchri eius.Itẽ
conuerſio reliquiarum,Iſrael ad Deum,ac fides gentium.

Super mõtem excelſum,aſcẽde tu qui euangelizas Syon C*ap*.40.9. ✠
exalta in fortitudine vocẽ tuam,qui euangelizas Ieruſalem
exalta noli timere,dic ciuitatib⁹ Iudæ,ecce Deus veſter.Ca.
42.

42.1.Ierem.33.*
Hiere. 23. 5. Ecce dies veniunt dicit Dominus,& ſuſcitabo Dauid ger
men iuſtũ,& regnabit rex & ſapiẽs erit,& faciet iudicium &
iuſtitiam in terra.In diebus illis ſaluabitur Iuda,& Iſrael ha
bitabit confidenter,& hoc eſt nomen quod vocabunt eum,
Dominus iuſtus noſter.
Et ſuſcitabo ſup eas paſtorẽ vnũ q. paſcat eas,ſeruũ meũ
Ezech.34.23. Dauid,ipſe paſcet eas,& ipſe erit eis in paſtorẽ. Cap. 37.24.
In diebus aũt regnorum illorum,ſuſcitabit Deus cœli re
Dan.2.44. gnum,quod in æternum nõ diſſipabitur,& regnum eius alte
ri populo nõ tradetur,comminuet autem , & conſumet vni-
uerſa regna hæc,& ipſum ſtabit in æternum.
Et dedit ei poteſtatem & honorẽ,& regnorum, & oẽs po
Cap.7. 14. puli,tribus & linguæ ipſi ſeruiẽt,poteſtas eius,poteſtas ęter-
na,quæ nõ auferetur,& regnum eius,quod nõ corrumpetur.
27.Regnum autem & poteſtas, & magnitudo regni,quæ eſt
ſubter omne cœlum,detur populo ſanctorum altiſſimi, cu-
ius regnum,regnum ſempiternũ eſt,& omnes reges ſeruiẽt
ei,& obedient.cap.9.24.25.
Michea 4.1. Et erit in nouiſſimo dierum,erit mõs domus Domini pręe
paratus in vertice mõtium,& ſublimis ſuper colles,& fluent
ad eum populi.4.Cap.5.1.
Zach.9.9. Exulta ſatis filia Syon , iubila filia Hieruſalem ecce rex
tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator,ipſe pauper aſcendens ſu-
per aſinum,& ſuper pullum filium aſinæ.
Matt. 6.10. Adueniat regnum tuum.Item Cap.13.*
Luc.1.28. Et ingreſſus Angelus ad eam,dixit: Aue gratia plena Do-
minus tecum,benedicta tu in mulieribus.
Cap.12. 31. Veruntamẽ quærite primum regnum Dei, & hæc omnia
adiicientur vobis,nolite timere puſillus grex, quia compla-
cuit patri veſtro dare vobis regnum. Cap.22.29.
Luc. 17. 21. Ecce regnum Dei intra vos eſt
Cap. 18. 36. Reſpondit Ieſus,regnum meum nõ eſt de hoc mundo,ſi
ex mundo eſſet,regnum meum:miniſtri mei vtiq; decerta-
rẽt,vt nõ traderer Iudæis, nunc aũt regnũ meũ non eſt hic.
1.Cor.4.20. Non in ſermone eſt regnum Dei,ſed in virtute.
1.Tim. 1. 17. Regi autem ſæculorum immortali,inuiſibili ſoli Deo ho
nor & gloria in ſæcula ſæculorum,amen.
Hebr.1.8. Tronus tuus Deus,in ſæculum ſæculi,virga ęquitatis vir
ga regni tui.Cap.2.9.

*Regnum Dei percipitur.*

Quæ



QVærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius. Matth.6.33.
A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc,regnũ 11. 12.
cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.
Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias. Con- 20. 1.
uentione autem facta cum operariis ex denario diurno,mi-
ſit eos in vineam ſuam.
Calicem quidem meum biberis ſedere autem ad dexterã Ibidem.23.
meam , vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis , ſed quibus
paratum eſt à patre meo.
Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum , & trãſtulit in Coloſ.1. 13.
regnum filij dilectionis ſuæ,in quo habemus redemptionẽ
& remiſſionem peccatorum.
Nam ſi commortui ſumus,& conuiuemus:ſi ſuſtinebimꝰ 2. Tim. 2. 11
& conregnabimus.

## *Negligitur.*

DIco autem vobis,quòd multi ab Oriente & occidente Matt. 8.12.
venient,& recumbent cum Abraham,& Iſaac , & Ia-
cob in regno cœlorum:filij autem regni eiicientur in tene-
bras exteriores.
Amen dico vobis,quia publicani & meretrices præcedẽt 21. 31.
vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitię:
& non crediſtis ei,publicani & meretrices crediderunt ei.
Simile eſt regnum cœlorum homini regi , qui fecit nu- 22. 2.
ptias filio ſuo.
Intrauit autem rex,&c. Ibidem.11.
Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, &c. 25. 1.
Homo quidã fecit cœnam magnam , & vocauit multos. Luc. 14.6.
Et miſit ſeruum ſuũ hora cœnæ dicere inuitatis vt venirẽt,
quia parata ſunt omnia.Et cœperunt ſimul omnes excuſare.
An neſcitis quia iniqui regnum Dei nõ poſſidebunt? No- 1. Cor. 6. 9.
lite errare:neque fornicarij , neque idolis ſeruientes neque
adulteri,neque molles neque maſculorum cõcubitores,ne-
que fures,neque auari,neque ebrioſi,neque maledici , neq;
rapaces,regnum Dei poſſidebunt.

## *Stabilitur.*

IN diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli Dan. 2. 44.
regnum,quod in æternum non diſſipabitur.
Et dabit illi dñs Deus ſedem Dauid patris eius,& regna Luc. 1.33.
bit in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis.

*Regnum terrenum conſilio firmatur.*

Ab

Eccleſ. 16. 5. AB vno ſenſato inhabitatur patria,& à tribus impiis deſeretur.

Dani. 2. 21. Ipſe mutat tẽpora,& ætates,trãsfert regna atq; cõſtituit.

*Peccato diſſipatur.*

Eccleſ. 10. 3. REx inſipiens perdet populum ſuum,& ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium.

Ibidem. 16. Propterea exhonorauit dn̄s cõuentus malorum, & deſtruxit eos vſque in finẽ.Sedes ducum ſuperborum deſtruit Deus & ſedere facit mites pro eis.Radices gentium ſuperbarum arefacit Deus , & plantat humiles ex ipſis gentibus.

Ibidem. 19. Terras gentium euertit Dominus,& perdit eas vſque ad fundamentum.Arefactas aufert,& diſperdit eas , & delet de terra memoriam earum.

16.8. Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti,& non pepercit peregrinationi illorũ,ſed percuſſit eos & execratus eſt eos præ ſuperbia verbi illorum.Non miſertus eſt illis gentem totã perdens,& extollentem ſe in peccatis ſuis.

Eſai. 24. 1. Ecce Dominus diſſipabit terrã,& nudabit eã.Diſſipatione diſſipabitur terra,& direptione prædabitur:q̃a trãſgreſſi ſunt reges,mutauerũt ius,diſſipauerunt fœdus ſempiternũ.

Ibidem. 6. Propter hoc maledictio vorabit terram.

Ibidem. 19. Commotione commouebitur terra,agitatione agitabitur terra ſicut ebrius,& auferetur,quaſi tabernaculum vnius noctis.Et grauabit eam iniquitas ſua,& corruet,& non adiiciet vt reſurgat.

Iere. 48. 41. Et erit cor fortium Moab in die illa ſicut cor mulieris parturientis:& ceſſabit Moab eſſe populus,quoniam contra Dominum gloriatus eſt.

50.24. Illaqueaui te,& capta es Babylon & neſciebas,inuenta es et appræhenſa,quoniam Dominum prouocaſti.

Ibid. 29. Cõſiſtite aduerſus eam per giron,et nullus euadat:reddite ei ſecundam opus ſuum:iuxta omnia quæ fecit,facite illi quia contra Dominũ erecta eſt,aduerſum ſanctum Iſrael.

Amos. 9. 8. Ecce oculi Domini ſuper regnum peccans , et conteram illud à facie terræ.

*Relinquentes omnia propter Chriſtum centuplum accipient.*

Mat. 19. 20. DIcit illi adoleſcẽs omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus. Si vis perfectus eſſe Vade,vende omnia quę habes,& da pauperibus , & habebis theſaurum in cælis , & veni ſequere me. Idem verbatim Luc. 18. 21.

Reſpondens Ieſus ait:Amen dico vobis,nemo eſt,qui relinquerit domun,aut fratres,aut ſorores,aut patrem aut matrem,aut filios,aut agros,propter me, aut propter euãgeliũ qui non accipiet centies tantũ nunc in tempore hoc:domos & fratres,& ſorores,& matres & filios,& agros cum perſecutionibus,& in ſeculo futuro vitam æternam. Mar. 10. 29.

*Reliquiæ & veſtes ſanctorum quam vim à Deo habeant,quidue per eas operetur.*

*Deus,Vt pallium Eliæ.*

ELiſeus indiuiduus Eliæ comes,iordanem aqua Eliæ pal 4. Reg. 2.
lio diuiſa,cum illo tranſit:Elia autẽ in cœlum igneo curru rapto,duplicem illius ſpiritum accipit,ac pallio Eliæ rurſum Iordanis aquas diuidit &c.14.Percuſſitque aquas (ſcilicet pallio Eliſeæ)& diuiſæ ſunt huc atque illuc(aquę) & trãſiit Eliſeus.

*Per oſſa Eliſei.*

QVidã autẽ ſepeliẽtes hominem viderunt latrunculos, 4. Reg. 13. 21.
& proiecerunt cadauer in ſepulchrũ Eliſei,quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei,reuixit homo,& ſtetit ſuper pedes ſuos.

*Fimbria Chriſti.*

ET ecce mulier quę ſanguinis fluxum patiebatur duode Mat. 9. 20.
cim annis,acceſſit retro,& tetigit fimbriam veſtimenti eius,dicebat enim intra ſe:ſi tetigero tantum veſtimentum eius,ſalua ero.

Et rogabant eũ vt vel fimbriã veſtimenti eius tangerent. Cap. 14. 36.
Et quicunque tetigerunt,ſalui facti ſunt.

*Sudaria Pauli.*

ITa vt etiã ſuper languidos deferentur à corpore eius ſu Act. 19. 12.
daria,vel ſemicincta,& recedebant ab eis lãguores, & ſpiritus nequam egrediebantur.

*Vmbra Petri.*

ITa vt in plateas eiicerent infirmos,& ponerent in lectulis Act. 5. 15.
ac grabbatis,vt veniente Petro,ſaltẽ vmbra illius obũbraret quenquam illorum,& liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis.

## *Remittendum proximo in nos peccanti.*

Eccleſ.28.8. MEmorare timorem Dei,& non iraſcaris proximo tuo.

Mat.5.23. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio,qui autẽ dixerit fratri ſuo Racha,r eus erit conſilio,qui autẽ dixerit fatue,reus erit gehennę ignis.

Cap.6.12. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris..

Cap. 18. 22. Dixit illi Ieſus(petenti quoties condemnãdum eſſet fratri ſuo in illum peccanti)non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.35.Sic & pater veſter cœleſtis faciat vobis, ſi nõ remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Luc.17.3. Attendite vobis:ſi peccauerit in te frater tuus, increpa illum,& ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi, & ſi ſepties in die peccauerit in te,& ſepties in die conuerſus fuerit ad te,dicẽs penitet me,dimitte illi.

Ephеſ.4.32. Eſtote autem inuicem benigni,miſericordes,danantes inuicem,ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

Collo.3.13. Induite vos ergo ſicut electi Dei,ſancti,& dilecti,viſcera miſericordiæ, benignitatem,humilitatẽ,modeſtiam, patientiam,ſupportantes inuicem & donãtes vobiſmetipſis,ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelam ſicut & Dominus donauit vobis,ita & vos.

## *Repudij libellus.*

Deut.24.1. SI acceperit homo vxorem & habuerit eam,& nõ inuenerit gratiam ante oculos eius,propter aliquam fœditatem, ſcribet libellũ repudij,& dabit ei in manu illius,& dimittet eam de domo ſua.

Eſaia.50.1. Hæc dicit Dominus quis eſt hic liber repudij matris veſtræ,quo dimiſi eam?aut quis eſt creditor meus, cui vẽdidi vos?Ecce in iniquitatibus veſtris vẽditi eſtis,& in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram..Iere.3.3.

Malach.2.16 Cum odio habueris(ſcilicet vxorem tuam ) dimitte dicit Dominus Deus Iſrael, operiet autem iniquitas veſtimentũ eius,dicit Dominus exercituum.

Mat.5.30. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te , erue eum,& proiice abs te,expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorum , quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Cap.19.7. Alludit ad illud Deuter.24.1. Item idem habetur. Marc.10.4.

*Reſpha concubina Saul,ad quam ingreſſus eſt Abner.* 2.Reg.3.7.*Cuſtodit corpora eorum qui in crucẽ ſublati erant.*21.10.



## *Reſurrectio mortuorum & carnis ad gloriam facta mutatio.*

EGo ſum Deus patris tui,Deus Abrahã,&Deus Iſaac& Deus Iacob,abſcondit Moyſes faciem ſuam,nõ enim audebat aſpicere contra Deum. Exod.3.6.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me,& abſcondas me donec pertranſeat furor tuus,& conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei. Iob.14.13.

Et rurſum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo Deum. Cap.19.26.

quia in diem perditionis ,ſeruatur malus,& ad diem furoris ducetur. Cap. 21.30.

Venient mortui tui,interfecti mei reſurgẽt,expergiſcimini & laudate qui habitatis in puluere,quia ros lucis ros tuus,& terram Gigantũ detrahes in ruinã. Cap . 66.14. Dan.12.12. Eſa. 26.19.

Et dixit(Dominus)ad me:Vaticinare ad ſpiritum,vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritũ,hæc dicit Dominus Deus A quatuor ventis veni ſpiritus & inſuffla ſuper interfectos iſtos,vt reuiuiſcant. Ezech. 17.9.

Et dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam.Sophon,3.8. Ionæ.2.11.

Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis , & de monumentis educam illos , quoniam cognoui nomen meum in Iſrael Cap.14.35. 4.Eſdr.2.16.

Et in vltimo ſpiritu conſtitutus(Eleazarus)ſic ait:Tu quidem ſcœleſtiſſime in præſenti vita nos perdis, ſed rex mũdi defunctos nos ꝓ ſuis legibus,in æternæ vitę reſurrectione ſuſcitabit.14.Et cum iam eſſet ad mortem ſic ait: potius eſt ab hominibus morti datos ſpẽ expectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos, tibi enim reſurrectio ad vitam non erit.23. 2.Mach.7.9.

In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionẽ,& interrogauerunt eũ dicentes.&c.31.De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis,quod dictum eſt à Deo dicente vobis. Exod.3.6. Ego ſum Deus Abrahã, & Deus Iſaac,& Deus Iacob,non eſt Deus mortuorum,ſed viuentium.Luc.20.35. Matt.22.23

Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat.28.Nolite mirari hoc, quia venit hora, Ioan.5.21.

quã omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius, & procedent.

Ca.6.39. Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me patris, vt omne quid dedit mihi non perdam ex eo, ſed reſuſcitẽ illud in nouiſſimo die. Act.24.15.

Cap.11.24. Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die.

2.Cor.15. Chriſtũ docet Apoſtolus à mortuis reſurrexiſſe, & noſtrã aſtruit hic Apoſtolus reſurrectionem ſecundum animam & corpus.

Colloſ.3.4. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. 2.Cor.4.14.

1.Theſſ.4.13. Nolumus autẽ vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent, 16. Quoniã ipſe Dñs in iuſſu tubæ & voce archangeli, & in tuba deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. 2.Tim.2.11.

Apoc.20.12. Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum.

### *Diuina potentia conſummatur.*

Eſa.26.13. VIuent mortui, interfecti mei reſurgent.

Ezech.37.12. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, populus meus, & inducam vos in terram Iſrael.

Ioan.5.28. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua oẽs qui in monumentis ſunt, audient vocẽ filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectionem iudicij.

6.39. Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.

11.25. Ego ſum reſurrectio & vita.

Rom.8.11. Quod ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.

1.Cor.15.20 Nũc Chriſtus reſurrexerit à mortuis primitiæ dormiẽtiũ quoniam quidẽ per hominẽ mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorũ. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita, & in Chriſto omnes viuificabuntur.

Scientes



Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit & conſtituet vobiſcum. 2.Cor.4.14.

Si credimus, quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, & Deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo. 1.Theſſ.4.14.

### *Pro meritorum conditione variatur.*

ET multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Dan.12.2.

Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti & qui ad iuſtitiam erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Ibid.3.

Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Rom.6.5.

Sed dicet aliquis: quomodo reſurgent mortui? quali autẽ corpore venient? Inſipiens, tu quod ſeminas nõ viuificatur, niſi prius moriatur. 1.Cor.15.35.

Stella enim differt à ſtella in claritate: Sic & reſurrectio mortuorum. Ibid.42.

Noſtra conuerſatio in cœlis eſt: vnde etiam Saluatorẽ expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Philip.3.20.

Quum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Colloſſ.3.4.

Scimus quoniam quum apparuerit, ſimiles ei erimus. 1.Ioan.3.20.

## *Reuelationes & viſiones. Vide Apparitiones.*

CVm autem eſſet Ioſue in agro vrbis Hiericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenẽtem gladium, perrexitque ad eum et ait: noſter es, an aduerſariorum? Ioſue.5.13.

Contigit autem per vniuerſam Hieroſolimorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera, equites diſcurrentes, auratas ſtolas habẽtes, & haſtas quaſi cohortes armatas etc. 2.Mach 5.2.

Sed cum vehemens pugna eſſet, apparuerunt aduerſariis de cœlo viri quinque in equis, frenis aureis decorati, ducatũ Iudæis præſtantes Cap.3.24. Cap.10.29.

Cũque pariter, prompto animo præcedens (Machabæus) Hieroſolimis, apparuit precedens eos in veſte candida, armis aureis, haſtam vibrans. Cap.11.6.

*Roboam filius Salomonis, rex Iuda conſtituitur.* 3.Reg.12.1.

 *de ſi-*

*deficit* Iſrael *à Roboam ad* Ieroboã.12.19.*præcipit ei Deus ne pugnet cõtra* Iſr.2.Pa.11.2.*appugnat à Siſac rege* Aegypti,12.29.*Moritur*,3.*Reg*.14.31.*regnat Abias filius eius pro eo*.15.1.

*Romani cum Iudæis pacis & ſocietatis fœdera ineunt*, 1.Mach.8.4.17.27.✠12.1.✠14.17.20.

R*omanorum Gentilium laus*,1.Mach.8.29.

R*omanorum* Chriſt*ianorum laus*,*Rom*.1.8.

R*omanos deſtructuros* Ieruſ*alem & templum Domini*.Nu*me*.24.24.*Eſa*.5.26.✠6.11.*Dan*.9.26.✠11.30.31.L*u*.19.41.✠21.20.*Ioan*.11.48.

R*uben primogenitus Iacob naſcitur*,Gen.29.32.*violat thorũ patris ſui*.35.22.*dãtur ob id primogenit· ei⁹ filiis Ioſeph*.49.4.1.P*a*.5.1.*nititur fratrem ſuum* Ioſ*eph liberare*,Ge.37.21.22.29.*dicit patri*,*Duos filios meos interfice*,*ſi nõ reduxero Beniamin* 42.37.*filiis* R*uben primo requies datur*,*Num*.32.* *Deut*.3.12.✠29.8.Ioſ.1.12 ✠13.23.*cæduntur* 4.*Reg*.10. 33. *transferuntur ad terram Aſſyriorum*,15.29.1.P*aral*.5.20.*ſecundum prophetiam Gen*.49.4.*ædificant altare Ioſ*.22.10.*Dimicauerunt cõtra* A*garenos*,1.P*ar*.5.19.

R*uth*.*Moabitis*.R*uth*.1.4.*accipit eam vxorem Booz*,*& parit obed*.4.13.1.P*ar*.2.12.M*atth*.1.5.

*Sabbathum*,*vide ſupra in feſto Sabathi.*

*Sacerdotes legis & eorum officia.*

*Exod*.29.44 SAnctificabo & tabernaculum teſtimonij cũ altari & Aaron cum filiis ſuis,vt ſacerdotio fungantur mihi.

*Cap*.30.7. Et adolebit incẽſum ſuper eo Aaron,ſuaue,fragrans,manè &c.

L*euit*.10.1. Arreptiſque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis impoſuerunt ignem,& incenſum deſuper,offerentes coram Domino ignem alienum,quod eis præceptum non erat.6.Locutuſque eſt Moyſes ad Aaron,& ad Eleazar,& Ithamar filius eius capita veſtra nolite nudare,&veſtimẽta nolite ſcindere,ne fortè moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio 9.Vinum & omne quod inebriari poteſt non bibetis tu & filij tui,quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij,ne moriamini quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras.

*Cap*.21.1. Loquere ad ſacerdotes(ait Dominus ad Moyſen)filios Aaron,& dices ad eos:Ne contaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum &c.6.Sancti erunt Deo ſuo , & non polluẽt nomen eius,incenſum enim Domini et panes Dei ſui offerent,& ideo ſancti erunt &c.8.Sit ergo ſanctus ( Sacerdos)



quia ego ſanctus ſum Dominus qui ſanctifico vos &c. per totum caput.

Præcipe filiis Iſrael vt offerant tibi oleum de oliuis purifſimum & lucidum ad concinnandas lucernas iugiter,extra velum teſtimonij in tabernaculo fœderis,ponet eas Aaron à veſpere vſque ad mane coram Domino,cultu rituque perpetuo in generationibus veſtris. *Cap*.24.3.

Aarõ aũt & filios eius cõſtitues ſup̃ cultũ ſacerdotij,externus qui ad miniſtrandum acceſſerit morietur.Ca.4.5.11. N*um*.3.10.

Filij autem Aaron ſacerdotis clangent tubis,eritque hoc legitimum ſempiternum in generationibus veſtris. *Cap*.10.8.

Dixit dominus ad Aarõ,tu & filij tui,& domus patris tui tecum portabitis iniquitatẽ ſanctuarij,& tu & filij tui ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotij veſtri.7.Tu autem & filij cuſtodite ſacerdotium veſtrum,& omnia quæ ad cultum altaris pertinent,& intra velum ſunt per ſacerdotes adminiſtrabuntur,ſi quis externus acceſſerit,occidetur. *Cap*.18.1.

Accedentque ſacerdotes filij Leui,quos elegerit Domin⁹ Deus tuus vt miniſtrent,& benedicant in nomine eius,& ad verbum eorum omne negotium pendet, vt quicquid mundum vel immundum eſt,iudicetur. *Deut* 21.5.

Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotẽ, vt aſcenderet ad altare meum,& adoleret mihi incẽſum & portaret Ephod coram me,& dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſrael.35.Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem,qui iuxta cor meum & animam meã faciet,& ædificabo ei domum fidelem,& ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. 1.Reg.2.28.

Aaron verò & filij eius adolebant incenſum ſuper altare holocauſti,& ſuper altare Thimiamatis,in omne opus ſancti ſanctorũ,& vt præcarentur pro Iſrael, iuxta omnia quæ præceperat Moyſes ſeruus Dei. 1.P*ara*.6.49.

Statimque ingreſſus poſt eũ(Oziam) Azarias ſacerdos & cũ eo ſacerdotes Domini octoginta Viri fortiſſimi,reſtiterunt regi atque dixerunt.Nõ eſt tui officij Ozia, vt adoleas incẽſum dño,ſed ſacerdotum,hoc eſt,filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium:egredere de ſanctuario,ne cõtempſeris,quia non reputabitur tibi in gloriã hoc,à domino Deo.Iratuſque Ozias,& tenens in manu thuribulum vt adoleret incenſum,minabatur ſacerdotibus,ſtatimque orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus 2.P*ar*.26.17.

in domo domini ſuper altare Thymiamatis, cunque reſpexiſſet eum Azarias & omnes reliqui ſacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinato expulerunt eum.

*Eſech.* 44.15 Sacerdotes autem Leuitæ filij Sadoch qui cuſtodierunt cæremonias ſanctuarij mei, cum errarent filij Iſrael à me, ipſi accedent ad me vt miniſtrent mihi, & ſtabunt in conſpectu meo vt offerãt mihi adipem & ſanguinem, ait dñs Deus ipſi ingredientur ſanctuarium meum, & ipſi accedent ad menſam meam, vt miniſtrent mihi, & cuſtodiant cæremonias meas.

*Hæb.* 5.7. Qui in diebus carnis ſuæ (ſcilicet Chriſtus) preces ſupplicationéſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.

*Cap.* 10.11. Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrãs & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccatum: hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei.

### *Sacerdotum legis debita ſuſtentatio.*

*Exod* 29.26 Svmes quoque pectuſculum de ariete quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſque illud eleuatum corã Domino, & cedet in partem tuam.

*Leuit.* 2.3. Quod autẽ reliquũ fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini. 10. Quicquid autẽ reliquum eſt, erit Aaron & filiorũ eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini Cap. 15.14.

*Cap.* 7.6. Omnis maſculus de ſacerdotali genere, in loco ſancto veſcetur his carnibus, quia ſanctum ſanctorum eſt 32. Armus quoque dexter de pacificiorum hoſtiis, cedet in primitias ſacerdotis Cap. 10.3. Cap. 24.9.

*Num.* 3.48. Dabiſque pecuniam Aaron & filiis eius prætium eorum qui ſupra ſunt.

*Cap.* 5.9. Omnes quoque primitiæ quas offerent filij Iſrael, ad ſacerdotem pertinent, 10. Et quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit.

*Cap.* 18.1. Non habebunt ſacerdotes & Leuitæ omnes qui de eadẽ tribu ſunt partem & hæreditatem cum reliquo Iſrael, quia ſacrificia Domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum, Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis. 8. Pecuniam verò pro delicto & pecuniam pro peccatis nõ inferebant in templum Domini, quia ſacerdotum eſt. 4. *Reg.* 12.16.

Præcepit etiam (Ezechias) populo habitantium Hieruſalẽ vt darent partes ſacerdotibus & Leuitis vt poſſent vacare legi Domini. 2. *Para.* 31.4.

Et primitiua filiorum noſtrorum & pecorum noſtrorum ſicut ſcriptum eſt in lege, & primitiua boum noſtrorum, & ouium noſtrarum, vt offerretur in domo Dei noſtri, ſacerdotibus qui miniſtrant in domo Dei noſtri. 2. *Eſd.* 10.36.

Et addidit (Deus) Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatẽ & primitias frugum terræ diuiſit illi. Panem ipſis in primis parauit in ſacietatem, nam & ſacrificia Domini edent, quæ dedit illi & ſemini eius. *Eccleſ.* 45.24

### *Sacerdotum legis indumenta, ornamenta & ordinatio.*

Deſcribuntur pontificalia indumenta Aaronis & filiorum eius. *Exod.* 28. ✠

Sed & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, panéſque azymos, & cruſtulam abſque fermento, quæ conſperſa ſit oleo, &c. 7. Et oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur. Cap. 39.1. *Cap.* 29.1.

Applicabiſq; Aaron & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua indues ſanctis, veſtib. vt miniſtrent mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium æternum proficiat. *Cap.* 40. 12.

Locutuſque eſt Dominus ad Moyſem dicens: Tolle Aaron cum filiis eius, veſtes eorum, & vnctionis oleum. 7. Veſtiuit pontificem ſubucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & deſuper humerale impoſuit, quod aſtringens cingulo, aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas. Vide Decimæ. *Leuit.* 8.1.

### *Sacerdotibus dabantur Decimæ.*

Omnes quoque primitiæ quas offerunt filij Iſrael, ad ſacerdotẽ pertinent, & quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit. *Num.* 5.9.

Locutuſque eſt Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi cuſtodiã primitiarum mearum, omnia quæ ſanctificantur à filiis Iſrael, tradidi tibi & filiis tuis ꝓ officio ſacerdotali legitima ſẽpiterna. 11. Primitias aũt quas vouerunt & obtulerint filij *Cap.* 18.8.

filij Iſrael,tibi dedi & filiis tuis,ac filiabus tuis, iure perpetuo,qui mundus eſt in domo tua,veſcetur eis.*

Deut.18.3. Hoc erit iudicium ſacerdotum à populo & ab his qui offerunt victimas,ſiue bouem,ſiue ouem immolauerint,dabūt ſacerdoti armum ac ventriculum.

*Vt liberi a ſolicitudine comparandi victum, poſſent vacare legi Dei.*

2.Para.31.4. PRæcepit(Ezechias)& populo habitantium Hieruſalem, vt darent partes ſacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare legi Dei.Vide decimæ

*Sacerdos bonus,Deum piè honorat.*

Exod.19.22. SAcerdos qui accedunt ad dominum,ſanctificentur, nè percutiam eos.

28.38. Portabit Aaron iniquitates eorum,quæ obtulerūt & ſanctificauerunt filij Iſrael, in cunctis muneribus & donariis ſuis.

30.18. Facies & labium æneum cum baſi ſua ad lauandum: Et miſſa aqua lauabunt in eo Aaron & filij eius manus ſuas & pedes,quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij.

Leuit.9.7. Accede ad altare,& immola pro peccato tuo.Offer holocauſtum(ait Moſes Aaroni)& deprecare pro te & pro populo.

103. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi.

21.6. Sancti erunt Deo ſuo,& non polluent nomen eius.Incenſum enim Domini,& panes Dei ſui offerent,& ideo ſancti erunt.

22.3. Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſrael Domino in quo eſt immunditia,peribit coram Domino.

1.Reg.2.35. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelē,qui iuxta cor meum & animam meam faciet.

Mala.2.3. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem,& timuit me,& à facie nominis mei pauebat.

Hebr.5.1. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominib. conſtituitur,in his quæ ſunt ad Deum,vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.

*Honeſte ſe gerit in victu.*

Leuit.10. 8. VInum & omne quod inebriare poteſt,non bibetis tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini.

Oportet



Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem,non ſuperbum non iracundum, non vinolentum. Tit.2.7.

*Geſtu.*

SAcerdotes tui induantur iuſtitia. Pſalm.131.9.

Mandamini,qui fertis vaſa domini. Eſa. 52. 11.

Et viduam,& repudiatam,non accipient vxores:ſed virgines de ſemine domus Iſrael. Ezec.44.22.

Teipſum caſtum cuſtodi. 2.Tit.5.22.

Iuuenilia deſideria fuge,ſectare verè iuſtitiā,fidem,ſpem & charitatem, & pacem cum his qui inuocant Dominum de corde puro. 2.Tit.2.22.

*Proximum ædificat verbo.*

ET nunc fratres,quoniam vos eſtis presbyteri in populo Dei,& ex vobis pendet anima illorum,ad eloquium veſtrum corda illorum erigite. Iudith.8.21.

Et populum meū docebunt quid ſit inter ſanctum & pollutum,mundum & immundum oſtendent eis:Et quum fuerit controuerſia,& ſtabunt in iudiciis meis, & iudicabunt. Ezech.44.23

Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirēt ex ore eius,quia angelus Domini exercituum eſt. Mala.2.7.

Parati ſemper ad ſatisfactionē omni poſcenti vos rationem de ea,quæ in vobis eſt,ſpe,& fide,ſed cum modeſtia & timore,conſcientiā habentes bonam, vt in eo ꝙ detrahunt de vobis,confundantur qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem. 1.Pet.3.15.

*Exemplo.*

SIc nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. 1.Cor.4.1.

Nemini dantes vllam offenſionem,vt nō vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros,in multa patientia. 2. Cor. 6.3.

Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fidelium. 1.Tit.4.11.

In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operū. Tit. 2. 7.

*Sacerdos bonus ad officium vocatur.*

Sic Aaron à Deo fuit vocatus, & per Moyſen conſecratus.

APplica ad te Aaronem fratrem tuum cū filiis ſuis de medio filiorum Iſrael,vt ſacerdotio fungantur mihi. Exod. 28.1.

Aaronem

Cap.30.30. Aaronem & filios eius vnges, ſanctificabiſq; eos, vt ſacer-
dotio fungantur mihi.
40.13. Applicabis Aaronẽ & filios eius ad fores tabernaculi teſti-
monij, & lotos aqua, indues ſanctis veſtibus, vt mihi mini-
ſtrẽt, & vnctio eorũ in ſacerdotium ſempiternum proficiat.
Leuit.8.11. Quum ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit
illud, & omnia vaſa eius, labrumque cum baſi ſua ſanctifica-
uit oleo. Quod fundens ſuper caput Aaronis, vnxit eum, &
conſecrauit.
Ibidem.23. Quem cum immolaſſet Moyſes, ſumẽs de ſanguine eius
(arietis immolati) tetigit extremũ auriculę dextræ Aaronis
& pollicem manus eius dextræ, ſimiliter & pedis.
Ibidem.33. De oſtio tabernaculi non exibitis ſeptem diebus: Septem
enim diebus finitur conſecratio.
21.17. Homo de ſemine tuo, per familias (ſuas) q̃ habuerit ma-
culam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſte-
rium eius, ſi cæcus fuerit, aut claudus, aut gibboſus, aut vi-
tiato oculo. Ego Dominus, qui ſanctifico eos.
1.Mac.4.42. Elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in le-
ge Dei, & mundauerunt templum, & tulerunt lapides con-
taminationis in locum immundum.
Tit.1.5. Huius rei gratia reliqui te Cretę, vt ea q̃ deſunt corrigas,
& cõſtituas ꝑ ciuitates pſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.
Heb.5.4. Nec quiſquam ſibi ſumit honorẽ, ſed qui vocatur à Deo.
Act.14.23. Quum cõſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias presbyte-
ros, commendauerunt eos Domino.

## *A bonis honoratur.*

Gen.47.20. Emit Ioſeph omnem terram Ægypti, vẽdentibus ſingu-
lis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecitq;
eam Pharaoni, & cunctos populos eius, præter terram ſacer-
dotum, quæ à rege tradita fuerat eis, quibus & ſtatuta ciba-
ria ex horreis publicis præbebantur.
Deut.17.12. Qui ſperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, mo-
rietur.
Eccleſ.4.7. Presbytero humilia animam tuam.
7.31. In tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſancti-
fica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros
eius ne derelinquas.
Ibidem.33. Honorifica ſacerdotes? Da illis partem, ſicut mandatum
eſt tibi: Primitiarum & purgationis.
1.Tim.5.17. Qui bñ præſunt presbyteri, duplici honore digni habẽt.
A Deo



## *A Deo remuneratur.*

Omnes primitiæ quas offerunt filij Iſrael, ad ſacerdotẽ Num.5.9.
pertinent: & quicquid in ſanctuarium offeretur à ſin-
gulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit.
Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum. Omnia 18.8.
quæ ſanctificantur à filiis Iſrael, tibi tradidi & filiis tuis, pro
officio ſacerdotali, legitima ſempiterna.
In terra eorũ nihil poſſidebitis, nec habebitis partes inter Ibidem.20.
eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael.
Quamobrem nõ habuit Leui partem neq; poſſeſſionem Deut.10.9.
cum fratribus ſuis, quia ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt.
Cęterũ inter gẽtes nõ hęreditabit. Ipſe enim eſt pars eius. Eccleſ.41.27
Nõ erit eis hæreditas: ego hęreditas eorum. Victimam & Ezec.44.28.
pro peccato & pro delicto ipſi comedent, & omne votum
Iſrael ipſorum erit. Et primitiua omnium primogenitorum,
& omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, ſacerdo-
tum erunt.
Si in viis meis ambulaueris, & cuſtodiam meã cuſtodie- Zach.3.7.
ris, tu quoque iudicabis domũ meã, & cuſtodies atria mea.

## *Sacerdos malus ambitioſè ſe ingerit*

Arreptis Nadab & Abiu filij Aaronis thuribulis ſuis, im- Leuit.10.1.
poſuerunt ignem, & incenſum deſuper offerentes corã
Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat.
Egreſſuſque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui 17.3.
ſunt coram Domino.
Homo quilibet de domo Iſrael ſi occiderit bouẽ aut ouẽ Num.16.31.
ſiue caprã in caſtris, vel extra caſtra, & nõ obtulerit ad oſtiũ
tabernaculi oblationem Domino, ſanguinis reus erit: Ideo
ſacerdoti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas.
Core ambitioſus cum ſuis interiit. Idem.17.
Refert virgã Aaronis in tabernaculum teſtimonij, vt ſer- 18.7.
uetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcãt
querelæ eorum à me, ne moriantur.
Si quis externus acceſſerit, occidetur. 3.Reg.13.2.
Hieroboam thus ſuper altare ſuum iaciens, per prophetã 2.Par.26.19
à Deo miſſum increpatus eſt.
Ozias Rex lepra percuſſus fuit, eo quòd officium ſibi
vſurpare voluit ſacerdotis. Eccle.45.22.
Quia contra illum ſteterunt alieni. Vidit Dominus Deus
& non placuit illi, & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ.
Sacerdotes

Ierem. 2. 8. Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus? & tenẽtes legem, neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me.

*Proximum ſcandaloſè inficit.*

Ezech. 22. 26. SAcerdotes eius cõtẽpſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea. Inter ſanctũ & prophanũ nõ habuerũt diſtantiã, & inter pollutum & mundum non intellexerunt.

*Semetipſum opprobrioſum reddit.*

Baruch. 6. 9. COronas aureas habent ſuper capita ſua dij illorũ: vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurũ & argentum, & erogant illud in ſemetipſis. Dant autem & ex ipſo proſtitutas, & meretrices ornant, & iterum quum receperint illud à meretricibus, ornant Deos ſuos.

Oſeæ. 6. Quia tu ſcientiã repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.

5. 1. Audite hæc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis auſcultate iudicium: quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſubter Thabor, & victimas declinaſtis in profundum.

Ioel. 1. 13. Accingite vos & plangite ſacerdotes, vlulate miniſtri altaris. Ingredimini, cubate in ſacro miniſtri Dei mei, quoniã interiit de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio.

Mich. 3. 11. Sacerdotes eius in mercede docebant.

Soph. 3. 4. Sacerdotes eius polluerunt ſanctum, iniuſtè egerunt contra legem.

Malach. 1. 6. Ad vos, ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, in quo deſpeximus? Offertis ſuper altare meum panem pollutum.

Ibidem. 10. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.

2. 8. Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege, irritum feciſtis pactum Leui. Propter quod & ego dedi vos contẽptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.

*Sacerdotum cupiditas.*

Exod. 25. 2. TOllant mihi primitias ab omni homine, qui offert vltroneus (non coactus) accipietis eas.

35. 5. Omnis volũtarius & prono animo offerat eas domino.

Num. 18. 24. Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione cõtenti, quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui.

Deut. 16. 10. Oblationem ſpontaneam, manus tua offeret.

18. 1. Sacrificia Dñi & oblationes eius comedẽt, & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum.



Quare ſarta tecta templi nõ inſtauratis? nolite ergo accipere pecuniam amplius, iuxta ordinem veſtrum. 4. Reg. 12. 7.

Ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta. Ierem. 7. 11.

Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. Oſeæ. 4. 8.

Vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui. Amos 2. 8.

Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Hæbr. 5. 1.

Fortitudinẽ gentiũ, comedetis, & in gloria eorũ ſupbietis. Eſa. 61. 6.

Eduxit vnum de leuiculis ſuis, & factus eſt leo, & didicit prædam capere, hominemque comedere. Ezech. 19. 3.

Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prædã ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & auare ſectando lucra. Ezech 22. 27.

Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ ſunt aræ in delictum. Oſeæ. 8. 11.

Væ qui opulẽti eſtis in Sion, & cõfiditis in mõte Samariæ. Amos. 6. 1.

Quis eſt in vobis qui claudat oſtia, & incendat altare meũ gratuito. Malac. 1. 10.

Eiiciebat omnes vendentes, & ementes de templo. Matt. 21. 12.

Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos: nõ enim debẽt filij theſaurizare parentibus, ſed patres filiis. 2. Cor. 12. 14.

Omne quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Philip. 2. 21.

Non quæro datum, ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra. 4. 17.

Nocte ac die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangelium Dei. 2. Theſſ. 3. 8

Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilẽ non cupidum. 1. Tim. 3. 2.

Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: non turpis lucri cupidum. Tit. 1. 7.

Scio quod intrabunt poſt diſceſſionem meam, lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Act. 20. 29

Argentum & aurum & veſtem nullius concupiui: Sicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erãt, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Ibidem. 33.

Paſcite, qui in vobis eſt gregem Dei, prouidẽtes, nõ coactè ſed ſpontaneè, ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntaria. 1. Pet. 5. 2.

*Sacerdotes mali & eorum punitio.*

Core

Num. 16. ✠ Core, Dathan, & Abirō ſeditionē mouet, hoſq; viuos terra abſorbet, illũ verò cum ſociis deuorat ignis, ſed & alios 14700. murmurantes conſumpſit incendium.

1. Reg. 2. ✠ Ob peccatũ filiorũ Heli, & nimiā patris indulgentiā, filiis & domui eius cōminatio, ac mors filiorum prædicitur. 22. Heli autē erat ſenex valde, & audiebat omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi.

Cap. 3. 13. Prædixi enim ei (Heli ait dominus) qđ iudicaturus eſſem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eo quod nouerat indigne agere filios, & non corripuerit eos.

3. Reg. 2. 26. Abiathar quoq; ſacerdoti dixit rex: (Salomon) Vade in Anathoth ad agrum tuum, & quidē vir mortis es, ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini coram Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus.

Eſaia. 3. 11. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.

Hierem. 2. Grauiter expoſtulat dñs cũ filiis Iſrael & Iuda, ac potiſſimum cum paſtoribus ac Prophetis, quod nō reſpicietes, accepta à Deo varia beneficia, adorauerint idola, à quib. nihil boni expectare poterant propterea deuaſtandos prædicit.

Cap. 8. 7. Miluus in cœlo cognouit tempus ſuum, turtur & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini.

Oſee. 4. 6. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiā: quia tu ſcientiā repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio (Iſrael) fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorũ & ego. 9. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos, & viſitabo ſuper eum vias eius & cogitationes eius reddam ei.

Malach. 1. Propheta conqueritur Dominũ ab Iſrael non honorari neque timeri, quodque ſacerdotes deſpiciant nomen Domini, quorum reiicit ſacrificia, gratam habens oblationem quæ in omni loco ei munda offertur.

Cap. 2. 1. O Sacerdotes ſi nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dñs exercituũ, mittā in vos egeſtatē & maledicam benedictionibus veſtris & maledicam illis, quoniam non poſuiſtis ſuper cor. 8. Vos autem, receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege, irritum feciſtis pactum, Leui dicit Dominus.

1. Mac. 7. 5. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui, & venerunt ad eum viri impij & iniqui, Rex Iſrael & Alchimus dux eorum qui volebat fieri ſacerdos. 9. Et alchimum impium conſtituit in ſacerdotem, & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael. 21. Et ſatis agebat Alchimus pro principatu ſacerdotij ſui.

*Sacerdotum multitudo in veteri lege. 1. Paral. 23. 3. Vbi numerantur. 38000. 1. Mal. 7. 5.*



## *Sacerdotium ſpirituale.*

SI audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi peculiũ de cunctis populis. Mea eſt enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. *Exod. 19. 5.*

Vos ſacerdotes Domini vocabimini: miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis. *Eſa. 61. 6.*

Vos autē genus electum, regale ſacerdotiũ gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. *1. Pet. 2. 9.*

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnũ & ſacerdotes Deo & patri ſuo. *Apoc. 1 6.*

Feciſti nos Deo noſtro regnũ & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. *5. 10.*

## *Vide Sacrificium Noui Teſta.*

*Saducæi negant mortuorum reſurrectionem. Mat. 22. 23. Act. 4. 1.* ✠ *23. 8.*

*Salmanaſar rex Aſſiriorum egreditur primo contra Samariam, & transfert Iſrael cum Ozee rege in Aſſirios.* 4. Reg. 17. 6. *Secundo capit Samariam. 18. 9.*

*Salomonis filij Dauidis natiuitas promittitur.* 2. Reg. 7. 12. *Naſcitur.* 2. Reg 5. 14. ✠ 12. 24. *vngitur in regem ſuper Iſrael.* 3. Reg. 1. 33. *Dñs apparuit ei per ſomnũ nocte in Gabaon, à quo ſapientiam poſtulat.* 3. 5 9. 2 Par. 1. 7. *dirimit litem meretricum.* 3 Reg. 3. 16. 24. *de eius ſapientia, magnitudine diuitiarum poteſtate & miniſtris.* 2. Par 9. 3. *init fœdus cũ Hirā rege Tyri.* 3. Reg. 5. 12. *poſtquā ædificauit templum, dedit Hiram viginti oppida.* 9. 11. *venit ad eum regina Saba.* 10. 1. Mat. 12. 42. Luc. 11. 31. *ædificauit in phanũ chamos idolo Moab in monte.* 3. Reg. 11. 7. *Chananæos facit ſibi tributarios.* 1. Par. 8. 7. *vngitur ſecundo in regem.* 2. Par. 29. 22. *moritur.* 3. Reg. 11. 43 *ſuccedit ei filius Roboam.* 14. 21.

*Salus. vide Beatitudo*

*Samaria, quæ poſtea metropolis fuit decem tribuũ Iſrael, extruitur,*

*truitur.*3.Reg.16.17. *obſidetur à Syriis*.4. Reg.6.24. *obſidetur ab Aſſyriis vſque in tertium annū:capitur,& abducitur* popu lus.4Reg.17.5:*contra* Samariam *prophetatur*. *Eſa*.7.30.✠ 9.7. *Ezech*.23.* *Hoſe*.8*.✠13*. *Amos*.3.12. *Mich*.1.5.

*Samaria nolebat recipere verbum Dei*.Luc.9.52.*recepit verbum Dei*. *Actor*.8.5.

*Samaritanus miſeretur vulnerati*.Lucæ.10.33.

*Samaritana loquitur cum* Chriſto *apud puteum*. Ioan.4.7.

*Sāpſon naſcitur*.Iudic.13.24.*iuxta promiſsionem angeli*.13.3 *vxorē accipit in* Thamnata.*& dilacerat leonem*.14.1.5.10.*nocet* Philiſtæis,*eiſque vim infert*.15.4.8.*moritur*.16.29.30.

*Samuel*,1.Reg.1.20.*adducitur ad domū Domini in Silo*.1.24. *vocatur à Domino*.3.4.10.*cōgregat vniuerſum Iſrael im Maſphat,& clamat ad Dominū pro Iſrael*.7.5.9.*poſuit filios ſuos Iudices Iſrael*.8.1.*probat ſe innocētē*.12.3.*interficit* Agag.15.33.*Dauid regē vngit*.16.13.*moritur*.25.1.*prophetat Sauli poſt mortē* 28.1.5.16.*Eccleſ*.46.23 *laudatur*.*Eccleſ*.46.16.

*Sanaballat perfectus Samariæ conatur impedire templi ædificationem*.2.*Eſd*.2.10.

## *Sacerdos,non lex aut ſcriptura ſola,eſt iudex quæſtionum exorientium.*

*Deut*. 17. 9. SI difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſperxeris inter ſanguinē & ſanguinē,cauſam & cauſam,lepram & nonleprā,& iudiciū inter portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum quē elegerit Dn̄s Deus tuus, veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis & ad iudicē qui ſeruit illo tēpore,quæreſque ab eis qui iudicabunt tibi iudicij veritatē,12. Qui autē ſuperbierit nolēs obedire ſacerdotis imperio qui eo tēpore miniſtrat dn̄o Deo tuo,ex decreto iudicij morietur homo ille,& auferes malū de iſrael,cūctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

*Malach*.2.7. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam,& legem requirent ex ore eius,quia angelus Domini exercituum eſt.

## *Salus ſpiritualis quomodo acquiratur.*

*Pſal*.29.3 DOmine *D*eus clamaui ad te,& ſanaſti me.

40.5. Sana animam meam,quia peccaui tibi.

146.3. Qui ſanat contritos corde.

*Eſa*.25.9. Ecce *D*eus noſter iſte,expectabimus eū, & ſaluabit nos.

45.17. Iſrael ſaluatus eſt in *D*omino ſalute æterna.

*Ibid*.21. *D*eus iuſtus & ſaluans non eſt præter me.

Sana



Sana me Domine & ſanabor:ſaluum me fac & ſaluus ero quoniam laus mea tu es. *Iere* 17.14.

Et ſaluabo eos in Domino Deo ſuo. *Oſeæ*.1.7.

Qui voluerit animam ſuā ſaluam facere, perdet eā. Qui autē perdiderit animam ſuam propter me,inueniet eam. *Matt*.16.25.

### *Ad quid requiritur.*

SAlus animæ in ſanctitate iuſtitiæ,melior eſt omni auro. *Eccleſ*.30.15.

Qui inuenit animam ſuam perdet eam. *Mat*.10.39.

Qui enim voluerit animā,&c. Quid enim pficit homini ſi lucretur totum mundum,ſe autem ipſum perdat? *Luc*.9.24.

Qui amat animam ſuam perdet eam, & qui odit animam ſuam,in vitam æternam cuſtodit eam. *Ioan*.12.25.

## *Salus corporalis mirabiliter commendatur.*

ET melior eſt corpus validum quā cenſus immenſus Nullæ diuitiæ meliores ſunt ſanitate corporis. *Eccleſ*.30.15.

### *Salubriter conſeruatur.*

INſuper & omnes languores,& plagas quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius,inducet Dominus ſuper te,donec te conterat. *Deut*.28.61.

Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis. Triſtitiam lōgè expelle à te,Multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa.Zelus & iracundia minuent dies,& ante tempus ſenectam adducet cogitatus. *Eccleſ*.30.23

In omnibus operibus tuis eſto velox,& oīs infirmitas nō (occurret tibi. 31.27.

Ecce ſanus factus es,iam noli peccare. *Ioan*.5.14.

## *Sanctus eſt* Deus.

ET clamabat alter(cherubin)ad alterum & dicebat,Sanctus,Sanctus dominus Deus exercituum,plena eſt omnis terra gloria eius. *Eſai*.6.3.

Et quatuor animalia requiem non habebant die ac nocte dicentia Sanctus,Sanctus,Sanctus,Dominus Deus omnipotens,qui erat & qui eſt,& qui venturus eſt. *Apoc*.4.8.

## *Sancti & mundi eſſe debemus.*

EGo enim ſum Dominus Deus veſter,ſancti eſtote , quia ego ſanctus ſum. *Leui*.11.44.

Ait Dominus ad moyſem:loquere ad omnem cœtum filiorum Iſrael,& dices ad eos, ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. *Cap*.19.2.

Sanctificamini & ſancti eſtote , quia ego ſum Dominus Deus veſter. 26. Eritis mihi ſancti , quia ſanctus ſum ego *Cap*.20.7.

 Dominus

Dominus & ſeparaui vos à cæteris populis, vt eſſetis mei.

*Cap*.21.6. Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomẽ eius, incenſum enim Dñi & panes Dei ſui offerẽt, & ideo ſancti erũt.

*Deut*.26.18. En elegit te Dñs hodiè vt ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius, & faciet te excelſiorẽ cunctis gentibus, quas creauit in laudẽ, & nomen & gloriã ſuam, vt ſis populus ſanctus Domini Dei tui ſicut locutus eſt.

*Epheſ*. 5.26. Viri diligite vxores ſicut Chriſtus eccleſiam ſuam, qui ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ cum verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi ſed vt ſit ſancta & immaculata.

1.*Theſſ*.4.3. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione.

1.*Pet*.1.16. Et ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis, quoniã ſcriptũ eſt ſancti eritis quoniam ego ſanctus ſum.

*Apoc*.22.11 Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus, ſanctificetur (adhuc.

*Sanctitas à Deo datur.*

*Leuit*.22.32. NE polluatis nomen meum ſanctum. Ego Dominus qui ſanctifico vos.

1.*Theſſ*.5.23. Ipſe Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

*Heb*.10.10. In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel.

13.12. Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinẽ populum, extra portam paſſus eſt.

1.*Ioan*.3.3. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

*Studioſè in bono ordinatur.*

*Exod*.19.10. VAde ad populũ & ſanctifica illos hodie & cras, lauentq; veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium.

*Ibid*.14. Deſcendit Moyſes de monte ad populum, & ſanctificauit eũ. Quumq; lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos: eſtote parati in diem tertium, & ne approximetis vxoribus veſtris.

*Eccleſ*.27.12 Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut ſol.

*Ioan*.17.17. Sanctifica eos in veritate: Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

1 *Pet*.1.13. Propter quod ſuccincti lumbos mentis ſperate in eã, quæ offertur vobis grãtiam.

*Fructuoſè in nobis conſeruatur.*

ſancti



Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. *Leuit*. 11.45.

Sancti eſtote, quia ſanctus ego ſum Dñs Deus veſter. 19.2.

Sanctificamini & eſtote ſancti. 20.7.

Eritis mihi ſancti: quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparaui vos à cæteris populis, vt eſſetis ſancti. *Ibid*.26.

En Dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris. *Deut*. 26.18.

Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. 1.*Theſſ*.4.3.

Sanctus, ſanctificetur adhuc. *Apoc*.22.11

*Sanctum Domini.*

SEptimus dies erit vobis ſanctus, Sabbathum & requies Domini, qui fecerit opus in eo, occidetur. *Exo*.36.2.

Declaratur quando & quomodo ſacerdos ingredi debet ſanctuariũ, ipſumq; expiare vna cum tabernaculo, & altari. *Leuit*.16. ☩

Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. *Pſal*.113.2.

Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. Luc.1.21. *Mat*.7.6.

*Sanguinis conſperſio.*

TUlit itaque Moyſes dimidiã partem ſanguinis, & miſit in crateras, partẽ autẽ reſiduam fudit ſuper altare. *Exod*. 24.6.

Cum immolaueris ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dextrę Aaron & filiorum eius, & ſuper põlices manus eorum, ac pedis dextri, fundeſque ſanguinẽ ſuper altare p circuitum. Leuit.1.11. Idem habetur. Item cap.3.2. & 8. & 13. Idem verbatim. *Cap*. 29. 20.

Cumq; intinxerit digitũ in ſanguine, aſperget eũ ſepties corã dño, contra velũ ſanctuarij. 16. Inferet ſacerdos qui vnctus eſt de ſanguine eius in tabernaculũ teſtimonij. *Cap*.4.6.

Vbi immolabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto, ſanguis eius per gyrum altaris fundetur. *Cap*.7.2.

Tollet quoque de ſanguine vituli & aſperget digito ſepties contra propiciatorium ad orientẽ. Cap.8.19. Cap.9.18. *Cap*.16.14.

Fundetque ſacerdos ſanguinem ſuper altare Domini, ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & adolebit adipem in odorẽ ſuauitatis Domini. *Cap*.17.6.

Steteruntque in ordine ſuo iuxta diſpoſitionem & legem Moyſi hominis Dei, ſacerdotes vero ſuſcipiebãt effundendũ ſanguinem de manibus Leuitarum. 2.*Para*.30.16

Et aſſumens de ſanguine eius, pones ſuper quatuor cornua eius, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronam in circuitu, & mundabis illud & expiabis. *Ezec*. 43. 20

Si enim ſanguis hircorum & taurorum & cinis vituli *Heb*.9.13.



aſperſus

aſperſus inquinatos ſanctificat ad emũdationem carnis,&c.
19.Lecti enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo,accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyſopo,ipſum quoque librum & omnẽ populum aſperſit,dicens:Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus.

*Sanguinis Chriſti conſperſio.*

*Hæb.9.14.* SI enim ſanguis hircorum & taurorum,& cinis vituli aſperſus,inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis quanto magis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo,emundauit conſcientiã noſtram ab operibus mortis ad ſeruiendum Deo viuẽti.

*Cap.10.19.* Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti.

*12.24.* Et teſtamenti noui mediatorem Ieſum(ſcilicet acceſſiſtis) & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel.

*1.Pet.1.2.* Secundum præſcientiam Dei patris in ſanctificationem ſpiritus,& obedientiam & aſperſionẽ ſanguinis Ieſu Chriſti.

*Sanguinis eſus prohibitus.*

*Gen.9.4.* EXcepto quod carnem cum ſanguine non comedetis.
*Leuit.3.17.* Nec ſanguinem,nec adipem,omnino comedetis.
*Cap.7.26.* Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibum,tam de auibus quam de pecoribus.

*Cap.17.10.* Homo quilibet de domo Iſrael,& de aduenis qui peregrinantur inter vos,ſi comederit ſanguinem,obfirmabo faciem meam contra animam illius,& diſperdam eum de populo ſuo.14.Anima enim omnis carnis in ſanguine eſt:vnde dixi filiis Iſrael:Sanguinem vniuerſæ carnis non comedetis quia anima carnis in ſanguine eſt,& quicunque comederit illum,interibit.

*Deut.12.23.* Hoc ſolum caue,ne ſanguinem comedas, ſanguis enim eorum pro anima eſt,& idcirco non debes animam comedere cum carnibus.Deut.12.16.Leuit.Cap.19.26.

*Cap.15.23.* Hoc ſolum obſeruabis, vt ſanguinem eorum non comedas,ſed effundes in terram quaſi aquam.

*1.Reg.14.33.* Nunciauerunt autem Sauli dicentes,quod populus peccaſſet Domino,comedens cum ſanguine,qui ait:præuaricati eſtis,voluite ad me nunc ſaxũ grande.Et dixit Saul,diſpergemini in vulgus,& dicite eis vt adducat ad me vnuſquiſq; bouem ſuum,& arietem,& occidite ſuper iſtud,& veſcimini,& non peccabitis Domino, comedentes cum ſanguine.
De his autem qui credide runt ex gentibus nos ſcripſim⁹, iudicantes vt abſtineant ſe ab idolis,immolato & ſanguine, & ſuffocato,& fornicatione. *Act.21.25.*



*Sanguinis innocentis effuſio,clamat vindictã corã Deo.*

DIxitque(Dominus ad Cain)Quid feciſti?vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Gen.4.10.*

Iã non ſilebo de impietatibus eorum qui irreligioſè agunt,nec ſuſtinebo in his,quæ iniquè exercẽt:ecce ſanguis innoxius & iuſtus clamat ad me,& animæ iuſtorum clamãt perſeueranter.Apoc.5.9. *4.Eſd.15.8.*

*Sanguinis innocentis effuſio,*

SI quis autẽ odio habens proximum ſuum inſidiatus fuerit vitæ eius,ſurgẽnſque percuſſerit illum & mortuus fuerit,fugeritque ad vnam de prædictis vrbibus,mittent ſeniores ciuitatis illius,& recipiẽt illum de loco effugij, tradẽtq; in manum proximi,cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur. *Leuit.19.11.*

Maledictus qui clam percuſſerit proximum ſuum, & dicet omnis populus,Amen. *Cap.27.24.*

Dixit itaque Ioab ad Amaſam.Salue mi frater,& tenuit manu dextera mentum Amaſæ,quaſi oſculans eum: porro Amaſa non obſeruabat gladium quem habebat Ioab, qui percuſſit eum in latere. *2.Reg.20.10*

At illi(ſcilicet viri diabolici)dixerunt contra eum (Naboth ob negatam regi Achab vineam)teſtimonium coram multitudine,benedixit Naboth Deum & regem,quamobrẽ eduxerunt eum extra ciuitatem,& lapidibus interfecerunt. Scilicet iuſſu Ieſabel accuſatus lapidatur. *3.Reg.21.13.*

Inſuper & ſanguinem innoxium quem effudit Manaſſes multum nimis donec impleret Hieruſalem vſque ad os.Idẽ Cap.24.4.verbatim. *4.Reg.21.16.*

Manus effundentes innoxium ſanguinem,odit Deus.

Hominem qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi vſque ad lacum fugerit,nemo ſuſtinet. *Prou.6.17.* *Cap.28.17.*

Et reuelabit terra ſanguinem ſuum, & non operiet vltra interfectos ſuos,Dominus egredietur de loco ſuo, vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum. *Eſaie.26.21.*

Aduenæ,& pupillo,& viduæ , non feceritis calumniam, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc(tẽplo.) Idem repetitur.Cap.22.3. *Ierem.7.6.*

In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt deliquiſti, & in idolis

lis tuis quæ feciſti pollutus es,& appropinquare feciſti dies tuos,& adduxiſti tempus annorum tuorum,propterea dedi te opprobrium gentibus, & irriſionem vniuerſis gentibus.

4.Eſd.1.32. Ego miſi pueros meos prophetas ad vos,quos acceptos, interfeciſtis,& laniaſtis, corpora eorum,quorum ſanguinem exquiram dicit Dominus,

Matth.23.34 Ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris,& perſequimini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ,quem occidiſtis inter templum & altare.Idem habetur verbatim.Luc.11.50.

Apoc.18.24. Et in ea(Babylone)ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt,& omnium qui interfecti ſunt in terra.

*Sanguinis fluxus ſiſtitur.* Mat.9.20.

*Sanguine Chriſti empti ſumus.*

1.Cor.6.20. EMpti enim eſtis pretio magno , glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

Cap.7.23. Pretio empti eſtis,nolite fieri ſerui hominum.

Act.20.28. Attendite vobis & vniuerſo gregi veſtro,in quo vos poſuit ſpiritusſanctus Epiſcopos,regere eccleſiam Dei,quam acquiſiuit ſanguine ſuo.1 Pet.1.18.

Apoc.5.9. Dignus es Domine accipere librum & aperire ſignacula eius,quoniam occiſus es,& redemiſti eos in ſanguine tuo, ex omni tribu,& lingua,& populo,& natione.

*Sapientiæ diuinæ origo,proprietas,laus & vtilitas.*

Deut.4.6. HÆc eſt enim veſtra ſapiētia & intellectus coram populis,vt audientes vniuerſi præcepta hæc,dicant: en populus ſapiens & intelligens magna.

Cap.29.9. Cuſtodite ergo verba pacti huius & implete ea,vt intelligatis vniuerſa quæ facitis.

Iob.28.20. Vnde ergo ſapientia venit,& quis eſt locus intelligentiæ abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium,volucres cœli latet.28.Et dixit homini,ecce timor Domini,ipſa eſt ſapientia,& recedere à malo intelligentia.

Cap.32.7. Sperabam enim quod ętas prolixior loqueretur,& annorum multitudo doceret ſapientiam.

Eccl.7.12. Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis,& magis prodeſt videntibus ſolem,ſicut enim protegit ſapientia,ſic protegit pecunia,hoc autem plus habet eruditio & ſapientia,quod vitam tribuunt



tribuunt poſſeſſori ſuo.

Hanc quoque ſub ſole vidi ſapientiam & probaui maximam: Ciuitas parua & pauci in ea viri,venit contra eā Rex magnus & vallauit eā,extruxitque munitiones per gyrum & perfecta eſt obſidio , inuentuſque eſt in ea vir pauper & ſapiens,& liberauit vrbem per ſapientiam ſuam , & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis, & dicebā ego meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Cap.9.13.

Confuſi ſunt ſapientes , perterriti & capti ſunt verbum enim domini proiecerunt,& ſapientia nulla eſt in eis. Ierem.8.9.

Clara eſt quę nunquam marceſſit ſapientia,& facile videtur ab his qui diligunt eam,& inuenitur ab his qui quærunt eam.16.Cogitare ergo de illa,ſenſus eſt conſummatus & qui vigilauerit propter illam,citò ſecurus erit. Sapien.6.13.

Cum vnus ſit omnibus introitus ad vitam,& ſimilis exitus,præ omnibus eligenda eſt ſapientia,adferens ſecum cūcta bona,habens ſpiritum intelligentia multiplicem,& quę hic mirum in modum extollitur quamque abundè auctor fuerat conſecutus.Per totum caput. Cap.7.7.✠

Cùm ſapientiam comittentur omnia deſiderabilia,ſummè ambienda eſt, & à Deo petenda, à quo ſolo datur continentia,Cap.9.Per totum. Cap.8.✠

Commendatur ſapientia quod ſeruauerit,& à malis liberauerit Adam,Noe,Abraham,Loth,Iacob,Ioſeph,Moyſen per quem filios Iſrael de Ægypto duxit per marę rubrum, demerſis in eo Ægyptiis. Cap.10.✠

Sapientia incomprehenſibilis,& in creaturis relucens ab æterno,originem à ſolo Deo trahit,quam dat diligentibus ac timentibus ipſum.Nam timor Domini qui hoc capite multipliciter commendatur,non ſolum ſapientiam , ſed & reliquas ſecum adfert virtutes, ſimplici autem corde ad Deum accedendum eſt. Eccl.1.✠

Omnis ſapientia à Domino eſt,& cum illo ſemper fuit, & eſt ante æuum,16.Initium ſapientiæ timor Domini, &c. Cap.24.Toto capite enumerantur ſapientiæ laudes. Eccl.1.1.

Qui cuſtodit iuſtitiam,continebit ſenſum eius,conſummatio timoris Dei ſapientia & ſenſus. Cap.21.12.

Sapientiam eius(viri ſapientis)enarrabunt Gentes,& laudem eius enunciabit eccleſia. Cap.39.14.

Ego dabo vobis os & ſapientiam,cui non poterunt reſiſtere,& contradicere omnes aduerſarij veſtri. Luc.21.15.

*Rom.*11.33. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ Dei, quàm incom-
prehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.
1.*Cor.*1.17. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangeliza-
re, non in ſapientia verbi, vt euacuetur Crux Chriſti.
*Cap.*2.6. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, ſapientiam
non verò huius ſæculi, neque principum huius ſæculi qui
deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapiẽtiam in myſterio quæ
abſcondita eſt, nobis autem reuelauit Deus p ſpiritum ſuũ,
ſpiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.
*Cap.*3.9. Sapiẽtia.n.huius ſæculi ſtultitia eſt apud Deũ. Scriptum
eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Coll.
2.3. Iacob.1.5. Cap.3. 15. Satisfactio vide pœnitentia.

*Sapientia vera à Deo acquiritur.*

*Deut.*33.3. ET qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctri-
na illius.
3.*Reg.*3.11. Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies (ait
Dominus Salomoni) multos, nec diuitias, aut animas inimi-
corum tuorum; ſed poſtulaſti tibi ſcientiam ad diſcernendũ
iudicium: ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos.
*Iob.*28.12. Sapientia vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ?
Neſcit homo præcium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter
viuentium.
*Ibidem* 18. Trahitur ſapientia de occultis.
*Pſal.*70.16. Quoniam non cognoui literaturam, Deus docuiſti me à
iuuentute mea.
118.98. Super inimicos meos prudentem me feciſti.
*Prou.*1.7. Timor Domini, principium ſapientiæ.
2.2. Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea ab-
ſconderis penes te, vt audiat ſapientiam auris tua, inclina
cor tuum ad cognoſcendam prudentiam. Si enim ſapien-
tiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudẽtię, ſi quę-
ſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam
tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inue-
nies: quia Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia
& ſcientia.
9.10. Principium ſapientiæ timor Domini.
*Eccleſ*10.10 Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, ſed hebeta-
tum fuerit: multo labore exacuetur, & poſt induſtriam ſe-
quetur ſapientia.
*Sapien.*1.4. In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habi-
bit in corpore ſubdito peccatis.

Clara



Clara eſt, & quæ nunquam marceſſit, ſapientia, & facilè 6.13.
videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui
quærunt illam, Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe
prior oſtendat.
Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, 7.7.
& venit in me ſpiritus ſapientiæ.
Cùm ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanens, omnia in- *Ibidem.* 27.
nouat: & per nationes in animas ſanctas ſe transfert.
Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſem- *Eccleſ.* 1. 1.
per, & eſt ante æuum.
Effundit illã ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnẽ carnẽ *Ibidem.* 10.
ſecundum datum ſuum, & præbet illam diligentibus ſe.
Fili, cõcupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus *Ibidem.*33.
præbebit illam tibi.
Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dile- 6.34.
xeris audire, ſapiens eris.
Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono. 21.14.
Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis, & qui mino- 38.25.
ratur actu, ſapientiam percipiet: quia ſapientia replebitur.
Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & 39.1.
in prophetis vocabit. Narrationem virorum nominatorum
conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit.
Omnia Dominus fecit, & piè agentibus dedit ſapien- 43.37.
tiam.
Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia. *Eſai.*48.17.
Quis aſcendit in cœlum, & accepit eam, eduxit eam de *Baru.*3.29.
nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam? Non eſt
qui poſſit ſcire vias eius.
Sit nomen Domini benedictum à ſæculo & vſque in ſæ- *Dan.* 2. 20.
culum, quia ſapientia & fortitudo eius ſunt.
Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris *Ibidem.* 22.
conſtituta, & lux cum eo eſt.
Confitebor tibi pater Domine cœli & terræ, quia ab- *Matt.*11.25.
ſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea
paruulis.

*A ſtulto deſpicitur.*

SApientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt. *Prou.*1.7.
Sapientiam & diſciplinam qui abiicit, infelix eſt. *Sapien.*3.11.

Quàm

Ecclesi.6.21. Quam aspera est valde imperitis ſapientia: nullus enim
excors perdurat apud eam.
Esa. 27. 11. Non eſt enim populus ſapiens, propterea non miſerebi-
tur eius, qui fecit eum.
Osee.4.14. Et populus non intelligens vapulabit.

*A bono exquiritur, quia ordinatur ad Deum.*

Deut. 4. 6. HÆc eſt enim veſtra ſapiẽtia & intellectus coram po-
pulis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En
populus ſapiens & intelligens, gens magna.
Iob. 28. 28. Et dixit homini: Ecce timor domini, ipſa eſt ſapientia, &
recedere à malo, intelligentia.
Prou. 3.5. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne inni-
taris prudentiæ tuæ.
14.16. Sapiens timet, & declinat à malo.
Sapien. 6.15. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: aſſiden-
tem enim illam foribus ſuis inueniet.
7.28. Cogitare ergo de illa, ſenſus eſt conſummatus.
Pſal. 110. 10. Neminem diligit Deus, niſi eum qui cum ſapientia inha-
& Eccl.1.16. bitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole.
Ibidem. 6. Initium ſapientiæ timor Domini.
Ibidem. 34. Radix ſapientiæ eſt, timere Deum, & rami illius longæui.
14.22. Sapientia & diſciplina, timor Domini.
19.19. Beatus vir qui in ſapientia morabitur.
21.13. Et non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina, & non eſt cogi-
33.2. tatus bonus, peccatorum prudentia.
39.6. Conſummatio timoris Dei, ſapientia & ſenſus.
Sapiens non odit mandata & iuſtitias.
Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum
qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur. Si
enim dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ reple-
bit illum, & in oratione confitebitur Domino.
Ephes. 5. 15. Videte fratres quõ cautè ambuletis, nõ quaſi inſipientes,
ſed vt ſapientes, & redimentes tempus, quiã dies mali ſunt.
1.Pet. 4.7. Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus.

*Erga ſeipſum.*

Prou.3.7. NE ſis ſapiens apud temetipſum.
14. 8. Sapientia callidi, eſt intelligere viam ſuam, & pruden-
tia ſtultorum errans.
17. 24. In facie prudentis lucet ſapientia.
Ecclesi. 21.16. Scientia ſapientis tanquam inundatio abundabit.
Rom. 12.3. Dico per gratiam, quæ data eſt mihi: Non plus ſapere
quàm



quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.
Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Ibidem. 16.
Volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. 16. 19.
Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtul- 1.Cor. 3. 18.
tus fiat, vt ſit ſapiens.

*Ad proximum, Verbo.*

STude ſapientię, fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſis ex- Prou.27.11.
probranti reſpondere ſermonem.
Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Ecclesi.8.5.
Verba oris ſapientis, gratia. 10. 12.
In lingua ſapientia dignoſcitur, & ſenſus & doctrina, & Ecclesi.4.29.
ſcientia in verbo ſenſati. 20. 13.
Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit. Ibidem. 29.
Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudens pla-
cebit magnatis. Ibidem. 32.
Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in
vtriſque? Melior eſt qui celat inſipientiã ſuam, quam qui
abſcondit ſapientiam ſuam.
Os prudentis quæritur in eccleſia, & verba illius cogita-
bunt in cordibus ſuis. 21. 20.
Vir ſapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum
laudabunt. (omni ſcientia. 37.27.
Quia in omnibus diuites facti eſtis in omni verbo, & in 1.Cor. 1.5.

*Opere.*

SApiens corde præcepta ſuſcipiet. Prou.10.8.
Via ſtulti recta in oculis eius, qui autem ſapiens eſt au- 12. 15.
dit conſilia.
Sapientia hominis lucet in vultu eius. Eccle. 8.1.
Homo ſapiens in omnibus metuit, & in diebus delicto- 18. 27.
rum attendit ab inertia. Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam,
& inuenienti eam, dabit confeſſionem.
Diſciplinam in pace conſeruate filij. 41. 17.
Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona Iacob.3.13.
conuerſatione operationẽ in manſuetudine ſapientiæ.

*Decorat in bonis gratiæ.*

BEatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit pru- Prou. 3. 13.
dentia. Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri &
argenti, primi & puriſſimi fructus eius. Precioſior eſt cun-
ctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent
comparari.
Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris. 9. 12.

Hoc

Ecclef. 7. 13. Hoc plus habet eruditio & ſapientia, quòd vitam tribuit poſſeſſori ſuo.

Sap. 7. 10. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius.

9. 10. Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ vt mecum ſit & mecum laboret: vt ſciam quid acceptũ ſit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua potentia.

Ecclef. 21. 24. Ornamentum aureũ prudenti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro.

37. 25. Eſt ſapiens animæ ſuæ ſapiens, & fructus ſenſus illius laudabilis.

Ibidem. 29. Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum.

## In bonis naturæ.

Prouer. 1. 33. QVI me audierit abſque terrore requieſcet, & abundãtia perfruetur timore malorum ſublato.

2. 10. Si intrauerit ſapientia cor tuũ, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur.

3. 35. Gloriam ſapientes poſſidebunt.

8. 11. Melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.

24. 5. Vir ſapiens & fortis eſt: & vir doctus, robuſtus & validus.

Ecclef. 7. 12. Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem.

Ibidem. 20. Sapientia confortauit ſapientem, ſuper decem principes ciuitatis.

Sapien. 8. 5. Et ſi diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius quæ omnia operatur?

Ibidem. 10. Habeo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores.

## Sapientia mala ſiue mundana, Deum prouocat.

Ecclef. 19. 20 MElior eſt homo qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore Dei, quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi.

Væ



Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Eſa. 5. 21.

Claudet oculos veſtros, prophetas & principes veſtros qui vident viſiones, operiet. 29. 10.

Qui dat ſecretorum ſcrutatores quaſi non ſint. 40. 23.

Et fiduciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti: Non eſt qui videat me. Sapientia tua, & ſcientia tua hæc decepit te. 47. 10.

Quomodo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? Ierem. 8. 8.

Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Rom. 12. 16.

Perdam ſapientiam ſapientium, & ſapientiam prudentiũ reprobabo. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiã huius mundi? Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prędicationis ſaluos facere credentes. 1. Cor. 1. 19.

## Peccatum multiplicat.

NOn eſt ſapientia nequitiæ diſciplina, & nõ eſt cogitatus bonus peccatorum prudentia. Eſt nequitia, & in ipſa execratio, & eſt inſipiens, qui minuitur ſapientia. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua. Ecclef. 19. 19.

Sapientes ſunt, vt faciant mala? bene autem facere neſcierunt. Ierem. 4. 22.

Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt? Roma. 1. 22.

Prudentia carnis mors eſt: Prudentia autem ſpiritus, vita & pax. Quoniã ſapientia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt. 8. 6.

Scientia inflat, charitas verò ædificat. Si quis autem exiſtimat ſe aliquid ſcire, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire. 1. Cor. 8. 1.

## Proximum moleſtat.

SIC Achitophel conſilia contra Dauid dedit Abſaloni, cum dicit:

Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimiſit vt cuſtodirent domum, vt cùm audierit omnis Iſrael, quod odioſus factus ſis patri tuo, roborabuntur manus omnium, qui tecum ſunt. 2. Reg. 16. 22

Filij huius ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Luc. 16. 8.

Quòd

Iacob.3.14. Quòd ſi æmulationem amarem habetis, & contentio- nem in corde veſtro, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduer ſus veritatem.

*Ipſum hominem infamat.*

Prou.26. 12. VIdiſti hominem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habet inſipiens.

28. 11. Sapiens pauper ſcrutabitur diuitem.

Eccleſ.21. 14. Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono. Eſt autem in- ſipientia quæ abundat in malo.

Iere.51.17. Stultus factus eſt omnis homo à Scientia.

1.Cor.3. 19. Sapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.

*Saphira mentitur ſpiritui ſancto, & cadit in terram mor- tua,* Act.5.1.8.

*Sara filia Raguelis, Tobiæ in vxorem traditur,* Tob.7.10.15.

*Saruia, vide Zaruia.*

*Satisfactio, vide* P*œnitentia.*

*Saul de tribu Beniamin quærit* Aſinas.1.Reg.9 3.*vngitur in regem à Samuele*.10.1.✠11.14.Act.13.21.*iuxta mandatũ*.1.Re. 9.15.*percuſſit* Ammom.11.11.*obtulit holocauſtum*.13. 9.*à regno reiicitur*.13.13.✠15.22.26.28.✠16.**exagitat eum ſpiritus ne- quam*.10.14.✠18.10.✠19.9.*nititur* Dauid *configere*.18. 10.✠ 19.10.*perſequitur eũ*.23.**trucidat ſacerdotes Domini*.22.18. *mulierem habentem pithonem conſulit*.28.7.*ſeipſum interfi- cit*.31.4.*ſepelitur*.31.13 *filij eius in crucẽ tolluntur*.2.*Reg* 21.9.

*Sancti pro nobis.*

Hierem.15.1 ET Dixit dominus ad me, ſi ſteterit Moyſes & Samuel co- ram me, non eſt anima mea ad populum iſtum: eiice illos à facie mea & egrediantur.

2.Mac.15.14 Hic eſt fratrũ amator & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro populo & pro vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias propheta Dei.

Apoc.5.8. Et cum apperuiſſet librũ, quatuor animalia, & viginti qua- tuor ſeniores ceciderũt corã agno habẽtes ſinguli phiolas aureas plenas odoramẽtorũ, quę ſunt orationes ſanctorum.

Cap.8.3. Et alius angelus venit & ſtetit ante altare, habens thuri- bulum aureum, & data ſunt illi incenſa multa vt daret de orationibus ſanctorum omniũ ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.

*Propter eorum preces & merita multa nobis largitur Deus, quamuis illi vita functi ſunt.*

Ego



Ego ſum Deus Abraham patris tui (dicit Dominus Iſaac) noli timere, quia ego tecum ſum, benedicam tibi & multipli cabo ſemen tuum propter ſeruum meum Abraham. Gen.26.24.

Recordare Abrahã Iſaac & Iſrael ſeruorũ tuorũ, quib⁹ iu raſti p teme ipſum, dicẽs: multiplicabo ſemẽ veſtrũ ſicut ſtel las cœli & vniuerſam terrã hanc de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eã ſemper. Placatuſque eſt Dñs ne faceret malũ quod locutus fuerat aduerſus populũ ſuũ. Exod.32.13.

Veruntamen in diebus tuis (Salomon) non faciam prop- ter Dauid patrẽ tuum: de manu filij tui ſcindã illud, nec totũ regnũ auferã, ſed tribũ vnam dabo filio tuo, propter Dauid ſeruum meum, & Hieruſalẽ quam elegi 32. Porro vna tribus remanebit ei propter Dauid ſeruum meũ, & Hieruſalem ci- uitatem quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael. 24. 3.Reg.11.12.

Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernã in Hieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatueret Hieruſalem, eò quòd feciſſet Dauid rectum in oculis Domi ni, & non declinaſſet ab omnibus, quę præceperat ei, cunctis diebus vitæ ſuæ. Cap.15.4.

Protegã vrbem hanc, & ſaluabo eã (ait Dominus Deus) propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Item Cap.20. 6. Item idem verbatim habetur. Eſa.37.35. 4.Reg.19.34.

Et in Iſaac eodẽ modo fecit, propter Abraham patrẽ ejus. Eccl.34.24.

*Sanctos oramus ſine iniuria mediatoris, vt pro nobis o- rant, ſicut & petimus ab hiis hominibus preces, vt Paulus &c.*

OBſecro ergo vos fratres per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelib⁹ qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalem ſanctis. Rom.15.30.

Orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ad loquendũ myſterium Chriſti. Idem Ephe.6.19. Collo.4.5.

Fratres orate pro nobis. 1.Theſſ.5.25.

De cætero fratres orate pro nobis, vt ſermo Dei, currant & clarificetur, ſicut & apud vos. 2.Theſſ.3. 1.

Orate pro nobis, confidimus enim, quia bonam conſcien tiam habemus in omnibus, bene volentes conuerſari. Heb.13. 18.

*Nec mirum ſanctos preces noſtras cognoſcere, quia ſunt ſicut angeli Dei.*



In

Math.22.30 IN reſurrectione enim neque nubent, neque nubētur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo.

Luc.15.10. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

*Et offerunt Deo noſtras preces.*

Tob.12. 12. QVando orabas cum lachrymis,& ſepeliebas mortuos & derelinquebas prandiū tuum.& mortuos abſcondebas per diem in domo tua,& nocte ſepeliebas eos,ego obtuli orationes tuas Domino.

Apoc.5.8. Et cū aperuiſſet librū,quatuor animalia,& viginti quatuor ſeniores ceciderūt corā agno,habētes ſinguli citharas,& phialas aureas,plenas odoramētorū,q̄ ſunt orationes ſanctorum

Cap.8.3. Alius angelus venit & ſtetit ante altare,habens thuribulū aureū,& data ſunt ei inſenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omniū ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.

*Nec huic contrarium eſt,quòd Deus ſolus eſt inſpector cordis,quia & homines cognoſcunt ſecreta cordium,Deo reuelante.*

Dan.2.29. TV Rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo q̄d eſſet futurū poſt hęc,& qui reuelat myſteria oſtendit tibi q̄ ventura ſunt,

4.Reg.5.26. At ille(Eliſeus)ait(Giezi)nonne cor meū in præſenti erat quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui nunc igitur accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, vt emas oliueta,& vineas,& oues,& boues,& ſeruos,& ancillas.

Cap.6.12 Dixitque vnus ſeruorum eius (regis Syriæ) nequaquam Domine mi Rex,ſed Eliſæus propheta qui eſt in Iſrael,indicat regi Iſrael omnia verba quæcunque locutus fueris in cōclaui tuo.

*Sanctorū miniſterio aliquando tribuitur quod ſoli Deo præcipuè conuenit,vide tit.Deo ſoli attributa.*

Matt.18.15. SI peccauerit in te frater tuus,vade corripe eū inter te & ipſum ſolum,ſi te audierit,lucratus es fratrē tuum. 18. Amē amen dico vobis,quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo:& quæcunque ſolueritis ſuper terrā, erunt ſoluta &c.

Ioan.20.13. Dicunt ei(duo angeli)mulier quid ploras?dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum,& neſcio vbi poſuerunt eum.

Rom.11.14. Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis.

Noli



Noli negligere gratiam quæ in te eſt.quæ data eſt tibi per prohetiam,cum impoſitione manuum presbyteri. 1.Tim.4.16.

Fratres,ſi quis ex vobis errauerit à veritate & conuerterit quis eum ſcire debet,quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animam eius à morte. Iaco.5.19.

Et factus ſum Iudæis tanq̄ Iudæus,vt Iudæos lucrarer,iis q̄ ſunt ſub lege,quaſi ſub lege eſſem(cū ipſe non eſſem ſub lege) vt eos qui ſub lege erant, lucrifacerem:iis qui ſine lege erant,tanquā ſine lege eſſem (cū ſine lege Dei nō eſſem) ſed in lege eſſem Chriſti,vt lucrifacerem eos qui ſine lege erāt. 2.Cor.9.20.

*In ſanctorum memoriam Deum orare,docent nos maiorum exempla.*

DIxitque Iacob,Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Iſaac,Domine qui dixiſti mihi,reuertere in terram tuam,& in locum natiuitatis tuæ,& benefaciam tibi. Gen.32.9.

Angelus qui eruit me(dixit Iacob benedicēs filiis ſuis moriturus)de cunctis malis,benedicat pueris iſtis,& inuocetur ſuper eos nomen meum,nomina quoque patrum meorum, Abraham,Iſaac,& creſcant in multitudidem ſuper terram. Cap.48.16.

Recordare Abrahā,Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorū, quibus iuraſti per temetipſum dicēs:multiplicabo ſemen veſtrū ſicut ſtellas cæli, & vniuerſam terrā hanc, de qua loquutus ſum,dabo ſemini veſtro,& poſſidebitis eam ſemper. Exod.32.13.

Recordare ſeruorum tuorum Abrahā,Iſaac,& Iacob,nec aſpicias duritiā populi huius, & impietatem atque peccatū. Deut.9.27.

Cumque Iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtū, accedens Elias propheta,ait: Domine Deus Abrahā,& Iſaac, & Iſrael,oſtēde hodie quia tu es Deus Iſrael,& ego ſeruus tuus & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. 3.Reg.18.36.

Domine Deus Abrahā,Iſaac,& Iſrael,patrum noſtrorum cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum,& ſemper in veneratione tui mens iſta permaneat. 1.Par.29.18.

Et apprehendēs Raguel dexterā filię ſuæ,dexteræ Tobiæ tradidit dicens:Deus Abrahā,Deus Iſaac,& Deus Iacob vobiſcum ſit,& ipſe coniungat vos, impleatque benedictionē ſuam in vobis,Heſt.13.15. Cap.14.18. Tob.7.15.

Quare errare nos feciſti Domine de viis tuis, induraſti cor noſtrum ne timeremus te? Conuertere propter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. Eſa.63.17.

Ne quęſumus,tradas nos in ꝑpetuum, ꝓpter nomen tuū & ne deſſipes teſtamētū tuū,neq; auferas miſericordiā tuā à Dan.3.35.



nobis

nobis propter Abraam dilectum tuum,& Iſaac ſeruũ tuum,
&Iſrael ſanctũ tuum,quibus locutus es,pollicens,quod mul
tiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenã quæ
eſt in littore maris.

*Sancti ſunt cum Chriſto in cœlis regnantes*

Ioan.12.26. SI quis mihi miniſtrat,me ſequatur & vbi ſum ego,illic & miniſter meus erit,ſi quis mihi miniſtrauerit,honorificabit eum pater meus.

Cap.17.24. Pater,quos dediſti mihi,volo,vt vbi ſum ego,&illi ſint mecum:vt videant claritatem meam quã dediſti mihi,quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.Philip.1.23.

2.Cor.5.8. (Per fidẽ enim ambulamus,& non per ſpeciem)audemus autem,& bonam voluntatem habemus,magis peregrinari à corpore,& præſentes eſſe ad dominum.

Apoc.3.21. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut& ego vici,& ſedi cum patre meo in throno eius.

Cap.7.9. Poſt hæc vidi turbam magnam,quam dinumerare nemo poterat,ex omnibus gẽtibus,& tribubus,&populis & linguis ſtantes ante thronum,& in conſpectu Agni,amicti ſtolis albis,& palmæ in manibus eorum.Cap.14.13.

*Sancti vita defuncti,rectè à nobis laudantur.*

Eccle. 44. 1. LAudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua,multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à ſæculo.7.Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriã adepti ſunt,& in diebus ſuis habẽtur in laudibus.14.Corpora eorum in pace ſepulta ſunt,& nomen eorũ viuit in generatione & generationẽ &c 16.Henoch placuit Deo & trãſlatus eſt in paradiſum,vt det gẽtibus pœnitentiã. Noe inuẽtus eſt perfectus,iuſtus,& in tempore iracundiæ factus eſt recõciliatio.20.Abrahã magnus pater multitudinis gentiũ,&non eſt inuentus ſimilis in gloria,qui conſeruaret legẽ excelſi &c.24.Et in Iſaac eodem modo fecit propter Abrahã patrẽ eius,benedictionẽ omnium gentium dedit illi Dominus,& teſtamentum confirmauit ſuper caput Iacob.

Ioan.12.26. Si quis mihi miniſtrat,me ſequatur,& vbi ſum ego,illic& miniſter meus erit:ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.

*In ſanctis ſuis Deus laudatur.*

Pſal 150.1. LAudate Dominum in ſanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius.

Sancti



*Sancti iudicabunt. Vide iudicium.*

*Sancti faciunt miracula,vt Moyſes & Aaron.*

MOyſes & Aaron ad Pharaonẽ loquuntur, virgã vertũt in ſerpentem, & aquã virga percuſſam in ſanguinẽ, quę etiam faciunt Magi ſuis incantatibus, quam ob cauſam Pharao magis induratur.Item.Cap.8.Cap.9.Cap.10.& Cap. 11.Varias immittit Deus Ægyptiis plagas.&c. Exo.7.

*Elias excitat puerum mortuum.*

ELias cœlum triennio claudit,primumque paſcitur à coruis,deinde à muliere Sarepthana,cuius hydria farinæ & lechytus olei non minuitur:filius autem ipſius oratione Heliæ reſuſcitatur.22.Et exaudiuit Dominus vocem Heliæ, & reuerſa eſt anima pueri intra eum & reuixit. 3.Reg. 17.

Claudit cœlum ne pluat.Iaco.5.17.Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis,& oratione orauit,vt nõ plueret ſuper terram,& non pluit annos tres & menſes ſex. 3.Reg. 17.

Aperit clauſum:Et ait Helias ad Achab,aſcende, comede & bibe,quia ſonus multæ pluuię eſt &c.45. Cumque ſe verteret huc atque illuc,ecce cæli contenebrati ſunt,& nubes, & ventus,& facta eſt pluuia grandis.Iaco.5. 18. Et rurſum orauit(Elias)& cœlum dedit pluiam, & terra dedit fructũ ſuũ. 3.Reg.18.41.

Eliæ palliũ diuidit aquas,tulitque Elias pallium ſuum & inuoluit illud,&percuſſit aquas quæ dimiſſæ ſunt in vtrãque partẽ,& tranſierunt ambo (ſcilicet Helias & Eliſeus indiuiduus eius comes)per ſiccum.14. 4.Reg.2.8.

Eliſeus excitat puerũ mortuũ viduæ: At ille reuerſus(Eliſeus)deãbulabat in domo ſemel huc atq; illuc,& aſcendit & incubuit ſup eũ,& oſcitauit puer ſepties, aperuitque oculos. 4.Reg.4.35.

Sanat aquas miſſo in eas ſale egreſſus(Eliſeus) ad fontem aquarũ,miſit in eã ſal & ait:hęc dicit Dñs,ſanaui aquas has, & nõ erit vltra in eis mors,neq; ſterilitas.ſanatę ſunt ergo aquę vſque in diem hãc,iuxta verbũ Eliſei quod locutus eſt, 4.Reg. 2. 21

Oleum multiplicat Eliſeus viduæ pauperculæ oleum impetrat quo ſoluat creditoribus &c. 4.Reg. 4.

Mittit farinã in ollam.Afferte inquit farinam:cumque tuliſſent,miſit in ollã,& ait:infunde turbæ,& comedant,& non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla.. 4.Reg.4. 41.

Naaman Syrum ſanat Eliſeus.Scidit Rex Iſrael veſtimenta ſua quod iuſſiſſet Rex Syriæ vt Naaman leproſum curaret,quem eliſeus ſeptena in Iordane lotione, mundat à le- 4.Reg.5.



pra

pra,quæ Giezi propter munera ſuſcepta , ab Eliſeo ſpreta
perpetuo adhæſit.

*4.Reg.6.6* Facit ferrũ natare: dixit aũt homo Dei,vbi cecidit? At ille
mõſtrauit ei locũ:Prçcidit ergo lignũ,& miſit illuc,natauit-
que ferrũ:& ait:Tolle,q extendit manum ſuã & tulit illud.

*4.Reg.*13.21. Eliſeus mortuus per cõtactum oſſium ſuorum operatur
quidã ſepelientes hominem viderunt latrunculos,& proie-
cerunt cadauer in ſepulchrum Eliſæi , quod cum tetigiſſet
oſſa Eliſçi, reuiuixit homo,& ſtetit ſuper pedes ſuos.

*Marc.*6. 13. Apoſtoli eiiciunt dçmonia: & dæmonia multa eiiciebant
& vngebant oleo multos:ægros & ſanabant. Cap.16.17.In
nomine meo dæmonia eiicient,linguis loquentur nouis.

*Luc.*10. 17. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio dicen-
tes:Domine,ẽt dæmonia ſubiiciũtur nobis,in nomine tuo.

*Act.*3.6. Ioãnes & Petrus ſanãt claudum:Petrus autem dixit:argẽ
tum & aurum non eſt mihi,quod autem habeo , hoc tibi
do in nomine Ieſu Chriſti Nazareni,ſurge & ambula.

*Act.*9.41. Petrus excitat Thabitam:Dans autem illi manum,erexit
eam(Thabitam)& cùm vocaſſet ſanctos & viduas , aſſigna-
uit eam viuam.

*Act.*5.15. Etiam ſua vmbra ſanat,magis autem credentium augeba
tur in Dño multitudo virorum ac mulierũ,ita vt in plateas
eiicerent infirmos,& ponerent in lectulis ac grabatis,vt ve-
niente Petro,ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam il-
lorum,&liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis.

*Act.*14.9. Paulus reſtituit claudum,& quidam vir liſtris infirmus pe
dib.ſedebat,claudus in vtero matris ſuæ:qui nunquam am-
bulauerat,& audiuit Paulum loquẽtem,qui intuitus eum &
videns:quia fidem haberet vt ſaluus fieret,dixit magna vo-
ce:Surge ſuper pedes tuos rectus,& exiliuit & ambulabat.

*Act.*19.12. Etiam ꝑ ſudaria curat infirmos:virtutéſque nõ quaſlibet
faciebat Deus ꝑ manũ Pauli, ita vt etiã ſuper languidos de
ferrentur à corpore eius ſudaria & ſemicincta,& recedebãt
ab çis languores,& ſpiritus neqnam egrediebantur.

*Act.*20. 10. Reddit vitæ puerum ex lapſu mortuum,ad quem(ſcilicet
puerum mortuum)incubuit ſuper eum,& complexus dixit
nolite turbari,anima enim eius in ipſo eſt.

*Heb.* 11. 32. Sancti quoque plura fecere miracula,quæ longum eſſet
numerare.Et quid dicam?deficiet enim tempus narrantem
de Gedeon.Barac,Sampſon,Iephte,Dauid, Samuel,& Pro-
phetis, qui per fidem vicerunt regna operati ſunt iuſtitiã,
adepti



adepti ſunt repromiſſiones,obturauerunt ora leonum &c.

*Scandalum ſeu offendiculum proximo,nec in vita , nec
in doctrina ponendum.*

SI ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens *Lenit.*4.3.
populum offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatũ
domino.Num.31.15.

Veruntamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos no- 2.Reg.12.14
men Domini propter verbum hoc,filius qui tibi natus eſt,
morte morietur.1.Eſd.8.22.

Qui decipit iuſtos in via mala,in introitu ſuo corruet & *Prou.*28.10.
ſimplice: poſſidebunt bona eius.

Non enim ætati noſtræ dignum eſt,inquit(Eleazarus)fin 2.*Mac.*6.24.
gere,vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonagin
ta annorum,tranſiſſe ad vitam alienigenarum.

Vt autem non ſcandalizemus eos,vade ad mare,& mitte *Matt.*17.27.
hamũ,& eum piſcem qui primus aſcenderit: tolle & aperto
ore inuenies ſtaterem,illũ ſumens,da illũ pro me & pro te.

Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in *Cap.*18.6.
me credunt:expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in col-
lo eius,& demergatur in profundum maris.

Quiſquis ſcandalizauerit vnum ex his puſillis credentib. *Mar.*9.42.
in me:bonum eſt magis ſi circundaretur mola aſinaria col-
lo eius,& in mare mitteretur.

Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala:væ autem illi per *Luc.*17.1.
quem ſcandalum venit.

Infirmum in fide aſſumite,non in diſceptationibus cogi- *Rom.*14.1.
tationum,non ergo amplius inuicem iudicemus,ſed hoc iu
dicate magis,ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalũ.
15. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur,non ſecũ
dum charitatem ambulas.

Paulus ait:quod quanquam idolothitis veſci non ſit ex ſe 1.Cor.8.[illegible]
illicitum , quum idolum nullius ſit efficaciæ aut poteſtatis
non ſunt tamen illa edenda aut repugnante conſcia,aut cũ
infirmorum offendiculo,neque ea edere aut non edere ho
minem efficit meliorem.

Sine offenſione eſtote Iudæis,& gentibus,& eccleſiæ Dei *Cap.*10. 32.

Nemini dantes vllam offenſionem,vt non vituperetur mi 2.*Cor.*6.3.
niſterium noſtrum.

Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. 1.*Theſſ.*5.22.

*Quicquid nos ſcandalizat, vitemus.*

CAue,ne vnquã cum habitatoribus terrç illius(gẽtilium) *Exod.*34.12



iungas

iungas amicitias quæ ſunt tibi in ruinam.

*Deut.*7.✠ Nulla cum gẽtibus ſocietas contrahenda.2.Percuties eas vſque ad internetionem,non inibis cum eis fœdus,nec miſereberis earum. 16.Non parcet ei s oculus tuus,nec ſeruies diis eorum,ne ſint in ruinam tui.

Cap.13.✠ Pſeudopropheta à Deo auertẽs,occidi debet,quantumuis propinquus ſit vel amic⁹,imo &vrbs vaſtari debet funditus.

Matt.5. 29. Si oculus tuus dexter ſcãdalizat te,erue eũ & proiice abs te:expedit enim tibi,vt pereat vnũ mẽbrorũ tuorum,quàm totum corpus tuum mittatur in gehẽnam. 30. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te,abſcinde eã,& proiice abs te:expedit enim tibi vt pereat vnum mẽbrorum &c.Cap.16 22.

Marc.9. 42. Quiſquis ſcãdalizauerit vnũ ex his puſillis,in me credẽtibus:bonũ eſt ei magis ſi circundaretur mola aſinaria in collo ei⁹,& in mare mitteretur 43.Et ſi ſcãdalizauerit te manus tua abſcinde illã:bonum eſt tibi debilem introire in vitam &c.

*Rom.*16.17. Rogo autem vos fratres,vt obſeruetis eos qui diſſentiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis,faciunt,& declinate ab illis.

*Scriptura ſacra vnde ſit, & quis eius vſus.*

*Exo.*17.14. Dixit autem dominus ad Moyſen,ſcribe hoc ob monumentum in libro,& trade auribus Ioſuæ.

Cap.34. 27 Scribe verba hæc tibi,quibus & tecum & cum Iſrael pepigi fœdus.

*Deut.*4.1. Et nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te: vt faciens ea, viuas,& ingrediens poſſideas terram quam Dominus Deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis.

Cap.17.18. Accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus,& habebit ſecum,legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ,vt diſcat timere dominum Deum ſuum,& cuſtodire verba & ceremonias eius,quæ in lege præcepta ſunt.

Cap.31.9. Scripſit itaque Moyſes legem hanc,& tradidit eam ſacerdotibus filiis Leui,qui portabant arcam fœderis Domini,& cunctis ſenioribus Iſrael.

*Ioſue.*1.8. Nõ recedet volumẽ legis huius ab ore tuo,ſed meditaberis in eo cũctis dieb.ac noctib.vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo,tũc diriges viã tuã & intelliges eam.

*Eſa.*30 8. Nunc ergo ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum , & in libro diligenter exara illud,& erit in die nouiſſimo in teſtimoniũ vſque in æternum.

Cap.34 16. Requirite diligenter in libro Domini,& legite:vnũ ex his non



non defuit,alter alterum non quæſiuit, quia ꝙ ex ore meo procedit ille,mandauit,& ſpiritus eius ipſe con gregauit ea.

Tolle volumẽ libri,& ſcribes ĩ eo omnia verba quę loquutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iudam , & aduerſum omnes gentes,à die qua locutus ſum ad te,ex diebus Ioſuæ vſque ad diem hanc 10.Legitque Baruch ex volumine ſermones Hieremiæ in domo Domini,in Gazaphilatio Gamariæ filij Saphan ſcribæ,in veſtibulo ſuperiori,in introitu portæ nouæ domus Domini audiente omni populo. *Hiere.*36.2.

Verbum ꝙ locutus eſt Hieremias propheta ad Baruch filium Neriæ,cum ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Hieremiæ,anno quarto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda &c. Cap.45.1.

Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda,& ad aures vniuerſi populi venientis ad librum:14.Legite librum iſtum quem miſimus ad vos,recitari in templo Domini,in die ſolenni,& in die oportuno. *Baruch.* 1.3.

Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ eſt in æternum, omnes qui timent eam,peruenient ad vitam,qui autem dereliquerunt eam,in mortem &c. Cap.4.1.

Attulit ergo Eſdras ſacerdos legem coram multitudine virorum ac mulierũ,cunctiſque qui poterãt intelligere,in die prima menſis ſeptimi.Et legit in eo apertè in platea quæ erat ante portã aquarum,de mane vſque ad mediã diẽ, in cõſpectu virorum ac mulierum,& ſapientium:& aures omnis populi erant erectæ ad librum. 2.*Eſd.*8.2.

Et dixerunt Eſdrę pontifici & lectori,vt afferret legem Moyſi,quæ tradita eſt à Domino Deo Iſrael. 3.*Eſd.*9.39.

Ecce loquere in aures plebis meæ ſermones prophetiæ quos immiſero in os tuum,dicit Dominus,& fac vt in charta ſcribantur,quoniam fideles & veri ſunt. 4.*Eſd.* 15. 1.

Veruntamen annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis, & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter. *Daniel.*10.21

Scriptum eſt,non in ſolo pane viuit homo , ſed in omne verbo quod procedit de ore Dei.Idem Luc.4.4. *Matt.*4.4.

Erratis(ait Chriſtus Sadducæis ſuper reſurrectione ) neſcientes ſcripturas neque virtutem Dei. Cap.22. 29.

Scrutamini ſcripturas,quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me,ait(Chriſtus Iudæis.) *Ioan.*5.39.

Nõne ſcriptũ eſt in lege veſtra,quia ego dixi,dij eſtis?ſi il- Cap.10. 34.

Zz 5 los

los dixit deos,ad quos ſermo Dei factus eſt,& nõ põt ſolui
ſcriptura quē pater ſãctificauit,& miſit ĩ mũdũ vos dicitis,

Cap. 20.30. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſci-
pulorum ſuorum,quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.Actor.
15.21.Rom.1.2.

Act.17.11. Hi autem erant nobiliores eorum,qui ſunt Theſſalonicæ,
qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcru
tantes ſcripturas &c.

Rom.15.4. Quæcunque ſcripta ſunt,ad noſtram doctrinam ſcripta
ſunt,vt per patientiam & cõſolationem ſcripturarum, ſpem
habeamus.Cap.4.23.1.Cor.9.9.Cap.10.11.

1.Cor.15.3. Tradidi enim vobis imprimis ꝙ & accepi quoniã Chri-
ſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecũdũ ſcripturas &c.

2.Timo. 2.15 Solicite cura teipſum, probabilem exhibere Deo,operariũ
inconfuſibilẽ,rectè tractantem verbum veritatis.2.Pet.1.20.

2.Pet.20. 15. Hæc primum intelligẽtes,quod omnis prophetia ſcriptu
ræ propria interpretatione non fit,non enim humana volũ
tate allata eſt aliquando prophetia,ſed ſpiritu ſancto inſpi-
rati locuti ſunt ſancti Dei homines.

2.Tim.2.15. Tu verò permane in his quæ dedicisti & credita ſunt tibi
ſciens à quo didiſceris& quia ab infantia ſacras literas no-
ſti,quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem,quæ eſt in
Chriſto Ieſu.

Apoc.1.19. Scribe ergo quæ vidiſti,& quæ ſunt & quæ oportet fie-
ri,poſt hæc.

*Ad bonum adhortatur.*

Pſal.11.8.11. IN corde meo abſcondi eloquia tua,vt non peccem tibi.

Ibidem.49. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo. Hæc me conſolata eſt.

Prou.6.23. Mandatum lucerna eſt,& lex lux:vitæ verò via correptio
& caſtigatio.

29.18. Cum prophetia defecerit,diſſipabitur populus.

Eccleſ.33.18. Reſpicite quoniam non mihi ſoli laboraui, ſed & omni-
bus exquirentibus diſciplinam.

Ierem.36. 2. Tolle volumen libri , & ſcribes in eo omnia verba quæ
locutus ſum:tibi aduerſum Iſrael & Iudã & omnes gentes.

Lucæ.11. 52. Væ vobis legiſperitis,qui tuliſtis clauem ſcientiæ ipſi nõ
introiſtis,& eos qui introibant,prohibuiſtis.

16.31. Si Moyſen &prophetas non audiunt,neque ſi quis ex mor
tuis reſurrexerit,credent.

Ioan.5.46. Si crederetis Moyſi,crederetis forſitã & mihi,de me enim
ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis quomodo
verbis meis credetis?

Hæc



Hæc omnia in figura contingebant illis:ſcripta ſunt au- 2.Cor.10.11.
tem & correptionem noſtram.

Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata,vtilis eſt ad docen- 2.Tim. 3.16.
dum,ad arguendum.

Qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie Act.17.11.
ſcrutantes ſcripturas,ſi hæc ita ſe haberent.

Vehementer Iudæos reuincebat publicè , oſtendens per 18. 28.
ſcripturas,eſſe Chriſtum Ieſum.

Habemus firmiorem propheticum ſermonem,cui bene- 2.Pet.1. 19.
facitis attendẽtes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco,
donec dies eluceſcat,& lucifer oriatur in cordibus veſtris.

Hanc ecce vobis chariſſimi ſecundam ſcribo epiſtolam, 3.1.
in quibus veſtram excito in cõmonitione ſynceram mentẽ,
vt memores ſitis , eorum quæ prædixi verborum à ſanctis
prophetis,& Apoſtolorum veſtrorũ, præceptorum Domini
& Saluatoris.

## *Virtuoſis manifeſtatur.*

BOnitatem & diſciplinam,& ſcientiam doce me. Pſalm.118.6.

Qui quærit legem replebitur ab ea , & qui inſidiosè Eccleſ.32.19.
agit,ſcandalizabitur ab ea.

Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum , illis Matt.13. 11.
autem non eſt datum.

Beatus es Simon Bar-iona,quia caro & ſanguis non reue 16.17.
lauit tibi,ſed pater meus,qui in cœlis eſt.

Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei, cæteris autẽ in Lucæ.8. 10.
parabolis,vt vidẽtes nõ videant, & audiẽtes nõ intelligant.

O ſtulti & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ lo- 24.25.
cuti ſunt prophetæ.Et incipiẽs à Moyſe,& omnibus prophe
tis interpretabat̃ illis in oĩbus Scripturis , quę de ipſo erãt.

Tunc aperuit illis ſenſum,vt intelligerent ſcripturas. Ibidem. 45.

Scrutamini ſcripturas. Ioan.5.39.

Si quis voluerit voluntatem eius facere,cognoſcet de do 7.17.
ctrina, vtrum ex Deo ſit.

## *Vitioſis obuelatur.*

TV Daniel claude ſermones , & ſigna librum vſque ad Daniel.12.4
tempus ſtatutum:Plurimi pertranſibunt , & multiplex
erit ſcientia.

Vade Daniel,quia clauſi ſunt ſignatique ſermones vſque Ibidem. 9.
ad tempus.Et impiè agent omnes impij, neque intelligent
omnes impij,porrò docti intelligent.

Ego

*Ioan.*14.16. Et rogabo Patrẽ,& alium paracletũ dabit vobis ſpiritum (veritatis.
*Roma.*7.14. Scimus quod lex ſpiritualis eſt.
1. *Cor.*2. 12. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpi
ritum qui ex Deo eſt:vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt no
bis,quæ & loquimur nõ in doctis humanæ ſapiẽtiæ verbis,
ſed in doctrina Spiritus,ſpiritualia ſpiritualibus cõparantes.
*Ibidem.* 14. Animalis autẽ homo nõ percipit ea quę ſunt ſpiritus Dei,
Spiritualis autem iudicat omnia:& ipſe à nemine iudicatur.
Nos autem ſenſum Chriſti habemus.
14.2. Spiritus loquitur myſteria.
2.*Cor.* 3. 6. Litera occidit:Spiritus autem viuificat.
4.3. Si etiam opertum eſt Euangelium noſtrum,in iis qui pe
reunt eſt opertum,in quibus Deus huius ſæculi excæcauit
mentes infidelium , vt non fulgeat illuminatio Euangelij
gloriæ Chriſti,qui eſt imago Dei.
10.5. In captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obſe
quium Chriſti.
2.*Tim.*2. 23. Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones,deuita.
3.7. Semper diſcentes & nunquam ad ſcientiam veritatis per
uenientes.
2. *Pet.* 1. 20. Hoc primum intelligentes ꝙ omnis prophetica ſcriptura
non ſit priuatæ interpretationis.

### *Scriptura difficilis eſt intellectu.*

2.*Pet.*3.16. IN quibus ſunt difficilia quædã intellectu, quæ indocti &
inſtabiles deprauant,ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam
ipſorum perditionem.

### *Nec omnia ſcriptis Apoſtoli mandauerunt.*

*Ioan.*20.30. MVlta quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſ
cipulorũ ſuorũ,quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc &c.
*Cap.*21.25. Sunt autem alia multa quæ fecit Ieſus,quæ ſi ſcribã
tur ſingula,nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos,
qui ſcribendi ſunt libris.
1.*Cor.* 11. 34. Cætera cum venero diſponam.
2.*Ioan.* 2 12. Plura habens vobis ſcribere,nolui per chartã & atramen
tum, ſpero enim me futurum apud vos,& os ad os loqui,vt
gaudium veſtrum plenum ſit.
3.*Ioan* 13. Multa habui tibi ſcribere , ſed nolui per atramentum &
calamum ſcribere tibi.
2.*Theſſ.* 2.15. Itaque fratres ſtate:& tenete traditiones quas didiciſtis,
ſiue per ſermonem,ſiue per epiſtolam noſtram.

*Scriptura*



### *Scriptura nec lex eſt iudex,ſed ſacerdos.* *Deut.* 17.18.

POſtquam autẽ ſederit in ſolio regni ſui , deſcribet ſibi
Deuteronomium legis huius in volumine , accipiens
exemplar à ſacerdotibus Leuiticę tribus,& habebit ſecũ,
legétque illud omnibus diebus vitę ſuæ,& diſcat timere do
minum Deum ſuum.
Et cùm fuerit controuerſia,ſtabunt in iudiciis meis,& iu *Ezec.*44.24.
dicabunt leges meas,& præcepta mea in omnibus ſolemni-
tatibus meis cuſtodient.
Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam , & legẽ re- *Malac.* 2. 7.
quirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt.
Vide ſacerdotum officium.

### *Semen diuini verbi ſapienter ſeminatur.* *Matt.* 13. 3.

ECce,exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. *Marc.* 4.3.
Simile eſt regnum cœlorum homini qui ſeminauit bo
num ſemen in agro ſuo.Idem Luc.8.3.

### *Fraudulenter deprauatur.*

CVM dormirent homines,venit inimicus eius:& ſuper- *Matt.* 13. 25.
ſeminauit zizania in medio tritici,& abiit.Cùm autem
creuiſſet herba,& fructum feciſſet , tunc apparuerunt & zi-
zania.&c.
Zizania,ſunt filij nequam.Inimicus autem qui ſeminauit *Ibidem.* 38.
ea,diabolus eſt.

### *Differenter acceptatur.*

DVM ſeminat,quædam ceciderunt ſecus viam,& vene- *Matth.* 13.4
runt volucres cœli,& comederunt ea.
Qui ſeminat,verbum ſeminat. *Marc.* 4. 14.
Semen,eſt verbum Dei. *Luc.* 8.11.
Terra enim ſæpè ſuper ſe venientem bibens imbrem , & *Hebr.*6. 7.
germinans herbam opportunam illis,à quibus collitur,acci
pit benedictionem,à Deo,proferens autem ſpinas ac tribu-
los,reproba eſt,& maledicto proxima , cuius conſummatio
in combuſtionem.

### *Prudenter ſegregatur.*

MIttite falces,quoniam maturauit meſſis, quia multi- *Ioel.*3.13.
plicata eſt malitia eorum.
Meſſis quidem multa,operarij autem pauci.Rogate *Matt.* 9. 37.
ergo Dominũ meſſis , vt mittat operarios in meſſem ſuam.
Serui dixerunt ei:Vis eamus,& colligamus ea?Et ait:Nõ 13. 29.
Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem , & in tempore meſſis
dicam

dicam meſſoribus:Colligite primum zizania, & alligate in faſciculos ad comburendum.

*Ibid.* 39. 40. Meſſis verò cõſummatio eſt ſęculi,ſicut ergo colligũt zizania & igni cõburũtur:ſic erit in cõſũmatione ſęculi huius.

*Ioan.* 4. 35. Nõnne vos dicitis,ꝙ adhuc quatuor menſes ſunt & meſſis venit?Ecce dico vobis,leuate oculos veſtros,& videte regiones,quia albæ ſunt iam ad meſſem.Et qui metit mercedem accipit,& cõgregat fructum in vitam æternam: vt qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit.

*Ibidem.* 38. Ego miſi vos metere,quod vos non laboraſtis:alij laborauerunt,& vos in labores eorum introiſtis.

## *Semen diuini promiſſi honorificum.*

*Gen.* 22. 18. BEnedicentur in ſemine tuo omnes gẽtes terræ: quia obediſti voci meæ.

*Gal.* 3. 16. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dicit: Et ſeminibus,quaſi in multis,ſed quaſi in vno,& ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.

*Act.* 3. 25. Vos eſtis filij prophetarum & teſtamenti quod diſpoſuit Deus ad patres veſtros,dicẽs ad Abraham:Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.

## *Semen boni operis fructiferum.*

*Pſalm.* 125. 5. QVi ſeminãt in lachrymis,in exultatione metent.Eũtes ibant & flebant,mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione,portantes manipulos ſuos

*Prou.* 11. 18. Seminanti iuſtitiam,merces fidelis.

*Oſeæ.* 10. 12. Seminate vobis in iuſtitia,& metite in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale.

2. *Cor.* 9. 6. Qui parcè ſeminat,parcè & metet:& qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet.

## *Semen mali operis læti ferum.*

*Iob.* 4. 7. REcordare obſecro te,quis.n.vnquã innocens periit? aut quando recti deleti ſunt? Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem,& ſeminant dolores, & metunt eos,flante Deo periſſe.

*Prou.* 22. 8. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ ſuæ conſummabitur.

*Eccleſ.* 7. 3. Fili,non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum.

*Oſeæ.* 10. 13. Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem mendacij.

SEMAIA



*Semaia mittitur ad Roboã.*3.*Reg.*12.22.2.*Par.*11.2.✠.12.5.7.

*Semei maledicit* Dauidi.2.Reg.16.5.13.*Veniam impetrat à Dauid.*2.Reg.19.23.*Occiditur ex præcepto Dauid.*3.Reg.2.9.42.46.

*Senacherib oppugnat vniuerſas ciuitates Iuda munitas.*4.reg.18.13.2.*Para.*32.1.*Blaſphemat Deũ.Eſa.*36.*.*Interimit à filiis.*4.reg.19.37.*Eſa.*37.37.*Secundũ verba Eſa.*10.33.✠31.8.✠33.1.

## *Senectus virtuoſa,à bonis honoratur.*

COram cano capite conſurge,& honora perſonam ſenis & time Dominum Deum tuum. *Leuit.*19.32.

In antiquis eſt ſapientia,& in multo tempore prudentia. *Iob.*12.12.

Corona dignitatis ſenectus,quę in viis iuſtitiæ reperitur. *Prou.*16.31.

Dignitas ſenum canicies. 20.29.

Senectus venerabilis eſt,non diuturna, neque annorum numero computata:Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis,vita immaculata. *Sapien.* 4. 8.

Ne ſpernas hominẽ in ſua ſenectute,etenim ex nobis ſeneſcunt. *Eccleſ.* 8.7.

Quem ſpecioſum caniciei iudicium.Quam ſpecioſa veteranis ſapientia,& glorioſus intellectus & conſilium.Corona ſenum multa peritia,& gloria illorum timor Dei. 25.7.

Tu loquere,quæ decẽt ſanam doctrinam: Senes vt ſobrij ſint,pudici,prudentes,ſani in fide,in dilectione, in patientia. *Tit.*2.2.

## *Vitioſa reprobatur.*

TRes ſpecies odiuit anima mea,pauperẽ ſuperbũ,& diuitẽ mendacẽ,& ſenẽ fatuũ inſenſatũ. *Eccleſ.*25.4.

Puer centũ annorũ morietur,& peccator centũ annorũ maledictus erit. *Eſaiæ.*65.20.

Egreſſus eſt iniquitas de Babylone,à ſenioribus iudicibus qui videbantur regere populum. *Dan.*13.5.

Inueterate dierum malorum. *Ibidem.* 52.

*Seb & Oreb interficiuntur, Iudic.*7.25.

*Sebæ,quia regnũ affectarat,caput præciditur.*2. Reg.20.22.

*Securitas perfecta de peccatorum remiſſione aut ſalute conſequendum non habetur in hac vita.*Eccleſ.9.1.2.*Vide* Certi.

*Sedecias pſeudopropheta.*3.*Reg.*22.11.2.*Par.*18.10. *Comburitur.Ierem.*29.22.

*Sedecias,vide Zedecias.*

*Seditioſi puniuntur,*Num.16.31.*, *Vide* Murmuratores.

*Seleucus* Aſiæ *rex.*2.Machab.3.3.

## *Sepelire mortuos,opus eſt miſericordiæ.*

A tq; ita ſepeliuit Abrahã Saram vxorem ſuã in ſpelunca *Gen.* 23. 19.

agri

agri duplicis qui reſpiciebat Mambre.

Cap.25.8. Et deficiens (Abrahã) mortuus eſt in ſenectute bona prouectæq; ætatis, & plenus dierum, cõgregatus eſt ad populũ & ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael, & filij ſui, in ſpelunca duplici quæ ſita eſt in agro Ephron, &c.

Cap.35.19. Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephratã hæc eſt Bethleem.29. Cõſummatuſq; ætate (Iſaac) mortuus eſt, & appoſitus eſt populo ſuo, ſenex & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau.& Iacob filij ſui.

Cap.50.5. En morior (ait Ioſeph) in ſepulchro meo qđ feci mihi in terra Chanaan ſepelies me, aſcendam & ſepeliam patrem meum & reuertar 13.Et ſepelierunt eũ in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham in poſſeſſionẽ ſepulchri, ab Ephron Hetæo contra faciem Mambre.

Num.20.1. Mortuaque eſt ibi (in deſerto Sin) Maria (ſoror Moyſi) & ſepulta in eodem loco.

Deut.10.6. Filij autem Iſrael mouerunt caſtra ex Beroth filiorum Gazan, vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt.

Cap.21.23. Non permanebit cadauer eius (qui ſuſpenſus eſt in patibulo) in ligno, ſed in eadem die ſepelietur, quia maledictus à Deo eſt, qui pependit in ligno. Iudic.12.7.

Ioſue.24.30 Et poſt hæc, mortuus eſt Ioſuæ filius Num ſeruus dñi 110, annorũ, ſepelieruntque eum in finibus poſſeſſionis ſuæ &c.

1.Reg.25.1. Mortuus eſt autem Samuel & congregatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxerunt eum in domo ſua Ramatha. Cap.31.13.

2.Reg.2.32. Tuleruntque Aſael & ſepelierunt in ſepulchro patris ſui in Bethleem. Cap.3.32.

3.Reg.2.10. Dormiuit igitur Dauid cum patrib. ſuis, & ſupultus eſt in ciu itate Dauid.31.34.

Cap.11.43. Dormiuitque Salomon cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui. Cap.13.29.

Cap.14.31. Dormiuitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid.

4.Reg.13.20 Sepultuſque eſt Amaſias Rex in Hieruſalem cũ patribus ſuis in ciuitate Dauid. 2.Paral.16.14.

2.Par.35.24. Mortuus eſt autem Ioſias, & ſepultus in manſilio patrum ſuorum, & vniuerſus Iuda & Hieruſalem luxerunt eum.

Tob.1.21. Cum Rex Sennacherib iratus multos occideret ex filiis Iſrael, Tobias ſepeliebat corpora eorum.

Cap.2.3. Cũq; abiiſſet, reuerſus nunciauit ei vnũ ex filiis Iſrael iugulatum iacere in platea, tollẽſque illud, portauit in domũ ſuam



ſuam occultè, vt cum ſol occubuiſſet clam ſepeliret eum.

Cũ acceperit Deus animam meã (dixit Tobias filio ſuo) corpus meum ſepeli, & habebis honorẽ matri tuę omnibus diebus vitæ eius. Cap.8.13. Cap.4.3.

Quando orabas cũ Lachrimis, & ſepeliebas mortuos & derelinquebas prandiũ tuũ, & mortuos abſcondebas per diẽ in domo tua, & nocte ſepeliebas, ego obtuli orationẽ tuam Domino. Cap.14.12. Cap.12.12.

Mortuos vbi inueneris ſignans commenda ſepulchro, & dabo tibi primam ſeſſionẽ in reſurrectione mea. 4.Eſd.2.23.

Mortuo non prohibeas gratiam. Eccleſ.7.37.

Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudiciũ contege corpus illius, & non deſpiciebas ſepulturam illius. Cap.38.16

Et accẽdentes diſcipuli eius (Ioãnes Baptiſtæ) tulerunt corpus & ſepelierunt illud & venientes nunciauerunt Ieſu. Ma.14.12

Hic (Ioſeph) acceſſit ad Pilatũ & petiit corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus, & accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſydone munda. Act.13.29. Cap.17.58.

Venit autẽ Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte, primũ ferens mixturã mirrhæ, & aloes quaſi libras centũ. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud lintheis cum aromatibus ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. 1.Cor.15.4. Ioan.19.39.

*Sermo chriſtianorum, Vidè loquenda.*

*Serpens æneus erigitur.*

ORauit Moyſes ꝑ populo & locutus eſt Dñs ad eũ, fac ſerpentẽ æneũ, & pone eũ pro ſigno, qui percuſſus aſpexerit eum viuet, fecit ergo moyſes ſerpentẽ æneũ, & poſuit eũ pro ſigno, quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur. Num.21.8.

*Tollitur & appellatur Nobeſtan.*

IPſe (Ezechias) diſſipauit excelſa & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos confregitque ſerpentem ęneũ quẽ fecerat Moyſes, ſiquidẽ vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum vocauitque nomen eius Noheſtan 4.Reg.18.4.

*Cuius typum geſſerit.*

SIcut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ita exaltari oportet filium hominis, vt ominis qui credit in ipſum, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam. Ioan.3.14.

*Seruitus diuina ſingularis.*

DOminum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. Deut.6.13 & 10.

2.Reg.18.21. Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dñs eſt Deus ſequimini eum.

Mat.4.10. Dominum Deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies.

Cap.24.6. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit,& alterũ diliget, aut vnum ſuſtinebit & alterũ contemnet.

Colloſſ.3.24. Domino Chriſto ſeruite.

*Virtualis.*

1.Reg.12.20. DIxit Samuel ad populũ: Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc, verũtamen nolite recedere à tergo Domini: ſed ſeruire Domino in omni corde veſtro.

Ibidem. 24. Timete Dominũ & ſeruite ei in veritate & ex toto corde veſtro.

1.Par.2.9. Tu Salomon fili mi, ſcito Deũ patris tui, & ſerui ei corde perfecto,& animo voluntario.

Pſal.2.1. Seruite Domino in timore.

99. Seruite Domino in lætitia.

118.25. Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum.

128.2. Ecce ſicut oculi ſeruorũ, Sicut oculi ancillæ.

Eccleſ.2.1. Fili, accedens ad ſeruitutẽ Dei, ſta in iuſtitia & timore,& præpara animam tuam ad tentationem.

Eſa.41.9. Seruus meus es tu, elegi te,& non abieci te.

Luc.17.6. Quis veſtrum habens ſeruũ, arantem aut paſcentẽ boues, qui regreſſo de agro dicat illi, ſtatim tranſi & recũbe: & non dicit, Para quod cœnẽ,& præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem & bibã,& poſthæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto.

Ibid.10. Sic & vos cũ feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis dicite, Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere fecimus.

Rom.6.18. Liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ, Humanũ dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

7.6. Nũc ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur: ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ.

1.Cor.4.1. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti.

6.19. Non eſtis veſtri, empti enim eſtis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

Cum



Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci: vt plures lucrifacerem. 9.19.

In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia. 2.Cor.6.4.

Nemo militans Deo implicat ſe negociis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. 2.Tit.2.4.

Regnũ immobile ſuſcipientes, habemus gratiam: per quã ſeruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. Heb.12.28.

Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum Aſiã, qualiter vobiſcũ per oẽ tẽpus fuerim, ſeruiẽs Deo cũ omni humilitate. Act.20.19.

*Salutaris.*

CVſtodit Dominus animas eorum. Pſal.96.10.

Filij ſeruorum tuorum habitabunt,& ſemen eorum in ſeculum dirigetur. 101.29.

Perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ſeruus tuus ſum. 142.12.

Ecce intelliget ſeruus meus,& exaltabitur,& eleuabitur,& ſublimis erit valde. Eſa.52.13.

Nunc liberati à peccato, ſerui autem facti Deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. Rom.6.22.

## *Seruus malus profectum Domini negligit.*

QVis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei? Iob.21.15.

Qui vnum acceperat, abiens, fodit in terram,& abſcõdit pecuniam Domini ſui. Matt.25.18

Huiuſcemodi Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Roma.16.18

## *Malum pœnæ incurrit.*

SI dixerit malus ſeruus in corde ſuo, Moram facit Dñs meus venire,& cœperit percutere conſeruos ſuos manducet autẽ & bibat cum ebrioſis, veniet Dominus ſerui illius in die qua non ſperat,& hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Matt.24.48

Ille ſeruus qui cognouit voluntatem dñi ſui, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autem nõ cognouit & fecit digna plagis vapulabit paucis. Luc.12.47.

## *Seruitus peccati in ſe vitioſa.*

AMen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Ioan.8.34.

Roma.6.16. An neſcitis quoniã cui exhibetis vos ſeruos ad obedien-
dum ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortẽ, ſiue
obeditionis ad iuſtitiam?

2.Pet.8.19. Libertatẽ illis promittentes, quũ ipſi ſerui ſint corruptio-
nis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.

### *Homini damnoſa.*

Ioan.8.35. SEruus non manet in domo in æternum.

Rom.6.12. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obe-
diatis concupiſcentiis eius.

Ibid.20. Quũ enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quẽ
ergo fructum habuiſtis, tunc in illis, in quibus nunc erubeſ-
citis. Nam finis illorum mors eſt.

### *Seruitus humana oneroſa.*

Gen.9.24. EVigilans Noe ex vino, quũ didiciſſet quæ fecerat ei fi-
lius ſuus minor, ait: Maledictus puer Chanaã, ſeruus
ſeruorum erit fratribus ſuis.

25.23. Duæ gẽtes ſunt in vtero tuo, & duo populi (ait Dominus
Rebeccæ) ex tuo ventre diuidentur. Populuſque populũ ſu-
perabit, & maior ſeruiet minori.

47.19. Eme nos in ſeruitutẽ regiam, & præbe ſemina, ne pereun-
te cultore, redigatur terra in ſolitudinem.

Prou.12.24. Manus fortiũ dominabitur: quę autẽ remiſſa eſt, tributis

1.Cor.7.23. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. (ſeruiet.

### *Seruus bonus fideliter operatur.*

Prou.14.15. FIlio doloſo nihil erit boni, ſeruo autem ſapienti proſpe-
ri erunt actus, & dirigetur via eius.

17.2. Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis.

Eccle.10.28. Seruo ſenſato liberi ſeruient.

Epheſ.6.5. Serui obedite dominis carnalibus cũ timore & tremore,
in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculũ ſer-
uientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti.

Colloſſ.3.21. Serui obedite per omnia Dominis carnalibus, nõ ad ocu-
lũ ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate
cordis timentes Deum. Quodcunque facitis ex animo ope-
ramini, ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes quod à
Domino accipietis retributionẽ hæreditatis.

1.Tit.6.1. Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni ho-
nore dignos arbitrẽtur ne nomẽ Dñi & doctrina blaſpheme-
tur. Qui autẽ fideles habent dominos, non contemnãt, quia
fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti.

Seruos



Seruos Dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, Tit.2.9.
non contradicentes, non fraudantes, ſed in omnibus fidem
bonam oſtendentes.

Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, 3.1.
dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.

Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantũ 1.Pet.2.18.
bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

### *A Domino ſuo vtiliter remuneratur.*

ACceptus eſt regi miniſter intelligens. Prou.14.35.

Vides vt prõpti ad gerendum negotia in aulis regum 22.29.
miniſtrant, & non apud priuatos aut obſcuros.

Non lędas ſeruum in veritate operantẽ, nec mercenariũ Eccleſ.7.22.
dantem animam ſuam.

Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua: nõ defrau- Ibid.23.
des illum in libertate, neque inopem derelinquas illum.

Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua. Si læſeris 33.31.
eum iniuſtè, in fugam conuertetur.

Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas, ſciẽ- Epheſ.6.9.
tes quia illorum & veſter Dominus eſt in cælis: & perſonarũ
acceptio non eſt apud eum.

Domini, quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate, ſciẽ- Colloſſ.4.1.
tes, quoniam & vos Dominum habetis in cœlo.

### *Seruus malus oſcitanter operatur.*

CIbaria, & virga, & onus aſino: Panis & diſciplina, & opus Eccleſ.33.25
ſeruo. Operatur in diſciplina, & quærit requieſcere, laxa
manum illi, & quærit libertatem.

### *A Domino decenter coartatur.*

SEruus verbis, non poteſt erudiri: quia quod dicis, intelli- Prou.29.19
git, & reſpondere contemnit.

Qui delicatè à pueritia ſua nutrit ſeruũ ſuum, poſtea ſen- Ibid.21.
tiet eum contumacem.

Iugũ & lorũ ceruicẽ ſubigunt, neruus & tormenta ſeruũ Eccleſ.33.27
malitioſum. Mitte illũ in opus, ne vacet: otium.n. multa vitia
docuit. Adige eum ad opus quod officiũ eius poſtulat: quòd
ſi non obaudierit ſuis, graua illum compedibus.

*Siba: vide Ziba.*

*Siceleg: vide Ziceleg.*

*Sichem filius Hemor Dinam rapit, & concubit cum illa Gen.34.2. necatur.34.26.*

 Signa

## Signa futurorum.

Gen.9.12. HOc eſt ſignum fœderis quod do inter me & vos,& ad omnē animā viuētē quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas arcum meum(.i.itidem,) ponā in nubibus & erit ſignum fœderis inter me,& inter terram.

Exod.31.13. Videte vt ſabbathum meum cuſtodiatis,quia ſignum eſt inter me & inter vos in generationibus veſtris.

Ioſ.2.18. Exploratores miſſi à meretrice Raab in vrbē Hyericho dixerunt ad eū,Innoxij erimus à iuramēto hoc,quo adiuraſti nos ſi ingredietibus terrā,ſignū fuerit funiculus,iſte coccineus , & ligaueris eum in feneſtra per quam demiſiſti nos.

1.Reg.2.34. Hoc autē erit vobis ſignum quod venturum eſt duobus filiis Ophni,& Phinees in vno die morientur ambo.

Cap.10.2. Hoc tibi erit ſignum quia Deus vnget te,in principē cum abieris hodie à me inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel,in finibus Beniamin in meridie,dicentque tibi. Inuentæ ſunt aſinæ ad quas ieras perquirendas,& intermiſſis pater tuus aſinis,ſollicitus eſt pro vobis.

2.Reg.5.24. Cùm audieris ſonitum gradientis in cacumine pirorum tunc inibis prœlium,quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam vt percutiat caſtra Phyliſtiim.

4.Reg.19.29 Tibi autem Ezechia hoc erit ſignum,comede hoc anno quæ repereris,in ſecundo autem anno quæ ſponte naſcuntur,porrò in tertio anno ſeminate,& metite,plantate vineas & comedite fructum earum.

Eſa.38.7. Hoc autem tibi erit ſignum à Domino quia faciet Dñs quod locutus eſt,ecce ego reuerti faciem vmbram linearū per quas deſcēderat in Horologio Achaz,in ſole retrorſum decē lineis & reuerſus eſt ſol decē lineis per gradus quos deſcenderat,Tob.5.3.

Lucæ.2.12. Et hoc vobis ſignum inuenietis,infantem pannis inuolutum & poſitum in præſepio.

## Signa in memoriam præteritorum.

Exod.12.3. LOquimini ad vniuerſum cætum filiorum Iſrael,& dicetis illis:decima dies mēſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias & domos ſuas.

Num.15.38. Loquere filiis Iſrael & dices ad eos,vt faciāt ſibi fimbrias per Angelos palliorum ponentes in eis vitas hyacinthinas, Cap.16.38.

Dixitque



Dixitque Dominus ad Moyſen. Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij,vt ſeruetur ibi in ſignum filiorū Iſrael,& quieſcant querelæ eorum à me ne moriantur. Ioſ. Cap.4.6. Cap.17.10.

## Signa & miracula fiunt vt per ea omnipotentia, veritas,iuſtitia & bonitas Dei, innoteſcat.

MOyſes tribus ſignis à Deo acceptis in Ægyptū cum vxore proficiſcitur dixitque ad eum.Quid eſt quod tenes in manu tua?Reſpondit.Virga 6. Dixitque Dominus rurſus, mitte manum tuā in ſinum tuum, quā cum miſiſſet in ſinū protulit leproſam inſtar niuis.Retrahe ait,manum tuā in ſinum tuum.Retraxit & protulit iterum,& erat ſimilis carni reliquæ.17.Virgam quoque hanc ſume in manu tua in qua facturus es ſigna. Exod.4.2.

Audiui murmurationes filiorum Iſrael,loquere ad eos: veſpere comedetis carnes & manè ſaturabimini panib. ſcietiſque quod ego ſum Dominus Deus veſter. Cap.16.12.

Hæc igitur dicit dominus Deus,in hoc ſcies quod ego ſum Dominus ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt aquam fluminis & vertetur in ſanguinem. Cap.7.17.

In hoc(inquit Ioſue)ſcietis ꝙ dñs Deus viuens in medio veſtri eſt,& diſperdet in cōſpectu veſtro Chananæum, Hethæum,Hæneum & Pherezæum,Gegeſæum quoque & Ieduſæum & Amorrheum.14.Ecce Arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanē,&c.Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis,vt tranſiret Iordanem & ſacerdotes qui portabant Arcam fœderis pergebant ante eum. Ioſu.3.10.

Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael:hydria farinæ nō deficiet nec lechytus olei minuetur vſque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ. 3.Reg.17.14.

Cecidit autē ignis dñi & vorauit holocauſtum,& ligna, & lapides,puluerē quoque & aquā quæ erat in aquæductu lābens,ꝙ cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciē ſuam,& ait,Dñs ipſe eſt Deus,Dñs ipſe eſt Deus, Cap.20.13.14.28. Cap.18.38.

Cumque rex audiſſet ſermonem hominis Dei,quem inclamauerat,contra altare in Bethel,extendit manum(Hic roboam)de altari dicens:apprehendite eum & exaruit manus eius quam extenderat contra eum, nec valuit eam retrahere ad ſe. 3.Reg.13.4.

4.Reg.5.14. Deſcendit(Naaman leproſus,)& lauit in Iordane ſepties
iuxta ſermonem viri Dei,& reſtituta eſt caro eius,ſicut ca-
ro pueri paruuli & mundatus eſt.
Cap.20.9. Cui ait Eſaias,hoc erit ſignum à Domino quod facturus
ſit Dominus ſermonem quem locutus eſt.Vis vt deſcendat
vmbra decem lineis,an vel reuertatur totidem gradibus
Matth.8.26 Et dicit eis Ieſus:Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc
ſurgens imperauit ventis,& mari, & facta eſt tranquilitas
magna.
Cap.9.2. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et
videns Ieſus fidem illorum dixit paralytico.confide fili , re-
mittuntur tibi peccata tua.
Cap.14. 28. Reſpondẽs autẽ Petrus dixit:domine ſi tu es,iube me ve-
nire ad te ſuper aquas.Et ipſe ait:Veni.Et deſcendẽs Petrus
de nauicula,ambulabat ſuper aquam vt veniret ad Ieſum.

*Sion rex Amorrhæorum concedere noluit vt Iſrael tranſi-*
*ret per fines ſuos,*Nume.21.23.*Deut.*2.30.*percuſſus eſt more gla*
*dio,Nume.*21.24.

*Silas cum* Paulo *mittitur Antiochiam* .Act.15.27.*Profectus*
*eſt cum* Paulo.15 40.*remanſit Berroeæ*.17.14.

## *Silere eſt valde vtile.*

Prou. 17.27. QVi moderatur ſermones ſuos doctus & prudens eſt,
& pretioſi Spiritus vir eruditus.
Ecceleſ.3.7. Tempus tacendi,& tempus eſt loquendi.
Cap.20.6. Eſt autem tacens non habens Spiritum loquelæ,& eſt ta-
cens ſciens tempus apti temporis.
Eccleſ.29.6. Et in tempore redditionis poſtulabit tempus,& loquetur
verba tædij & murmurationum & tempus cauſabitur.
Cap.32.12. In multis eſto quaſi iuſtus,& audi tacens ſimul & quærens.

## *Simonia.*

Matth.10.8. GRatis accepiſtis,gratis date.
Act.8.18. Cùm vidiſſet Simon,quia per impoſitionem manus A-
poſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecu-
niam,dicens:Date & mihi hanc poteſtatem , vt cuicunque
impoſuero manus,accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autẽ
dixit ad eum,Pecunia tua tecum ſit in perditionem quoniã
donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.

Paulo



## *Pænis grauibus percutitur.*

NVnc igitur accepiſti argentum,ſed & lepra Naaman 4.Reg.5.26.
adhærebit tibi,& ſemini tuo.Et egreſſus eſt ab eo le-
proſus quaſi nix.
Non eſt tibi pars,neque ſors in ſermone iſto , Cor enim Actuũ.8. 22.
tuum non eſt rectum coram Deo,Pœnitentiam itaque age
ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi
hæc cogitatio cordis tui.

*Silo locus eſt in quo fuit domus Dei,Ioſue* 18.1.*Iudic*.18.31.✠
20.18.1 *Reg.*1.3.*conuenerunt omnes in Silo propter* R*ubenitas*
*Ioſue* 22.12.*de Silo affertur arca*,1.Re.4.4.*Ier* 7.12.✠26.6.

*Simeon naſcitur* Gen.29.33.*interficit cum* L*eui Sichemitas,*
34.25.*eam ob rem arguuntur à patre*,49.5.*in vinculis tenetur*
*in Aegypto*.42.25.

*Simon in Bethania excipit Dominum,Matth*.26.6. Marc.
14.3.Ioan.12.1.

## *Simplicibus & abiectis hominibus reuelat Deus ſub-inde ſuum verbum,& abſcondit illud ſapientibus in oculis ſuis.*

ET audient in die illa ſurdi verba libri,& de tenebris & Eſa.29. 18.
caligine oculi eorum videbunt.24.Scient errantes ſpiri
tum intellectum,muſitatores diſcent legem.
Cor ſtultorum intelligit ſcientiam & lingua balborũ velo Cap.32.4.
citer loquetur & planè.
Inuentuſq́; eſt in ea(ciuitate)vir pauper & ſapiens,& libe Eccleſ.9 .15.
rauit vrbem per ſapientiam ſuam,& nullus deinceps recor
datus hominis illius pauperis.
Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos,& claritas Dei Luc.2.9.
circumfulſit illos,& timuerunt timore magno.15.Et factum
eſt vt diſceſſerunt ab iis Angeli in cœlum,paſtores loquebã
tur ad inuicem.Tranſeamus vſque Bethleem & videamus
hoc verbũ quod factum eſt quod Dominus oſtendit nobis Cap.5.8.
Quod cùm videret Petrus,excidit ad genua Ieſu dicẽs,
Exi à me quia homo peccator ſum Domine.
In ipſa hora exultauit ſpiritu & dixit,Confiteor tibi pa- Cap.10. 21.
ter Domine cœli & terræ,quod abſcõdiſti hæc à ſapientib.
& prudentibus & reuelaſti ea paruulis,& pater mi,quia ſic
placuit ante te.Idem habetur Matth.11.25.
Videntes autẽ Petri conſtantiam, & Ioãnis comperto ꝙ Act.4.13.

 homines

homines eſſent ſine literis,& idiotæ admirabātur,& cognoſcebant eos quoniam cum Ieſu fuerant.

1. Cor.1. 20. Vbi Sapiēs? vbi Scriba? vbi conquæſitor huius ſæculi nōne ſtultā fecit Deus ſapiētiā huius mundi? nam quia in Dei ſapiētia nō cognouit mundus per ſapiētiā Deū,placuit Deo per ſtultitiā prædicationis ſaluos facere credentes.

Cap.2.1. Et ego cùm veniſſem ad vos fratres,veni nō in ſublimitate ſermonis aut ſapiētiæ,annuntiās vobis teſtimoniū Chriſti.

## Simplex & rectus.

Gen.20.6. DIxitque ad Abraham Deus: Et ego ſcio quod ſimplici corde feceris,& ideò cuſtodiui te ne peccares in me & non dimiſi te vt non tangeres eam.

Iob.1.8. Dixitque dn̄s ad eum(Sathanam)nūquid conſideraſti ſeruum meum Iob quod non ſit ei ſimilis in terra,homo ſimplex,& rectus,ac timens Deum,& recedens à malo?

Matt.10.16. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum, eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ.

Rom.16. 17. Rogo autem vos fratres vt obſeruetis eos qui diſſentiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſti faciunt,& declinate ab illis,huiuſmodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt ſed ſuo ventri,& per dulces ſermones,& benedictiones ſeducunt corda innocentum.

Epheſ.6.5. Serui obedite Dominis carnalibus,cùm timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri ſicut & Chriſto.

Colloſ.3. 22. Serui obedite per omnia Dominis carnalibus non ad oculum ſeruientes,quaſi hominibus placentes,ſed in ſimplicitate cordis timentes Deum.

## Simulatio & Hipocryſis cauenda.

Eccl. 1.36. NE ſis incredibilis timori Domini,& ne acceſſeris ad eum duplici corde.

Eſa.32.6. Stultus.n.fatua loquitur & cor eius faciet iniquitatem vt perficiat ſimulationē,& loquatur ad dominum fraudulēter, & vacuā faciat animā eſurientis,& potum ſitienti auferat.

Hyer.9.6. Habitatio tua(Iſrael)in medio doli,in dolo renuerūt ſcire me dicit Dominus.&c.8.Sagitta vulnerans lingua eorū, dolum locuta eſt,in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur & occultè ponit ei inſidias.

Iob.15.34. Congregatio enim Hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

Non



2.Mat.6.24 Non enim ætati noſtræ dignū eſt (inquit Eleazarus) fingere,vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorū tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicū corruptibilis vitæ tempus decipiātur,& per hoc maculam , atque execrationē meæ ſenectuti conquiram, Matt.23.*

## Sobrietas, vide Temperantia.

## Societas bonorum quærenda, malorum vitanda.

CVmque eſſet manè,cogebant eum (Loth Angeli dicentes: Surge tolle vxorem tuam,& duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis , diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius,& manum vxoris, & duarum filiarum eius,eò quod parceret Dominus illi. Gen.19.15.

Caro quæ aliqd tetigerit immundū non comedetur, ſed comburetur igne,qui fuerit mundus veſcetur ex ea , &c. Leuit.7.19.

Surrexitq; Moyſes,& abiit ad Dathā & Abyrō & ſequentibus eū ſenioribus Iſrael dixit ad turbā: recedite à tabernaculo hominum impiorum iſtorū, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne inuoluamini peccatis eorum.cap.25. 4. Num.16.25.

Si volueritis gentium harū quæ inter eos habitant errori bus adhærere,& cum eis iungere cōnubia,atq; amicitias copulare,iam nunc ſcitote quod dominus Deus veſter nō eas deleat ante faciem veſtram,ſed ſunt vobis in laqueum,& offendiculum ex latere veſtro,& ſudes in oculis veſtris,donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima,quam tradidit vobis (Iſraelitis.) Ioſue.23.12.

Cui (Ioſaphat) occurrit Iehu filius Hannani videns & ait ad eum.Impio præbes auxiliū,& his qui oderunt Dominū amicitia iungeris,& idcirco irā dn̄i merebaris,ſed bona opera inuenta ſunt in te eò quod abſtuleris lucos de terra Iuda , & præparaueris cor tuum vt requireres Dominum Deum patrum veſtrorum.&c. 2.Para.19.2.

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nō cogitarem quidem de virgine. Iob.31.1.

Non ſedi cum conſilio vanitatis,& cum iniqua gerentibus non introibo.8.Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Pſalm.25. 4.

Noli æmulari in malignātibus,neque zelaueris facientes iniquitatem. 36.1.

Fili

*Prouer.* 1.10. Fili mi ſi te lactauerint peccatores non acquieſcas eis.
*Cap.* 4. 14. Ne delecteris in ſemitis impiorũ, nec tibi placeat malorũ via, fuge ab ea, nec trãſeas ꝑ illã, deſere illã, & declina ab ea.
*Cap.*6.25. Nõ cõcupiſcat pulchritudinem eius cor tuum vt capiaris nutibus eius, precium enim ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri precioſam animam capit.
*Cap.*13. 20. Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficitur.
*Cap.* 20. 19. Et qui reuelat myſteria & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua ne commiſcearis.
*Cap.* 22.10. Eiice deriſorem & exibit cum eo iurgiũ, ceſſabuntq; cauſæ & contumeliæ. 24. Noli eſſe amicus homini iracundo neque ambules cum viro furioſo.
*Cap.*23. 6. Ne comedas cũ homine inuido, & ne deſideres cibos ei⁹, 17. Nõ ęmuletur cor tuũ peccatores, ſed in timore Domini eſto tota die.
*Cap.* 24. 1. Ne æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis.
21. Time Dominum fili mi, & regem, & cum detractoribus non commiſcearis.
*Cap.* 29.27. Abominantur iuſti virum impium, & abominantur impij eos qui in recta ſunt via.
*Ierem.* 16.8. Domum conuiuij non ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas & bibas.
*Eccleſ.* 6. 35. In multitudine presbyterorum prudentiũ ſta, & ſapiẽtiæ illorum in corde cõiungere, vt omnẽ narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.
*Cap.*8. 1. Nõ litiges cũ homine potenti, ne fortè incidas in manus illius. 18. Cum audace non eas in via ne fortè grauet mala ſua in te, ipſe enim ſecundum voluntatem ſuam vadit & ſimul cum ſtultitia ſua peries.
*Cap.* 9.21. Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudentibus tracta.
*Cap.*13.1. Qui tetigerit picẽ inquinabitur ab ea, & qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. 20. Omnis caro ad ſimilem ſibi cõiungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabit᷑. ca.12.10.
*Tob.* 1. 5. Deniq; cũ irẽt oẽs ad vitulos aureos, quos Hyroboã fecerat rex Iſrael, hic (Tobias) ſol⁹ fugiebat cõſortia omniũ, &c.
*Act.* 19. 9. Cùm autẽ quidã indurarẽtur vt non crederent maledicẽtes viã Domini coram multitudine diſcedens ab eis, ſegregãt diſcipulos quotidie diſputãs in ſchola tyrãni cuiuſdam.
2.*Cor.* 6.14. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio



tio iuſtitiæ cum initate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras?
Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis autem redarguite. *Epheſ.*5. 11.
Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit, reddet illi Dominus ſecundum opera eius. &c. 25. quem & tu deuita. 2.*Tim.*4. 14.
Et audiui vocem aliã de cœlo dicentẽ: Exite de illa Babylone) populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. *Apoc.* 18.4.

*Sodoma & Gomorrha amœniſsimo loco ſita*, Gen.13 10. *ſpoliantur*, Gen.14.11. *ſubuertũtur à Domino*, Gen.19.25. *Deut.*29. 23. *Sap.*10.6.7. *ſecundum verba Domini*, 18. 20. *cauſa Ezech.* 16.49.

## *Sol & Luna creantur.*

DIxit autem Deus fiant luminaria in firmamento Cœli & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in Firmamento cœli, & illuminent terram, & factum eſt ita. *Gen.*1. 14.

## *Steterunt ad imperium Ioſue.*

TVnc locutus eſt Ioſue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in cõſpectu filiorũ Iſrael, dixitq; coram eis. Sol cõtra Gabaon ne mouearis, & Luna cõtra vallem Aialon, ſteteruntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe Gedeon de inimicis ſuis. *Ioſ.*10. 12.

## *Retroceſſit Sol 10. gradibus ad petitionem Ezechiæ, & preces Eſaiæ.*

INuocauitq; Eſaias propheta Dominum, & reduxit vmbram (Solis) per lineas quibus iam deſcenderat in Horologio Achaz retrorſum decem gradibus. 4.Reg.20.11.

## *Amittit lumen ſuum.*

A Sexta autẽ hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam. Idem teſtatur Marc. 15.33. Item Luc.23.44. *Matt.*27.45.

## *Sollicitudo nimia improbanda.*

SEx diebus operaberis, & ſeptimo die ceſſabis arare & metere. *Exo.*34. 21.
Afflixit te penuria & dedit tibi cibũ manna, quod ignorabas *Deut.* 8.3.

bas tu & patres tui vt oſtenderet tibi quod nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.

Iob.7.17. Quid eſt homo quia magnificas eum , aut quid apponis erga eum cor tuum. 18. Viſitas eum diluculo,& ſubito probas illum.

Pſal. 54.23. Iacta ſuper Dominum curam tuam,& ipſe te enutriet,& non dabit in æternum fluctuationem iuſto.

144.15. Oculi omnium in te ſperant Domine,& tu das eſcam illorum in tempore oportuno,aperis tu manum tuã , & imples omne animal benedictione.

Prou. 10.3. Non afliget Dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet.

Cap. 13.15. Iuſtus comedet,& replebit animam ſuam , venter autem impiorum inſaturabilis.

Leuit.25.20. Quod ſi dixeritis,quid comedemus anno ſeptimo, ſi nõ ſeruerimus neque colligerimus fruges noſtras.

Matt. 6.25. Ideò dico vobis ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis,neq; corpori veſtro quid induamioi, nonne anima veſtra plus eſt quàm eſca?& corpus pluſqũam veſtimẽtũ,

Cap.10.9. Nolite poſſidere aurum,neque argentum , neque pecuniam in zonis veſtris.

Luc. 8.14. Quod aũt in ſpinas cecidit hi ſunt qui audierunt,& à ſolicitudinibus,& diuitiis,& voluptatibus vitę eũtes ſuffocãt & non referunt fructum. Idem Matt. 13.22. habetur.

Cap.12.22. Ideo dico vobis nollite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid mãducetis,neq; corpori veſtro quid induamini , anima plus eſt quàm eſca,& corpus plus quàm veſtimentum.

Cap. 14.18. Et cœperunt ſimul omnes excuſare , Primus dixit villam emi & neceſſe habeo videre illam,rogo te habe me excuſatum. cap.21.31.

Matth.16.7. At illi cogitabant inter ſe dicentes quia panes nõ accepimus ſciens autem Ieſus dixit (diſcipulis) Quid cogitatis inter vos modicæ fidei quia panes non habetis?

1.Cor. 7.32. Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe,qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo , qui autem cum vxore eſt ſollicitus eſt quæ mundi ſunt,quomodo placeat vxori & diuiſus eſt.cap.21.31.

Philip. 4.6. Nihil ſoliciti ſitis,ſed in omni oratione , & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

Hu



Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei,vt vos exaltet in tempore viſitationis,omnem veſtram ſolicitudinem proiicientes in eum,quoniam ipſi eſt cura de vobis. 1.Pet.5.7.

Sint mores ſine auaritia,contenti præſentibus , ipſe enim dixit non te deſeram,neque derelinquam. Hebr. 13.5

## *Somnia & Viſiones quibus olim Deus ſuam voluntatem aperiebat.*

VEnit autem Deus ad Abimelech per ſomnium nocte & ait illi: En morieris propter mulierem quam tuliſti,habet enim virum. Gene. 20.3.

Viditq; ( Iacob ) in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terrã & cacumen illius tãgens cœlum, Angelos quoq; aſcendẽtes & deſcendentes per eam,& Dominum innixum ſcalę dicentẽ ſibi.Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui ,& Deus Iſaac,terram in qua dormis tibi dabo & ſemini tuo. Cap.28.12

Viditque (Laban Iacob fugientem quem inſequitur ) in ſomnis dicentem ſibi Dominus : Caue ne quicquam aſperè loquaris contra Iacob,cap.37.5.cap.40.8. Cap. 31.24.

Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium, putabat ſe ſtare ſuper fluuium de quo aſcendebant boues ſeptem pulchræ & graſſæ nimis,& paſcebantur in locis paluſtribus. Cap.41.1.

Profectúſq; Iſrael cũ omnibus quæ habebat, venit ad puteũ iuramenti,& mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac audiuit eum per viſionẽ nocte vocantem ſe & dicentẽ ſibi Iacob,Iacob,cui reſpondit: Ecce adſum. Ait illi Deus , Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui,noli timere, deſcẽde in Ægyptum,quia in gentem magnam faciam te ibi. Cap. 46.2.

Dixit Deus ad eos (Aaronem & Mariã ſororẽ Moyſis) audite ſermones meos : ſi quis fuerit inter vos propheta Dñi, in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad eum. &c. Num. 12.6

Cúmq; veniſſet Gedeõ narrabat aliquis ſomniũ proximo ſuo,& in hunc modũ referebat quod videbat : Vidi ſomniũ & videbatᷣ mihi quaſi ſubcinericius panis , ex hordeo volui & in caſtra Madiã deſcẽdere,cùmq; perueniſſet ad tabernaculũ,percuſſit illud,atq; ſubuertit,& terræ funditus coęquauit: Reſpõdit is cui loquebatur,nõ eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraelitę,tradidit enim Dominus in manu eius Madian, & omnia caſtra eius. Cùmque audiſſet Iudic. 7.13.

Gedeon

Gedeon ſomnium,& interpretationẽ eius adorauit & reuer-
ſus eſt ad caſtra Iſrael,& ait:Surgite tradidit enim Dominus
in manus noſtras caſtra Madian.1.Reg.3. 8. 11.

*Cap.* 28. 6. Cõſuluitq́; (Saul) Dominum & nõ reſpõdit ei,neque per
ſomnia,neque per Sacerdotes,neque per Prophetas.

2. Reg. 7.4. Dixitq́; Nathan ad regem:Omne quod eſt in corde tuo,
vade quia Dominus tecum eſt. Factum eſt autem in illa
nocte & ecce ſermo Domini ad Nathan dicens:Vade & lo-
quere ad ſeruum meũ Dauid.Hæc dicit Dominus, nunquid
tu ædificabis mihi domum ad habitandum?

3. *Reg.* 3. 5. Abiit itaq; (Salomon) in Gabaon vt immolaret ibi, illud
quippe excelſum maximũ,mille hoſtias obtulit in holocau-
ſtum Salomon ſuper altare illud in Gabaon. Apparuit autẽ
dñs Salomoni ꝑ sõniũ nocte dicẽs:Poſtula ꝙ vis vt dẽ tibi.

I*ob*.7.4 Terrebis me per ſomnia,& per viſiones horrore cõcuties

*Cap*.33. 15. Semel loquitur Deus per ſomnium in viſione nocturna
quando irruit ſopor ſuper gentes,& dormiuit in lectulo.

*Dan*.2.1. In anno ſecundo regni Nabuchodonoſor,vidit Nabucho
donoſor ſomnium & cõterritus eſt ſpiritus eius, & ſomniũ
eius,fugit ab eo.

*Cap*.7.✠ Viſio Danielis de quatuor beſtiis, quatuor regna deſi-
gnantibns.&c.2.Mach.15.11.14.de Onia orante pro populo.

M*atth*.1.20. Hæc autem eo cogitãte,Ecce Angelus Domini apparuit
in ſomnis Ioſeph dicens,Ioſeph fili Dauid,noli timere acci-
pere Mariam coniugem tuam,quod enim in ea natum eſt,
de ſpiritu ſancto eſt.

C*ap*.2.12. Et reſpõſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodẽ,per
aliã viam reuerſi ſunt in regionẽ ſuam,qui cum receſſiſſent
ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicẽs:Sur-
ge & accipe puerum & matrẽ eius,& fuge in Ægyptum, &
eſto ibi vſque dum dicam tibi.

*Act*.16 .9. Cum autẽ pertranſiſſent Myſiam deſcenderunt Troadẽ
& viſio per noctẽ Paulo oſtenſa eſt. Vir Macedo quidam e-
tat ſtans ac deprecans eum & dicens, tranſiens in macedo-
niam adiuua nos.

C*ap*. 18. 9. Dixit autẽ Dominus nocte in viſione Paulo: noli timere
ſed loquere, & ne taceas, propter quod ego ſum tecum,
& nemo apponetur tibi,vt noceat te, quoniam populus eſt
mihi multus in hac ciuitate.

C*ap*.23.11. Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus ait: cõſtãs
eſto



eſto:ſicut enim teſtificatus es Deũ in Hieruſalẽ,ſic te opor-
tet & Romę teſtificari Cap. 7.

Aſtitit.n. mihi hac nocte angelus Dei cuius ſum ego & C*ap*.27. 23.
cui deſeruio dicẽs:ne timeas Paule,Cęſari te oportet aſſiſte-
re & ecce donauit tibi Deus oẽs homines qui nauigãt tecũ

### *Somnia & viſiones qua non conueniunt cum doctrina Chriſti & eccleſiæ ſunt contemnenda.*

*Deut*.13.1.

SI ſurrexerit in medio tui ꝓphetes aut ꝗ sõniũ ſe vidiſſe
dicat,& prædixerit ſignũ atque portentũ, & euenerit qđ
locutus eſt,& dixerit tibi eamus, & ſequamur Deos alienos
quos ignoras & ſeruiamus eis,non audies verba prophetæ
illiꝰ aut sõniatꝰ ꝗa tẽtat vos dñs Deus veſter,vt palã fiat vt
diligatis eũ an nõ,in toto corde veſtro,et ĩ tota anima veſtra *Eccl*.34.1.

Vna ſpes & mendaciũ viro inſenſato, & ſomnia extollũt
imprudentes quaſi qui apprehendit vmbrã & perſequitur vẽ
tum ſic qui attendit ad viſa mendacia.&c.* H*iere*. 23.16

Hæc dicit Dñs exercituũ,nolite audire verba ꝓphetarũ
ꝗ prophetãt vobis,& decipiunt vos,viſionẽ cordis ſui loquũ
tur & nõ de ore Dñi.25.Audiui q̃ dixerunt ꝓphetæ prophe
tantes in nomine meo mẽdaciũ atq; dicentes.Sõniaui, ſom-
niaui.Vſquequo iſtud eſt in corde prophetarũ vaticinãtium
mendacium,& prophetantium ſeductiones cordis ſui?&c. C*ap*.29.8.

Hœc dicit Dñs exercituũ Deus Iſrael non vos ſeducant
prophetæ veſtri qui ſunt in medio veſtrũ, & diuini veſtri &
attendatis ad ſomnia veſtra q̃ vos ſomniatis, quia falſo ipſi
ꝓphetãt vobis in nomine meo, & non miſi eos dicit Dñs.

### *Obſeruatio prophana.*

NOn augurabimini nec obſeruatis ſomnia. L*euit*.19.26.

Et ſicut parturiẽtis cor tuũ phãtaſia patitur,niſi ab altiſſi- *Eccl*.34.6.
mo fuerit emiſſa viſitatio,ne dederis in illis cor tuũ: multos
enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperãtes in illis.

*Sorobabel filius* Salathiel 2. *Eſd*.12.1.Matt 1.13. *Luc*.3.27.*in-
ſtaurat templũ Domini* Ieroſolimis,1.*Eſdr*.3.3.3.*Eſd*.5.70.*Eccl*.
49.13.*genuit* Abiud.*Mat*.1 13.

### *Sorores Chriſti:Vide fratres.*

### *Sors.*

PLuribus maiorem partẽ dabis & paucioribus minorẽ ſin- N*um*. 26.55
gulis ſicut nũc recẽſiti ſunt traditur poſſeſſio ita dũtaxat
vt ſors terrã tribubꝰ diuidat & familiis. Leuit.16. 8.Nu.17.*

Cap. 33. 54. Ego enim dedi vobis illã (terrã Chanaam) in poſſeſſionẽ quã diuidetis vobis ſorte, pluribus dabitis latiorẽ, & paucioribus anguſtiorem, ſingulis vt ſors ceciderit ita tribuetur hæreditas. Ioſu. 7. 16.

Ioſue. 18. 10. Itaque perrexerũt (viri à Moyſi miſſi) & luſtrãtes eã (terrã) in ſeptẽ ꝑtes diuiſerũt ſcribẽtes in volumine, reuerſiq; sũt ad Ioſue in caſtra Silo, q miſit ſortes corã Dño in Silo diuiſitq́ue terrã filiis Iſrael in ſeptem partes. Idem. 1. Para. 2. 5. 8.

1. Reg. 10. ✠ Vngitur Saul in regẽ à Samuelle datis ac ſuccedentibus ſignis, prophetat inter ꝓphetas & miſſis ſortibus à Samuelle confirmatur in regem, &c. Cap. 14. 42.

2. Eſdræ. 11. 1 Habitauerunt autẽ principes populi in Hyeruſalẽ, reliqua vero plebs miſit ſortẽ, vt tollerẽt vnã partẽ de decẽ qui habitaturi eſſent in Hyeruſalem ciuitate ſancta, nouem vero partes in ciuitatibus.

Prou. 16. 33. Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.

Cap. 18. 18. Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat. Ezech. 21. 19.

Ionæ. 1. 7. Et dixit vir ad collegã ſuum, Venite & mittamus ſortes & ſciamus quare hoc malum ſit nobis, & miſerunt ſortes, & cecidit ſors ſ(u)per Ionam.

Act. 1. 26. Et dederunt ſortes eius & cecidit ſors ſuper Mathiam & annumeratus eſt cum vndecim.

*Soſipater comes Pauli. Act. 20. 4.*

*Soſthenes princeps Sinagogæ percutitur. Act. 18. 17.*

## *Spes iuſtorum non temporalibus rebus, ſed in Deo, eiuſque promiſſionibus fundatur.*

Gen. 26. 4. ET multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cęli, daboq; poſteris tuis vniuerſas regiones has, & benedicã in ſemine tuo oẽs gẽtes terræ, eo q̃d obedierit Abrahã voci meę & cuſtodierit ꝑcepta atq; mandata mea, & cæremonias legeſq; ſeruauerit.

Iudic. 7. 2. Dixitq; Dñs ad Gedeõ, multus tecũ eſt populus, nec tradetur Madian in manu eius: ne glorietur cõtra me Iſrael, & dicat meis viribus lucratus ſum, dixitque dñs ad Gedeon, Adhuc populus multus eſt duc eos ad aquas & ibi probabo illos: de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipſe pergat, quem ire prohibuero, reuertatur.

1. Reg. 4. 3. Et reuerſus eſt populus (Iſrael) ad caſtra, dixerũtq; maiores natu de Iſrael, quare percuſſit nos hodie dñs corã Philyſtiim? Afferamus ad nos de Sylo Arcam fœderis Dñi & ve-





niat in mediũ nr̃i vt ſaluet nos de manu inimicorũ noſtrorũ.

Dixit aũt Dauid ad Philiſteũ, tu venis ad me cũ gladio, & haſta, & clipeo, ego autẽ venio ad te in nomine Domini exercituũ Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti hodie & dabit te Dominus in manu mea. cap. 22. 1. Cap. 17. 45.

Et accedẽs vnus vir Dei dixit ad regẽ Iſrael hæc dicit dominus. Quia dixerũt Syri Deus montiũ eſt dominus, & non eſt Deus vallium, dabo enim multitudinẽ hanc grandem in manu tua, & ſcietis quia ego ſum dominus. 3. Reg. 20. 28

Confortare & agamus viriliter pro populo noſtro, & pro vrbibus Dei noſtri, dominus autem quod in conſpectu ſuo bonum eſt faciet. 1. Par. 19. 13.

Vos ergo confortamini & non diſſoluãtur manus veſtræ, erit enim merces operi veſtro (ait Azarias ad regẽ Aſa.) 2. Par. 15. 7.

In tp̃e illo veniet Hanani propheta ad Aſam regẽ Iuda, & dixit ei. Qui habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in dño Deo tuo idcirco euaſit regis Syriæ exercitus de manu tua. Cap. 16. 7.

In nobis non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic multitudini reſiſtere quæ irruit ſuper nos, ſed cũ ignoremus quid agere debeamus hoc ſolũ habem⁹ reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te (Deus.) Cap. 20. 12.

Viriliter agite & cõfortamini nolite timere nec timeatis regẽ Aſſyriorũ: & vniuerſã multitudinẽ q̃ eſt cũ eo, multo. n. plures nobiſcũ sũt, q̃ cũ illo, cũ illo. n. eſt brachiũ carneũ nobiſcũ aũt De⁹ noſter q auxiliator eſt noſter pugnatq́; ꝓ nobis. 2. Par. 23. 7.

Audite me viri Iuda (ait Ioſaphat) & oẽs habitatores Hyeruſalem credite in domino Deo veſtro, & ſecuri eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient proſpera. Cap. 20. 20.

Et ſi corã hominib⁹ tormẽta paſſi sũt, ſpes illorũ immortalitate plena eſt. 9. q cõfidũt in illo intelligẽt veritatẽ, & fideles in dilectione acquieſcẽt illi qm̃ donũ & pax eſt dilectis eius. Sap. 3. 4.

Crede Deo & recuperabit te, & diriget viã tuam, & ſpera in illum, ſerua timorẽ illius, & in illo veteraſce. 12. Quis enim permãſit in mandatis eius & derelictus eſt? aut quis inuocauit illum, & deſpexit illũ? Eccl. 2. 6.

Humiliare Deo & exſpecta manus eius. Cap. 13. 9.

Et immutauit tẽpora & dies feſtos ipſorum, & in illis dies feſtos celebrauerunt ad horam. (nedicitur. Cap. 33. 9.

Spiritus timentium Deũ quæritur, & in reſpectu illius be Cap. 34. 14.

Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties cũ ex labiis charitatis meæ. Iudith. 9. 13.

1.Mac.3.18. Ait Iudas facile eſt concludi multos in manu paucorum
& non eſt differentia in conſpectu Dei cæli, liberare in multis & in paucis.

Pſal. 9. 11. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum quoniam non
dereliquiſti quęrentes te Domine.

12.6. Ego autem in miſericordia tua ſperaui, exaltauit cor meum
in ſalutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi, &
pſallam nomini Domini altiſſimi.

13.6. Quoniam Dominus in generatione ſua iuſtus eſt, conſilium inopis confudiſtis, quoniam Deus ſpes eius eſt.

21.5. In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt & liberaſti eos.
10. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab
vberibus matris meæ. (inimici mei.

24.2. Deus meus in te confido non erubeſcā, neque irrideāt me

30.2. Inclina ad me aurē tuā, accelera vt eruas me, eſto mihi in
Deū ꝓtectorē meū, & in domū refugij vt ſaluū me facias.

39.5. Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Pſal. 61.*

70.1. Deus Deus meus ad te de luce vigilo.

90.2. Dicit Domino ſuſceptor meus es tu, & refugium meum,
Deus meus ſperabo in eum.

113.9. Domus Iſrael ſperauit in Domino, adiutor eorum & protector eorum eſt. Qui timent Dominū ſperauerunt in Domino adiutor & protector eorum eſt.

141.6. Clamaui ad te Domine dixi tu es ſpes mea, portio mea
in terra viuentium.

145.5. Beatus cuiꝰ Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in dño Deo
ipſius qui fecit cœlū & terrā, mare & omnia quę in eis ſunt.

Prou.3.5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo & non innitaris prudentię tuæ.

Cap. 22.19. Vt ſit in Dño fiducia tua: vnde & oſtendi tibi eam hodie.

Cap. 28.25. Qui ſe iactat & dilatat iurgia concitat, qui vero ſperat in
domino ſanabitur.

Cap.30.5. Omnis ſermo Dei ignitus, clipeus eſt ſperantibus in ſe.

Eſa.26.4. Sperastis in dño in ſęculis æternis in dño forti in ꝑpetuū.

Cap. 29.19. Et addent mites in dño lætitiam & pauperes homines in
ſancto Iſrael exultabunt.

Cap.30.1. Væ filiæ deſertores dicit Dñs vt faceretis cōſiliū & nō ex
me & ordiremini telam & non per ſpiritū meū. 15. quia hæc
dicit Deus Iſrael, ſi reuertimini & quieſcatis ſalui eritis, in
ſilencio & in ſpe erit fortitudo veſtra.

Væ



Væ qui deſcendunt in Ægyptū ad auxiliū in equis ſperā- Cap.31.1.
tes & habātes ſuper quadrigis quia multa ſunt & ſuper equitibus quia præualidi nimis, & non ſunt confiſi ſuper ſanctū
Iſrael & dominum non requiſierunt.

Quod ſi reſponderis mihi in Dño Deo noſtro cōfidimus Cap.36.7.
nūc ipſe eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria, & dixit
Iuda & Hieruſalem, coram altari iſto adorabitis.

Deus ſempiternus dominus qui creauit terminos terræ Cap. 40. 28
non deficiet neque laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientię
eius qui dat laſſo virtutē, & his qui non ſunt fortitudinē &
robur multiplicat.

Quid niteris bonam oſtendere viam tuam ad quærendā Iere.2.33.
dilectionem, quæ inſuper & malitias docuiſti vias tuas.

Nolite confidere in verbis mendacij dicētes, templū do- Cap.7.4.
mini, templum domini, templum domini eſt.

Hæc dicit dñs, non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & nō Cap.9.23.
glorietur fortis in fortitudine ſua, & nō glorietur diues in
diuitiis eius, ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe
me, quia ego ſum dñs qui facio miſericordiam & iudicium,
& iuſtitiam in terra, hæc enim placent mihi ait dominus.

Benedictus vir qui cōfidit in dño, & erit dñs fiducia eius. Cap.17.7.

Liberabo te in die illa ait dominus, & non traderis in ma Cap.39.18.
nus virorum quos tu formidas, ſed eruens liberabo te, & gladio non cades, ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me
habuiſti fiduciam ait dominus.

Pars mea dñs dixit anima mea, propterea expectabo eum. Thren. 3.24.

Et ſcient oēs habitatores Ægypti quia ego dominus, pro Ezech.29.6.
eo quod fuiſti baculus arundineus domui Iſrael.

Et tu ad Deum tuum cōuerteris, miſericordiā & iudiciū Oſee.12.6.
cuſtodi & ſpera in deo tuo ſemper.

Nolite credere amico & nolite cōfidere in duce, ab ea Mic.7.5.
q̄ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. 7. Ego aūt ad
dominū aſpiciam, expectabo Deū ſaluatorē meū, audiet me
Deus meus. (ſperantes in ſe.

Bonus dominus & confortās in die tribulationis & ſciens Nahum.1.7.

Qui amat patrē aut matrē plus q̄ me, non eſt me dignus, Matt.10.37.
& qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.

In nomine eius gentes ſperabunt. Cap.12.21.

Quibus voluit Deus notas facere diuitias glorię ſacramēti Coll.1.27.
huius in gentibus quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ.

Gratias agamus Deo ſemper ꝓ omnibus vobis, memores 1.Theſſ.1.3.

 operis

operis fidei veſtræ & laboris & charitatis,& ſuſtinētiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti ante Deum & patrem noſtrum.

1.Tim.1.1. Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum imperium Dei ſaluatoris noſtri & Ieſu Chriſti ſpei noſtræ.

Cap.6.17. Diuitibus huius ſæculi præcipe non altum ſapere,neque ſperare in incerto diuitiarum,ſed in Deo viuo qui abundè præſtat nobis omnia ad fruendum.

1.Pet.1.13. Propter ꝙ ſuccincti lūbos mētis veſtræ ſobrij,perfectè ſperate ī eā,quę offert̄ vobis gratia in reuelationē Ieſu Chriſti.

Heb.3.6. Chriſtus verò tāquā filius in domo ſua,quæ domus ſum⁹ nos ſi fiduciā,& gloriā ſpei vſque ad finē firmū retineam⁹.

*Spes non facit ſecuros nec excludit timorem: Vide timorem.*

*Spes impiorum euaneſcet,& vana ſunt omnia in quibus confidunt.*

4.Reg.18.21 AN ſperas in baculo arundineo atque confracto Ægypto,ſuper quem ſi incubuerit homo cōminutus ingredietur manu eius,& perforabit eam,ſic & Pharao rex Ægypti omnibus qui ſperant in ſe.

Sap.5.15. Quoniam ſpes impij tanquā ſpuma gracilis quæ à procella diſpergitur &,tāquam fumus qui à vento diffuſus eſt,& tanquam memoria hoſpitis,vnius diei prætereuntis.

Eccleſ.5,15. Noli attēdere ad poſſeſſiones iniquas & ne dixeris,eſt mihi ſufficiēs vita,nihil.n.proderit in tēpore vindictę & obductionis.10.Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis,nō enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ

1.Mach.6.2. A verbis viri peccatoris ne timueris, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt.

Iob.8.13. Sic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum,& ſpes hypocritæ peribit.

Cap.11. 20. Oculi autem impiorum deficient & effugium peribit ab eis & ſpes illorum abominatio animæ.

Cap.14.19. Lapides excauant aquæ & alluuione paulatim terra conſumetur,& homines ergo ſimiliter perdes.

Cap.20.4. Hoc ſcio à principio ex quo poſit⁹ eſt homo ſup terrā,ꝙ laus impiorū breuis ſit & gaudiū hypocritę ad inſtar pūcti.

Prou.10.28. Exſpectatio iuſtorū lætitia, ſpes autē impiorum peribit.

Cap.11.5. Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius,in impietate ſua corruet impius,23.Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt,præſtolatio impiorum furor.

Eſa.28.15. Dixiſtis.n.percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactū,flagellum inundās,cum trāſierit non veniet ſuper nos,quia poſuimus mēdacium ſpē noſtrā,& mendatio protecti ſumus.18.Et delebitur fœdus veſtrum cum morte& pactum veſtrum cum inferno non ſtabit flagellū inundaas cùm tranſierit eritis in conculcationem.



Cap.30.12. Propterea hæc dicit ſanctus Iſrael,pro eo ꝙ reprobraſtis verbum hoc & ſperaſtis in calumnia & tumultu & innixi eſtis ſuper eo,&c.20. Dabit dominus vobis panem arctum, & aquam breuem & non faciet à te auolare vltra doctorē tuum,& oculi tui videntes præceptorem tuum.

Cap.57.11 Canes impudētiſſimi neſcierūt ſaturitatē, ipſi paſtores ignorauerūt intelligētiā,omnes in viā ſuā declinauerunt vnuſquiſque ad auaritiā ſuā à ſummo vſque ad nouiſſimum.

Ierem.9.12. Quis eſt vir ſapiens qui intelligit hoc & ad quem verbū oris domini fiat? Vt annunciet iſtud quare perierit terra, & exuſtaſit quaſi deſertum eo quod non ſit qui pertranſeat.

Cap.17.7. Benedictus vir qui confidit in Domino,& erit dominus fiducia eius.

*Spinæ appellantur qui propter ſollicitudinem mundi,diuitiarum & voluptatum vitæ,verbum Dei non adimplent.*

Matth.13.7. ALia aūt ceciderūt in ſpinis & creuerūt ſpinæ, & ſuffocauerūt ea,hic eſt q verbū audit,& ſolicitudo ſæculi iſtius & fallacia diuitiarū ſuffocat verbū & ſine fructu efficitur.

Cap.19.22. Cùm audiſſet aūt adoleſcēs verbū abiit triſtis.Erat enim habens multas poſſeſſiones.Idem habetur,Marc.10.22.

Luc.8.7. Et aliud cecidit inter ſpinas,& ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerūt illud.14.Quod aūt in ſpinas cecidit hi ſunt q audiūt, & à ſollicitudinib.& diuitiis,& voluptatib.vitę euntes ſuffocantur & non referunt fructum.Idem habetur Marc.4.7.

Cap.18. 22. Adhuc vnum tibi deeſt.Omnia quæcunque habes vende & da pauperibus,& habebis theſaurum in cælo,& veni & ſequere me.

*Spiritus ſanctus promittitur.*

Eſa.44.3. EFfundam enim aquas ſuper ſitientem,& fluenta ſuper aridam effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam.

Ezech.11.19 Dabo eis cor nouum,& ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorum & dabo eis cor carneum.Idem repetitur,Cap.36.26.

Cap.39. 29. Non abſcondam vltra faciem meam ab eis,eo quod effuderim Spiritum meum ſuper omnem domum Iſrael,ait dominus Deus.

*Ioel*.2.28. Effundã Spiritum meum ſuper omnem carnem,& prophe
tabunt filij veſtri,& filiæ veſtræ,ſenes veſtri ſomnia ſomnia
bunt & iuuenes veſtri viſiones videbunt.

*Matth*. 3.11. Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiã, qui autem
poſt me vẽturus eſt,fortior me eſt cuius nõ ſum dignus cal
ciamẽta portare,ille vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne.

*Ioan*.7.39. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credẽ-
tes in eum,nondum enim erat glorificatus.

C*ap*.14.6. Ego rogabo patrẽ & alium paracletum dabit vobis.vt ma-
neat vobiſcũ in æternum.17.Spiritum veritatis quem mun-
dus non poteſt accipere 26.Paracletus autem Spiritus ſan-
ctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit om
nia,& ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

C*ap*.15.26. Cũ aũt venerit paraclet⁹ quẽ ego mittã vobis à patre Spiri-
tũ veritatis q̃ à patre ꝓcedit,ille teſtimoniũ ꝑhibebit d̃ me

C*ap*.16.7. Sed ego veritatem dico vobis,expedit vobis vt ego vadã
ſi enim non abiero,paracletus non veniet ad vos, ſi autem
abiero mittam eum ad vos.

### *Mittitur Spiritus ſanctus.*

*Act*.2.1. CVm cõplerentur dies Pẽthecoſtes erãt omnes pariter in
eodẽ loco & factus eſt repẽtè de cœlo ſonus tãquã adue
niẽtis Spirit⁹ vehemẽtis & impleuit domũ vbi erãt ſedẽtes

### *Spiritus Dei edocet montes.*

*Exod*.4.12. PErge igitur(ait Dominus ad Moyſen)& ego ero in ore
tuo docebóque te quid loquaris.

P*ſal*.31.8. Intellectum tibi dabo & inſtruam te in via hac qua gra-
dieris firmabo ſuper te oculos meos.

*Eſa*.54.13. Ego ponã ait dominus vniuerſos filios tuos doctos à dño
& multitudinem pacis filiis tuis & in iuſtitia fundaberis.

*Mat*.10.20. Non enim vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris ve
ſtri qui loquitur in vobis.

M*arc*.13.20. Et cũ duxerint vos tradẽtes nolite præcogitare quid lo-
quimini,ſed quod datum vobis fuerit in illa hora id loqui-
mini,non enim vos eſtis loquentes,ſed Spiritus ſanctus,

*Luc*.12.11. Cùm autem inducent vos ad ſynagogas & ad magiſtra-
tus,& poteſtates nolite ſolliciti eſſe qualiter aut quid reſpõ
deatis, aut quiddicatis,Spiritus ſanctus enim docebit vos
in ipſa hora quid oporteat vos dicere.

C*ap*.21.14. Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quem-
admodũ reſpõdeatis,ego enim dabo vobis os & ſapientiã
cui



non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri.

Scriptum eſt in prophetis. Et erunt omnes docibiles Dei, *Ioan*.6.45.
omnis qui audiuit à patre & didicit venit ad me.

Et ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, C*ap*.14.16
vt maneat vobiſcum in æternum.26.Paracletus autem ſan-
ctus quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit om
nia & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

Cùm autem venerit paracletus,quem ego mittam vobis C*ap*.15.26.
à patre ſpiritum veritatis, qui à patre procedit,ille teſtimo-
nium perhibebit de me.

Cum autẽ venerit ſpiritus ille veritatis,docebit vos omnẽ C*ap*.16.13.
veritatem,non enim loquitur à ſemetipſo, ſed quæcunque
audiet loquetur,& quæ ventura ſunt annunciabit vobis.

Ipſe.n.ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod R*om*.8.16.
ſumus filij Dei.26.Ille autem ſpiritus adiuuat infirmitatem
noſtram,nam quid oremus ſicut oportet neſcimus,ſed ipſe
ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Qui(Deus)& ſignauit vos,& dedit pignus ſpiritus in cor 2.C*or*.1.22.
dibus noſtris. (ſpiritus pignus.

Qui autẽ effecit nos in hoc ipſum Deus qui dedit nobis C*ap*.5.5.

In quo & vos cùm audiſſetis verbum veritatis(Euãgeliũ *Epheſ*.1.13.
ſalutis veſtræ)in quo & credẽtes ſignati eſtis ſpiritu promiſ
ſionis ſancto,qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.ca.4.21.

Et vos vnctionẽ,quam accepiſtis ab eo maneat in vobis 1.I*oan*.2.27.
& non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos,ſed ſicut vnctio
eius docet vos de omnibus,& verum eſt, & non eſt menda-
cium,& ſicut docuit vos manete in eo.

### *Spiritus probandi ſunt an ex Deo ſi nt.*

ET dixerunt illi Ozias & preſbyteri:omnia quæ locuta *Iudith*.8.28.
es vera ſunt & nõ eſt in ſermonibus tuis vlla repræhẽſio

Prophetæ autem duo dicant & cæteri taceant. 1.C*or*.14.29

Omnia autem probate,quod bonum eſt tenete. 1.*Theſſ*.5.21.

Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate vtrum 1.*Ioan*.4.1.
ex deo ſint.q̃m multi pſeudoprophetæ exierũt in mundum.

### *Sponſus ſpiritualis eſt Chriſtus.*

DOminabitur tui q̃ te fecit,dñs exercituũ nomen eius,& *Eſa*.54.5.
redẽptor tuus ſanctus Iſrael Deus õnis terræ vocabitur.

Nõ vocaberis vltro derelicta,& terra tua nõ vocabitur am- C*ap*.62.4.
pli⁹ deſolata,ſed vocaberis volũtas mea in ea,& terra tua in-
habitabitur q̃a cõplacuit dño in te & terra tua inhabitabit̃.

Ierem.31.22. Vſquequo delitiis diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouam ſuper terram, fœmina circundabit virum.

Ezech.16.8. Trãſiui per te (Hyeruſalẽ) & vidi te, & ecce tempus tuũ, tẽpus amãrium, & expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactũ tecum ait Dominus Deus, & facta es mihi.

Matth.9 15. Et ait illis Ieſus, nunquid poſſunt filij ſponſi lugere quãdiu cùm illis eſt ſponſus? Venient autem dies quando auferetur ab eis ſponſus & tunc ieiunabunt.

Cap.25.1. Tunc ſimile erit regnum cœlorũ decẽ virginib. quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ.

Mac.2.19. Et ait illis Ieſus, nunquid poſſunt filij nuptiarum quãdiu ſponſus cum illis eſt ieiunare, quanto tẽpore habent ſecum ſponſum non poterunt ieiunare. Idem habetur Lucæ. 5. 34.

Ioan.3.29 Qui habet ſponſam ſponſus eſt, amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi, hoc ergo gaudium meum impletum eſt.

2.Cor.11.2. Deſpõdit enim vos vni viro virginẽ caſtã exhibere Chriſto.

Epheſ.5.24. Sicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.

Apoc.19.7. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe.

Cap.21.2. Ego Ioannes vidi ciuitatem ſanctam Hyeruſalem nouam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

*Sponſa Chriſti. Vide Eccleſia.*

*Stephanus eligitur. Act.6.5. accuſatur.6.11. Reſpondet ad accuſationem. cap.7. *Lapidatur.7.57.*

### *Stultitia.*

Prou.14.29. QVi patiens eſt multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens eſt exaltat ſtultiam ſuam.

Cap.20.3. Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus, omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.

Cap.26. 1. Quomodo nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe, ſic indecens eſt ſtulto gloria.

Cap.27. 22. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo non auferetur ab eo ſtultitia eius.

Baruch.3.23 Nõ eſt audita in terra Chanaã neque viſa eſt Theman: filij quoq; Agar, qui exquirunt prudẽtiã quæ de terra eſt negotiatores terræ, & Themã, & fabulatores, & exquiſitores prudentiæ, & intelligentię, viã autem ſapientiæ neſcierunt neq; commorati ſunt ſemitas eius. Eccleſ.10. 2.



Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Eccleſ.33.15.

Contra malum bonũ eſt, & contra mortem vita, ſic & contra virum iuſtum peccator, & ſic intuere in omnia opera altiſſimi, duo contra duo, & vnum contra vnum.

Omnis qui non audit verba hęc, & non facit ea ſimilis eſt Matth.7.26.
viro ſtulto, qui ædificat domum ſuam ſuper arenã. Cap. 25. 1. & Marci 7.22.

Non nominetur in vobis, aut turpitudo aut ſtultiloquiũ Epheſ.5.4.
aut ſcurrilitas, q̃ ad rẽ nõ pertinẽt, ſed magis gratiarũ actio.

### *Stultitia eſt apud Deum ſapientia huius mundi.*

VErbum quidem crucis pereuntibus ſtultitia eſt: iis aũt 1.Cor.1.18.
qui ſalui fiunt. i. nobis, virtus Dei eſt. 23. Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum. Iudæis quidem ſcandalum: Gentibus autem Stultitiam.

Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deũ, ſcri- Cap.3. 19.
ptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum

### *Stultorum corda in eorum ſunt ore, & contra Sapientium os in corde eſt.*

FAtuus in riſu exaltat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix Eccleſ.21.23.
tacitè ridebit.

### *Subditorum officium.*

DIxitq; Pharao ad Moyſen, recede à me & caue ne vltra Exod.10.28.
videas faciem meam, quocunque enim die apparueris mihi morieris.

Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Cap. 22. 28.

Chore, Dathan, & Abyron ſeditionem mouent, hoſq; vi- Num.19. ✠
uos terra abſorbet, illum vero cũ ſuis deuorat ignis, & alios. 14700. murmurantes conſumpſit incendium.

Reſponderuntq; ad Ioſue (populi Iſrael) atque dixerunt Ioſue.1.16.
omnia quæ præcepiſti nobis faciemus, & quocunque miſeris ibimus. 2. Eſdr.5.16.

Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis & ſub Baruch.1.11.
vmbra Balthaſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conſpectu eius.

Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat, qui Prou. 13. 13.
autem timet præceptum in pace verſabitur: animæ doloſæ.

errant

errant in peccatis,iuſti autẽ miſericordes ſunt & miſerãtur (ris.

*Cap.*20.2. Sicut rugitus leonis ita & terror regis,qui autem prouocat eum peccat in animam ſuam.

*Cap.*24.21. Time Deũ fili mi,& regẽ,& cũ detractorib⁹ nõ cõmiſcea-(ris.

*Cap.*25.6. Ne glorioſus appareas coram rege,& in loco magnorum ne ſteteris.

*Eccleſ.* 8.2. Non contendas cum viro locupleti, ne fortè contra te conſtituat litem tibi.

*Cap.*10.16. Propterea exhonorauit Dominus cõuentus malorum & deſtruxit eos vſque in finem.

*Ierem.*29.7. Quærite pacẽ ciuitatis ad quã transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominũ,quia in pace illius erit pax vobis.

*Matt.*17.24. Et cũ veniſſent Capharnaũ acceſſerũt,qui didragma accipiebant,& dixerunt ei,magiſter veſter nõ ſoluit didragma.

*Cap.*22.21. Ait illis Ieſus,reddite ergo quæ ſunt Cæſaris,Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

*Luc.* 20.22. Licet nobis tributum dare Cæſari, an non? Conſiderans autem dolum eorum dixit ad illos.Quid me tentatis?

*Rom.*13.1. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, nõ eſt enim poteſtas,niſi à Deo:quæ autem ſunt,à Deo ordinatæ ſunt.7.Reddite ergo omnibus debita,cui timorem,timorem,cui tributum,tributum,cui vectigal,vectigal,cui honorem,honorem.1.Theſſal.5.12.

1.*Timot.*2.1. Obſecro igitur primũ omniũ,obſecrationes fieri,orationes,poſtulationes,gratiarũ actiones ꝑ omnibus hominib⁹, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt.

1.*Pet.* 2.13. Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ,ſiue regi quaſi pręcellẽti,ſiue ducibus, tanq̃ ab eo miſſis ad vindictam malefactorum,laudem verò bonorum.

*Titum.* 3.1. Admoneo illos principibus,& poteſtatibus ſubditos eſſe dicto obedire,ad omne opus bonum paratos eſſe.

*Hebr.* 13.17. Obedite prępoſitis veſtris,& ſubiacete illis,ipſi.n.peruigilant,quaſi rationẽ pro animabus veſtris reddituri,vt cũ gaudio hoc faciant,& nõ gementes,hoc enim nõ expedit vobis.

## *Superiorum,Iudicum,& Rectorum Officium & authoritas in ſubditos.*

*Gene.*9.6. QVicunq; effuderit humanũ ſanguinẽ, fundetur ſãguis illius ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.

*Exod.*1.9. Surrexit interea rex nouus ſuper Ægyptũ qui ignorabat Ioſeph,& ait ad populum ſuum:Ecce populus filiorũ Iſrael, mul-



multus & fortior nobis eſt.&c.cap.5.*

*Cap.* 18.13. Altera die ſedit Moyſes vt iudicaret populum,qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam.17.At ille:Non bonã inquit rem facis.cap.22.8.

*Leuit.*24.10. Ecce aũt egeſſus filius mulieris Iſraelitidis,quẽ pepererat de viro Ægyptio,inter filios Iſrael iurgatus eſt in caſtris, cũ viro Iſraelẽ.&c.23.Locutuſq; eſt Moyſes ad filios Iſrael & eduxerũt eũ qui blaſphemauerat extra caſtra,& lapidib⁹ oppreſſerũt,fecerũtq; filij Iſrael ſicut præceperat Dñs Moyſi.

*Num.*11.16. Cõgrega mihi ſeptuaginta viros de ſeniorib⁹ Iſrael,quos tu noſti,q̃d ſenes populi ſunt,ac magiſtri,& duces eos ad oſtiũ tabernaculi fœderis,facieſq; ibi ſtare tecũ.24. Venitq; Moyſes & narrauit populo verba Dñi cõgregans ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael quos ſtare fecit circa tabernaculũ.

*Cap.* 25.4. Ait Dominus ad Moyſen.Tolle cunctos principes populi & ſuſpende eos cõtra ſolem in patibulis vt auertatur furor meus ab Iſrael.cap.27.15.

*Deut.*1.13. Date ex vobis viros ſapientes,& gnaros,& quorũ conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris,& ponã eos vobis principes.17.Nulla erit diſtãtia perſonarum,ita paruum audietis vt magnum,nec accipietis cuiuſquam perſonã quia Dei iudicium eſt. Quod ſi difficile vobis viſum aliquid fuerit referte ad me & ego audiam.

*Cap.* 17.1. Nõ immolabis Dño Deo bouẽ & ouẽ,in quo eſt macula aut quippiam vitij, quia abominatio eſt Domino Deo tuo.

*Cap.* 19.17. Stabunt ambo quorũ cauſa eſt ante Dominum in cõſpectu ſacerdotũ & iudicũ qui fuerint in diebus illis.Ioſue.1.10.

*Iudith.* 2.7. Dimiſit Ioſue populũ,& abierũt filij Iſrael vnuſquiſq; in poſſeſſionem ſuam,vt obtinerent,ſeruieruntq; domino cunctis diebus eius & ſeniorum,& qui longo poſt eum vixerũt tempore & nouerunt omnia opera Domini, quæ fecerat cũ Iſrael.16.Suſcitauitq; Dominus iudices, qui liberarent eos de vaſtantium manibus.

1.*Reg.*10.24. Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit dominus,quoniã non ſit ſimilis illi in omni populo, & clamauit omnis populus & ait:Viuat rex. 3.Reg.3.7.

2.*Para.*19.5. Cõſtituit iudices terrę in cũctis ciuitatibus Iuda munitis per ſingula loca.8.In Hyeruſalem quoq; cõſtituit Ioſaphat Leuitas & ſacerdotes, & principes familiarum ex Iſrael vt iudicium,& cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius.

*Iob.* 34.30. Qui regnare facit hominẽ hypocritã propter peccata populi

puli.cap.29.*.Pſal.81.*

*Prou.* 8. 15. Per me reges regnant,& legũ conditores iuſta decernũt.

*Cap.* 11. 14. Vbi non eſt gubernator, populus corruet, ſalus autem vbi multa conſilia.

*Cap.* 12. 24. Manus fortium dominabitur,quæ autem remiſſa eſt tributis ſeruiet.

*Cap.* 16. 10. Diuinatio in labiis regis,in iudicio non errabit os eius.

*Cap.* 20. 8. Rex qui ſedet in ſolio iudicij,diſſipat omne malum intuitu ſuo.cap.28.15.

*Cap.* 29. 4. Rex iuſtus erigit terrã,vir auarus deſtruet eã.14. Rex qui iudicat in veritate pauperes,thron⁹ eius in ęternũ firmabit.

*Cap.*31. 4. Noli regibus ô Lamuel,noli regibus dare vinũ,quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas.

*Eccleſ.* 10. 1. Iudex ſapiens iudicabit populũ ſuum & principatus ſenſati ſtabilis erit. 12.Breuem languorem præcidit medicus, ſic & rex hodie eſt,& cras morietur.

*Eſa.* 1. 23. Principes tui infideles ſocij furũ omnes diligũt munera, ſequũtur retributiones,pupillo non iudicãt,& cauſa viduæ nõ ingreditur ad illos.26.Et reſtituã iudices tuos, vt fuerũt prius,& cõſiliarios tuos ſicut antiquitus, poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti,vrbs fidelis.cap.3.2.

*Cap.*32. 1. Ecce in iuſtitia regnabit rex,& principes in iudicio præerunt.

*Ierem.*5. 26. Inuẽti ſunt in populo meo impij(Iudices)inſidiãtes quaſi aucupes,laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros.

*Cap.* 22. 2. Et dices.Audi rex Iuda verbũ Domini, qui ſedes ſuper domum Dauid,tu & ſerui tui,& populus tuus, qui ingredimini per portas iſtas.cap:27. *.

*Ezech.* 22.6. Ecce principes Iſrael ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te ad effundendũ ſanguinẽ.12.Munera acceperunt apud te ad èffundendum ſanguinẽ (Iudices) vſuram & ſuperabundantiam accepiſti & auarè proximos tuos calumniabaris, meique oblita es ait Dominus Deus.

*Cap.* 45. 9. Hæc dicit Dominus De⁹.Sufficiat vobis principes Iſrael: iniquitatẽ & rapinas intermittite,& iudicium, & iuſtitiã facite, ſeparate confinia veſtra à populo meo, ait Dñs Deus.

*Dan.*2.21. Ipſe (Deus) mutat tẽpora & ætates, trãsfert regna,atque conſtituit,dat ſapientiam ſapientibus & ſciẽtiam,intelligentibus diſciplinam.

*Oſeæ.* 13. 10. Vbi eſt rex tuus?maximè nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis, & iudices tui de quibus dixiſti da mihi reges, & princi



principes.

Dixi audite principes Iacob & duces domus Iſrael.&c.9. *Mich.*3.1. Audite hoc principes domus Iacob,& iudices domus Iſrael qui abominamini iudicium,& omnia recta peruertitis.

Diligite iuſtitiam qui iudicatis terrã, ſentite de Domino *Sap.* 1. 1. in bonitate,& in ſimplicitate cordis quærite illum.

Reges & iudices ad ſapientiam, , & iuſtitiam ſectandam *Cap.*6. ✠ exhortatur,oſtendens quàm graue maneat iniuſtis rectoribus iudicium,&c.

Iudex ſapiẽs iudicabit populum ſuum,& principatus ſen- *Cap.*10. 1. ſati ſtabilis erit.24.In medio fratrum rector illorum in honore & qui timent Dominum erunt in oculis eius.

Dic ergo nobis,quid tibi videtur licet ſenſum dare Cæſa *Matt.*22.17. ri an non? &c.21.Ait illis,reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt Dei Deo.Idem habetur Luc.20.22. ca. 26. 31.Ioan.3.31.1.Cor.15.24. Rom.12.8.

Non haberes poteſtatem aduerſum mẽ vllam niſi tibi da *Ioan.* 19. 11. tum eſſet deſuper,propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, nõ *Rom.*13. 1. eſt.n.poteſtas niſi à Deo,quæ aũt ſunt à Deo ordinata ſunt.

Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, *Titum.* 3. 1. dicto obedire.1. Timoth.2.1.

Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ ſiue regi 1.*Pet.*2.13. quaſi præcellenti,ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum laudem verò bonorum.

Obedite prępoſitis veſtris,& ſubiacete illis:Ipſi enim per *Heb.* 13.17. uigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

*Vide Rex.*

## *Superbia prohibetur, committitur & punitur.*

ADæ verò dixit (Deus) quia audiſti vocẽ vxoris tuæ,& *Gen.* 3.17. comediſti ex ligno de quo præceperã tibi ne comederes,maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

Et ille (Pharao) reſpõdit, quis eſt Dominus vt audiã vo- *Exod.*5. 2. cem eius & dimittam Iſrael?Neſcio dominum,& Iſrael non dimittam.

Ait Dominus ad Moyſen extende manum tuam ſuper *Cap.* 14. 26. mare & reuertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum.

Phiſtæis:

1. Reg.17.✠ Philiſtæis contra Iſraelem ad pugnã cõgregatis, Goliath gigãtem in armis & fortitudine cõfidentem: inermis Dauid occidit, præciſumq; caput, diffuſis Philiſtęis ad Saulẽ tulit.

4.Reg.18.21. An ſperas in baculo arundineo atq; cõfracto Ægypto ſuper quẽ ſi incubuerit homo cõminutus ingredietur manu eius & perforabit eã. Sic eſt rex Pharao omnibus qui confidunt in ſe. cap.19.35. Tobias 4.11.

Eccleſ.10.9. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quid ſuperbit terra & cinis.

Cap.11.16. Error & tenebræ peccatoribus ſunt concreata, qui autem exultant in malis, conſeneſcunt in malo.

Cap.25.4. Pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum (odit anima mea ait ſapiens.)

Iudith. 9.15. Erit enim hoc memorabile nominis tui, cùm manus fœminæ deiecerit eum (Holophernem.)

Cap.13.✠ Iudith facta ad Deum oratione; præcidit caput ebrij Holophernis, quod ad conciues Bethuliæ offerens eos ad gratiarum actionem hortatur, ipſa verò ab omnibus benedicitur & Achior viſo Holophernis capite, obſtupeſcit.

2.Mac.9.4. Antiochus elatus aũt in ira, arbitrabatur ſe iniuria illorũ q ſe fugauerãt, poſſe in Iudæos retorquere, ideoque iuſſit agitari currũ ſuũ ſine intermiſſione agẽs iter, cœleſti eũ iudicio perurgente, eò ꝙ ita ſuperbe locutus eſt, ſe venturũ Hyeroſolimã, & cõgeriẽ ſepulchri Iudæorũ eũ facturũ: Sed qui vniuerſa cõſpicit Deus Iſrael percuſſit eũ inſanabili & inuiſibili plaga: vt enim finiuit hunc ipſum ſermonẽ apprehendit eum dolor dirus viſcerũ & amara internorũ tormẽta, & quidẽ ſatis iuſtè, quippe qui multis & nouis cruciatib. aliorũ torſerat viſcera, licet ille nullo mõ à ſua malitia ceſſaret.

Prouer.6.17. Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundẽtes innoxium ſanguinẽ (abominatur Deus.)

Cap.11.2. Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia, vbi autẽ eſt humilitas, ibi & ſapientia.

Cap.13.10. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, qui autem agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia.

Cap.15.25. Domum ſuperborum demolietur Dominus, & firmos faciet terminos viduæ.

Cap.16.5. Abominatio Dñi eſt omnis arrogans etiam ſi manus ad manũ fuerit, non eſt innocens. 18. Cõtritionẽ præcedit ſuperbia & ante ruinam exaltatur ſpiritus. Eſa. cap.3.15.17.

Cap.18.12. Antequam conteratur exaltatur cor hominis, & antequã glorificetur, humiliatur.

Ne



Ne glorioſus appareas corã rege & in loco magnorũ ne ſteteris. Cap.25.6.

Superbũ ſequitur humilitas & humilem ſpiritu ſuſcipiet (gloria. Cap.29.23.

Verbũ miſit Dñs in Iacob & cecidit in Iſrael, & ſciet omnis populus Ephraim & habitantes Samariã in ſuperbia & magnitudine cordis dicẽtes: Lateres ceciderunt ſed quadris lapidibus ædificabimus, &c. Cap.16.8. Cap.14.9. Cap.36.✠ Eſa.9.8.

Ciuitas enim munita deſolata erit, ſpecioſa relinquitur & dimitettur quaſi deſertum ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit & conſumet ſummitates eius. Cap.27.10.

Hæc dicetis Ezechię regi iudeæ loquẽtes, non te decipiet Deus tuus, in quo tu confidis dicens non dabitur Hieruſalẽ in manus Aſſyriorũ. 24. in manũ ſeruorum tuorũ exprobraſti domino, & dixiſti in multitudine quadrigarum mearum: ego aſcendi altitudinẽ montium iuga Libani & ſuccidã excelſam cedrorũ eius & electas abietes eius & introibo ſummitatem altitudinis eius, ſaltum Carmeli eius. Cap.37.10.

Lætatus eſt autẽ ſuper hiis Ezechias oſtẽdit eis cellã aromatũ, & argenti, & auri, & odoramentorũ, & vnguenti optimi & omnes apothecas ſupellectilis ſuę & vniuerſa quæ inuenta ſunt in theſauris ſuis. Cap.39.2.

Et nunc audi hæc delicata & habitans confidenter quę audis in corde tu. Ego ſum & non eſt præter me amplius, nõ ſedebo vidua & ignorabo ſterilitatem. Cap.47.8.

Audiuimus ſuperbiã Moab, ſuperbus eſt valde, ſublimitatẽ eius, & arrogantiam & altitudinem cordis eius. Hiere.48.29.

Arrogantia tua decepit te & ſuperbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ & apprehendere niteris altitudinẽ collis, cum exaltaueris quaſi aquilla nidum tuum inde detrahã te, ait dominus. Cap.49.16.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuę ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant. Ezec.16.49.

Fili hominis dic principi Tyri, hæc dicit Dominus Deus eo quod eleuatũ eſt cor tuum, & dixiſti Deus ego ſum & in cathedra Dei ſedi, in corde maris cum ſis homo & non Deus & dediſti cor tuum quaſi cor Dei, &c. Cap.31.10. Idem habetur. Cap.28.2.

Tu es rex qui magnificatus es, & inualuiſti, & magnitudo tua creuit, & peruenit vſque ad celũ, & poteſtas tua in terminos vniuerſæ terræ, &c. 27. Reſponditque rex & ait nonne Dan.4.19.

 hæc

hæc eſt Babylō magna q̃ ędificaui in domū regni,& in robore fortitudinis meę &in gloria decoris mei.c.5.22.Mala.1.11.

Abdias.1.3. Superbia cordis tui extulit te,habitantem in ſciſſuris petrarū exaltantem ſolium tuum qui dicis in corde tuo quis detrahet me in terram.

Luc.10.15. Et tu Capharnaum vſque ad cælum exaltata vſque ad infernum demergeris.

Cap.14.11. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.act.12.21.

Cap.18.11. Phariſæus ſtans hęc apud ſe orabat,Deus,gratias ago tibi quod non ſum ſicut cæteri hominum raptores,iniuſti,velut etiam hic Publicanus. (maior,

Cap.22.24. Facta eſt aūt contētio inter eos, quis eorū videretur eſſe

Rom.1.30. Detractores Deo odibiles,contumelioſos, ſuperbos,elatos,inuentores malorum,parentibus non obedientes.

Cap.11.20. Noli altum ſapere,ſed time.

2.Tim.3.2. Et erunt homines ſeipſos amātes,cupidi,elati,ſuperbi,blaſphemi,parentibus non obedientes,ingrati,ſcelesti,&c.

1.Pet.5.5. Similiter adoleſcētes,ſubditi eſtote ſenioribus, omnes autē inuicem humilitatē inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.

2.Pet.2.18. Superbia enim vanitatis loquentes pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt.

Iudæ.16. Hij ſunt murmuratores querulosi,ſecundum deſideria ſua ambulantes,& os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus cauſa.

Apoc.18.7. Quantū glorificauit ſe & in delitiis fuit tantum date illi tormentum & luctum,quia in corde ſuo dicit, ſedeo regina & vidua non ſum & luctum non videbo.

Eſa.14.12. Quomodo cecidiſti de cælo lucifer q̃ mane oriebaris?corruiſti in terrā qui vulnerabas gētes qui dicebas in corde tuo in cælum conſcendam ſuper aſtra Dei,exaltabo ſoliū meum ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis, aſcendā ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo, veruntamē ad infernum detraheris in profundum laci.

## *Memoriam ſuperborum perdidit Deus, & reliquit Memoriam humilium ſenſu.*

Lucæ.14.8. CVm inuitatus fueris ad nuptias nō diſcūbas primo loco ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo, & veniēs is q̃ te & illū vocauit,dicat tibi,Da huic locū,& tūc incipias cum



rubore nouiſſimū locū tenere. Sed cū fueris vocat⁹, vade recūbe in nouiſſimo loco,vt cū venerit, qui te inuitauit,dicat tibi,Amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria corā ſimul diſcumbentibus,quia omnis,qui ſe exaltat,humiliabitur:& omnis qui ſe humiliat exaltabitur.

## *Humilitas vera Deum attendit.*

HVmiliare Deo,& expecta manus eius. Eccleſ.13.9.

Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite Luc.17.10.
ſerui inutiles ſumus:quod fecimus,facere debuimus.

## *Seipſum vilipendit.*

EGo aūt ſum vermis & non homo: opprobrium hominū Pſal.21.7.
& abiectio plebis. (ignis & vermis.

Humilia valde ſpiritū tuū:quoniā vindicta carnis impij, Eccleſ.7.19.

Attēde ne ſeductus in ſtultitiā humilieris.Noli eſſe humilis in ſapientia tua,ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. 13.11.

Et publicanus à longe ſtans, nolebat nec oculos in cælū Luc.18.13.
leuare:ſed percutiebat pectus ſuum, dicens.Deus propitius eſto mihi peccatori.Dico autē vobis,deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuam:quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur:& qui ſe humiliat exaltabitur.

Tanquam purgamenta mundi huius facti ſumus, omniū 1.Cor.4.13.
peripſema vſque adhuc.

## *Proximum magni pendit.*

NOn alta ſapientes,ſed humiliter conſentientes. Roma.12.16

Subiecti inuicem,in timore Domini. Epheſ.5.21.

Omnes enim inuicem humilitatem inſinuate. 1.Pet 5.5.

## *Humilitas ficta malum intendit.*

ESt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt Eccleſ.9.23.
dolo.Et eſt iuſtus qui ſe nimiū ſubmittit à multa humilitate,& eſt iuſtus qui inclinat faciem ſuā,& fingit videre ſe, non quod ignoratum eſt.Et ſi ab imbecillitate viriū vetetur peccare,ſi inuenerit tempus malefaciendi malefaciet.

*Suſannæ hiſtoria Danielis.13.**

*Syri imperāt Iſraeli.* Iudic.3.8.*opprimūtur ab Othoniel.* 3.10. *cædūtur à Dauide eiq; fiunt tributarij.* 2.Re 8.5. *Iuuāt filios Amō cōtra dauid.* 10.6. *fugiētes à facie Iſrael cæduntur à Dauid* 10.13.18. *Samariā obſidētes cædūtur.* 3.*Reg* 20.29.*Pugnāt cōtra Iſrael.*4.Reg.6.8.*Mentis ſtupore immiſſo,quaſi cæci ducuntur in Samariam.*6.24.*Territi à Deo ſoluunt obſidionem.* 7.6.7.

*Vaſtatur à rege Aſſyricorũ, & transferuntur* Cyrenẽ.4.Reg.16.9.*Deſolatio eorũ prænũcietur Eſa*.17.1.*Iere*.49.23.*Amos*.1.3.

T

*Tabitha ſuſcitatur à mortuis. Act.*9,36.40.

*Temperantia in cibo, & potu & concubitu commendatur.*

*Tob*.6.15. TImeo ergo ne forte & mihi (.f. ne dæmoniũ occidat me) & cũ ſim vnicus parentibus meis, deponam ſenectutem illorum cum triſtitia ad inferos. Eccleſ.32.7.

*Eccleſ*.3.6. Tempus acquirendi & tempus perdendi.

*Eccleſ*.31.18. Intellige quæ ſint proximi tui ex teipſo.

*Dan*.1.8. Propoſuit aũt Daniel in corde ſuo, ne pollueret de mẽſa regis neque de vino potus eius; & rogauit eunuchorũ præpoſitũ ne cõtaminaret, 11. Sermo, quẽ tu q̃ris rex, grauis eſt, nec reperietur quicquã qui iudicet illum in conſpectu regis, exceptis diis, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio.

*Rom*.13.13. Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis ſicut in honeſte die ambulemus nõ in commeſſationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitiis, nõ in contẽtione & æmulatione, ſed induimini dominum Ieſum Chriſtũ, & carnis curam ne feceritis in deſideriis.

Cap. 14. 17. Non eſt enim regnũ Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto.

*Gal*.5.23. Fructus aũt Spiritus eſt, charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, longanimitas, benignitas, bonitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, aduerſus huiuſmodi non eſt lex.

1.*Tim*.3.2. Oportet Eiſcopũ irrepræhenſibilẽ eſſe, vnius vxoris virũ,

Idẽ *verbat.* ſobrium, prudentẽ, ornatũ, pudicum, hoſpitalem, doctorem,

*Tit*.1.8. non viuolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, nõ litigioſum, non cupidum. &c.

2. *Tim*. 1.7. Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis & dilectionis & ſobrietatis.

C*ap*.2.6. Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint. 12. Erudiẽs nos vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo.

1.*Pet*.1.13. Propter quòd ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobriè perfecte ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelationem Ieſu chriſti.

C*ap*.5.8. Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus tanquã leo rugiens, circuit quærens quẽ deuoret. 2. Pet.1.6.

Tem.



*Tẽplũ Salomonis quando, quanto tẽpore, & qua forma ſit extructũ*.3.Re.6*. ☩.7*.2*.*Par*.3.4.*promiſſio eius*.2.*Re*.7.13.*extruitur ope* Gẽtiliũ.3.Reg.5*.*conſecratur*.8* .2. Par .7.7.*prophanatur per* Achaz.2.Par.28.21.*iterũ cõſecratur per Ezechiã* 2.Par.29.*prophanatur, & denuo conſecratur per* Manaſſem. 2. Par.33.7.15.*exuritur* 4 Reg.25.9.*prout prædictũ erat*. 2. Par.7.20.*iterum extruitur*.1.*Eſd*.1*.3*.4*.5*.☩6.3.7.*ſpoliatur & accenditur*.1.Mach.1.23 33.*prophanatur*.1.49.57 *mundatur, & conſecratur*.4.36.2.Mach.10. 1.*eius deuaſtatio*.Dan.9.26.*Mat*.24.2.*Marc*.13.2.*Luce*.19.41.

*Contra templũ prophetatur*.Leuit 26.31.3.Reg.9.7.4.Reg.21.12.2.Par.7.20.*Pſal*.73.6.*Eſa*.66.1.*Ier*. 7.3.17.☩.26.6.12.Amos 9.1.*Mich*.3.12.*Zach*.11.2.

*Templum ſpirituale & domus Dei.*

*Vide Eccleſia.*

IPſe (Dauid) ædificauit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. 2.*Reg*. 7. 13.

Sapientia ædificauit ſibi domũ, excidit colũnas ſeptẽ, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinũ & propoſuit menſã ſuã. P*rou*.9.1.

Mouebo oẽs gẽtes & veniet deſideratus cunctis gentibus & implebo domum iſtam gloria: dicit Dominus exercituum. Agg*æi*.2.8

Omnis ergo qui audit verba mea hęc & ſeruat ea aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domũ ſuã ſupra petram. M*att*.7.24.

Et ego dico tibi quia tu es Petrus & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meã, et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ioan.2.19. C*ap*.16.18.

Neſcitis quia templũ Dei eſtis vos, et ſpiritus Dei habitat in vobis. Idem. Cap.6.19. Item 3.15. 1.C*or*.3.16.

Quis aũt cõſenſus Dei cũ idolis? Vos enim eſtis tẽplum Dei viui, ſicut dicit Deus, quoniã habitabo in illis, et ambulabo et ero illorũ Deus et ipſi erũt mihi populus Ephe.2.20. 2.C*or*.6.16.

Chriſtus vero tanquã filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos, ſi fiduciã et gloriã Dei ſpei noſtræ vſque ad finem firmam retineamus. 1.Pet.2.5. H*eb*.3.6.

*Templum idolorum: vide Eccleſia.*

TVleruntque Philyſtiim arcam Dei, et intulerunt eam in templũ Dagõ et ſtatuerunt eam iuxta Dagon (Dagõ corã Arca ſemel atque iterum corruit, abſciſſis in limine capite et manibus.) 1.*Reg*.5.2.

Tunc ædificauit Salomon phanum chamos idolo Moab 3.*Reg* 11.7.

Ccc iii

in mõte qui eſt contra Hyeruſalem & Moloch Idolo filio-
rum Ammon. 1.Reg.31.9.
*4.Reg.10.21.* Sãctificate(ait Iehu inſidioſe vt diſperderet cultores Baal)
diē ſolēnem Baal Vocauitque,& miſit in vniuerſos termi-
nos Iſrael, & venerunt cuncti ſerui Baal.Non fuit reſiduus
ne vnus quidē qui non veniret,& ingreſſi ſunt tēplum Baal,
& repleta eſt domus Baal à ſummo vſque ad ſummum.
*Cap. 19.37.* Cumque adoraret Sennacherib,in templo Neſroch Deū
*Idem verbatim habetur* ſuum,Aſſyrij,Adramelech,& filij eius percuſſerunt eum gla-
dio fugerunque in terram Armeniorum , & regnauit Aſar
*Eſa.37.38.* Haddon filius eius pro eo.ea.17.32.
*Baruc.6 54.* Etenim cùm inciderit ignis in domũ Deorũ ligneorũ &
argēteorũ,& aureorum, ſacerdotes quidē ipſorum fugient
& liberabuntur:ipſi verò ſicut trabes in medio cõburentur.
*Hiere.43.12* Et ſuccendet ignem in delubris Deorum Ægypti & com-
buret ea,& captiuos ducet illos & amicietur terra Ægypti,
ſicut amicitur paſtor pallio ſuo & egredietur inde in pace.
*Dan.14.✠* Fraudes ſacerdotum Idoli Bel , qui appoſitos illi cibos
occultè auferebãt,regi ꝑ Danielē detecta sũt,ipſiſque inter-
emptis idolũ vna cũ tēplo ſuo ſubuerſum eſt: Similiter &
draconē quē colebant Babilonij iniecta in os maſſa ex pice
adipe & pilis cõfecta:Daniel interfecit,Qua ꝓpter inſtãtib.
Babyloniis miſſus eſt ĩ lacũ leonũ,&c.1.Mac.1.50. Cap.6.
*1.Mac.10.83.* Et qui diſperſi ſunt per campum fugerunt in Azotum,
intrauerunt in Beth Dagon,Idolum ſuum,vt ibi ſe libera-
rent: & ſuccendit Ionathas Azotum & ciuitates quæ erant
in circuitu eius,& accepit ſpolia eorum,& templum Dagon
& omnes qui fugerunt in illud,ſuccendit igni.
*Act.19.27.* Non ſolum autē hæc periclitabatur nobis pars in redar-
gutionem venire,ſed & magnæ Dianæ templum(Epheſij)in
nihilũ reputabitur,ſed & deſtrui incipiet maieſtas eius quã
tota Aſia,& orbis colit(hæc perſuadebat Demetrius argenta-
rius faciens ædes argenteas Dianæ populo.

*Templum domus Dei, & domus orationis vocabitur.*

*Eſa.56.7.* ADducam eos in montem ſanctum meum,& lętificabo
in domo orationis meæ,holocauſta eorum & victimæ
eorum placebunt mihi ſuper altari meo , quia domus
mea domus orationis vocabitur cunctis populi.
*Matt.21.13.* Domus mea domus orationis vocabitur,& vos feciſtis eã
ſpeluncam latronum.Idem habetur,Luc.19.45.verbatim.

*Christus ipſe & omnes fideles frequenter in templo verſantur.*



*Christus ipſe & omnes fideles frequenter in templo verſantur.*

ET egreſſus Ieſus de templo ibat,& acceſſerunt diſcipuli *Matth.24.1.*
eius,vt oſtenderent ei ædificationes templi.
Et introiuit Hyeroſolymã in tēplũ, & circũſpectis omnib. *Marc.11.11.*
cũ iam veſpera eſſet hora exiit in Bethaniam cũ duodecim.
Reſpondēns Ieſus dicebat docens in templo. Quomodo *Cap.12.35.*
dicunt Scribæ Chriſtum eſſe filium Dauid?
Hęc vidua(Anna)vſque ad an nos,84. Quæ nõ diſcedebat *Luc.2.37.*
de tēplo ieiuniis & obſecrationib.ſeruiēs Deo die ac nocte.
Et ingreſſus in temp lum cœpit eiicere vendentes,& emē *Cap.19.45.*
tes in illo,dicens illis:domus mea domus orationis vocabi
tur,vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.
Quotidie quoque (erant)perducantes vnanimiter in tem- *Act.2. 46.*
plo & frangentes circa domos panem,ſumebant cibum cũ
exultatione & ſimplicitate cordis.
Petrus autem & Ioãnes,aſcendebant in templum ad ho- *Cap.3.1.*
ram orationis nonam.
Angelus Domini dixit eis. Ite & ſtantes loquimini in tē- *Cap.5.20.*
plo plebi omnia verba vitæ huius. Qui cùm audiſſent intra
uerunt diluculo in templum,& docebant,adueniens autem
princeps ſacerdotum & qui cum eo erant , conuocauerunt
concilium,& omnes ſeniores filiorum Iſrael,& miſerunt ad
carcerem vt adducerentur.
Tũc Paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus,cũ illis *Cap. 21. 26.*
intrauit in tēplũ,annuncians expletionem dierum purifica
tionis,donec offerretur ꝓ vno quoque eorũ oblatio.22. 17.

*In templo oratur Deus & exaudit.*

DIxitque dominus ad eum(Salomonem)exaudiui ora- *3.Reg.9.3.*
tionem tuam,et deprecationem tuam quam depreca
tus es,coram me,ſanctificaui domum hanc quam ędi
ficaſti,vt ponerem nomē meum ibi in ſempiternum & erũt
oculi mei,& cor meum ibi cunctis diebus.
Reſpice ad orationem ſerui tui,& ad preces eius Domine *Cap.8.29.*
Deus meus,audi hymnum: & orationem quam ſeruus tuus
orat coram te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domum
hanc die ac nocte,& ſuper domum de qua dixiſti:erit nomē
meum ibi,vt exaudiat orationem quam orat in loco iſto ad
te ſeruus tuus.Idem habetur,2.Paral.6.19.
Domus mea domus orationis vocabitur,vos autem feci *Matt.21.13.*
ſtis eam ſpeluncam latronum.

### *Templa manufacta non inhabitat Deus, quaſi iis concludi poſſit, vel illis indigeat, vt homo ædibus.*

*3.Reg.*8.27. ERgone putandum eſt quod verè dominus habitet ſuper terram. Si enim cælum & cæli cælorum, te capere non poſſunt quanto magis domus hæc quam ædificaui ait Salomon, Idem verbatim habetur, 2.Par.6.18.

E*ſa.*66.1. Hæc dicit Dominus: Cælum ſedes mea terra autem ſcabellum pedum meorum, Quæ eſt iſta Domus quàm ædificabitis mihi? & quis eſt locus quietis meę?

H*iere.*23.24 Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eũ dicit Dominus? nunquid non cœlum, & terram ego impleo dicit Dominus?

*Act.*7.48. Sed excelſus non in manufactis habitat, ſicut: Propheta dicit, Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Cap.17 3.

### *Alioqui Deus in templis materialibus habitare dicitur.*

3.*Reg.* 6.3. ET habitabo in medio filiorum Iſrael & non derelinquã populum meum Iſrael.

C*ap.*8.12. Tũc ait Salomõ: Dominus dixit vt habitaret in nebula.

1.P*ar.*23.25. Dixit autẽ Dauid: Requiem dedit Dominus Deus Iſrael populo ſuo & habitantibus Hyeruſalem vſque in ęternum.

P*ſal.*77.60. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum vbi habitant in hominibus.

131.13. Quoniam elegit Dominus Syon, elegit eam in habitationem ſibi.

*Hiere.*7.3. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra & habitabo vobiſcum in loco iſto.7.

*Matt.*23.21. Quicunque iurauerit in templo iurat in illo, & in eo qui habitat in eo, Act.7.46.

### *Templum dicitur locus ſanctus.*

G*en.*28.17. AIt Iacob. Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam pauenſque, Quàm terribilis eſt inquit locus iſte Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.

*Exod.*3.5. At ille (Dominus Moyſi ait) ne appropinques inquit huc, ſolue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.

Tem-



### *Templum magnis muneribus dotatum.*

2.Para.ca.1.*cap.2.*ca.3.*cap.4.*cap.5. oblatis plurimis donariis gloria Domini impleuit templum. &c. 2.M*ach.* 3.2.

Igitur cùm ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges adhuc optimè cuſtodirentur propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent & templum magnis muneribus illuſtrarent. M*atth.*21.12.

### *Templi prophanatores à Deo puniuntur.*

ET intrauit Ieſus in tẽplum Dei & eiiciebat omnes vendẽtes & emẽtes in tẽplo & mẽſas nũmulariorũ & cathedras vendẽtiũ colũbas euertit. Eſa.56.5.* 2.Mach.3.25.26.*. *Ioan.*2.15.

Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. *Eccle.*3.1.

### *Tempus fructuoſè expendendum.*

OMnia tempus habent, & ſuis ſpaciis tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. 8.6.

Omni negotio tempus eſt & opportunitas, & multa hominis afflictio. *Eccleſ.*4.23.

Fili conſerua tempus, & deuita à malo. 14.13.

Priuſquàm moriaris, in amicum eſto beneficus, & pro eo quod potes manum illi dando porrige. I*bidem.* 14.

Non defrauderis à die bono, & particula bonæ diei non te prætereat. 15.21.

Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpacium peccandi. *Epheſ.*5.15.

Videte fratres quomodo cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus. M*atth.*16.2.

### *Superſtitioſè non obſeruandum.*

FActo veſpere dicitis, Serenum erit, rubicũdum eſt enim cœlum. Et manè, hodie tẽpeſtas, rutilat enim triſte cælũ. A*ct.*1.7.

Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

### *Temporis opportunitas in omnibus rebus obſeruanda.*

OMnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. *Eccleſ.*3.1.

Cap.5.8. Qui cuſto dit præceptum non experietur quicquam mali,tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit.

*Eccleſ.*20. 6. Eſt autem tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti tēporis.

Cap.32.20. Qui timent dominum inuenient iudicium iuſtum,& iuſtitias quaſi lumen accendent.

Rom. 12. 11. Sollicitudinē nō pigri,ſpiritu feruētes,Domino ſeruiētes.

## *Tenebræ trium dierum in Aegypto.*

Exod.10. 21. DIxit dominus ad Moyſen Extende manum tuam in cœlum & ſint tenebræ ſuper terram Ægypti tam denſæ,vt palpari queant.

Pſal.104. 28. Miſit tenebras & obſcurauit,& non exacerbauit ſermones ſuos.ſap.17.3.reperitur idē.Exod.10.Item ſap.19.16.fere.idem

## *In tenebris verſatur mundus & amat eas.*

4.Eſd.14.20 POſitum eſt ergo ſæculum in tenebris, & qui inhabitant in eo ſine lumine.

*Eſa.*59.9. Propter hoc elongatum eſt iudicium à vobis & non appræhendit vos iuſtitia:expectauimus lucem,& ecce tenebrę ſplendorem & in tenebris ambulauimus.

Cap.60.2. Surge illuminare Hyeruſalem quia venit lumen tuum,& gloria Domini ſuper te orta eſt,& ecce tenebræ operiēt terram,& caligo populos, ſuper te orietur Dominus & gloria eius in te videbitur.

*Ioan.*1.5. In ipſo vita erat,& vita erat lux hominum,& lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non comprehenderunt.

Cap.3.19. Hoc eſt autem iudicium,quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem,erant enim mala eorum opera.

Cap.8.12. Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus dicens; Ego ſum lux mūdi , qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Cap.11.35. Dixit ergo eis Ieſus adhuc modicū lumē in vobis eſt,ambulate dū lucē habetis,vt non tenebræ vos comprehendāt; & qui ambulat in tenebris neſcit quò vadat.Act.26.17.

1.Theſſ.5. 7. Qui enim dormiunt,nocte dormiunt,& qui ebrij ſunt nocte ebrij ſunt.

1.Ioan.2.11. Qui autem odit fratrem ſuum in tenebris eſt,& in tenebris ambulat,& neſcit quò eat,quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

Ten-

## *Tentare Deum non licet.*

ET dixertū adMoyſen:Forſitā nō erant ſepulchra in Ægypto iō tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine? Quid hoc facere voluiſti,vt educeres nos ex Ægypto? Exod. 14.11.

Qui (populus Iſrael) iurgatus contra Moyſen ait,da nobis aquam vt bibamus.Quibus reſpōdit Moyſes. Quid iurgamini contra me? quid tentatis Dominum? Cap.17.2.

Non tentabis Dominum Deum tuum,ſicut tentaſti in loco tentationis. Deut. 6.16.

Et qui eſtis vos qui tentatis Dominum? Iudith.8.11.

Scriptum eſt enim non tentabis dominum Deum tuum. Matth. 4.7.

Neque tentemus Chriſtū ſicut quidam ex ipſis (Num.21.) Tentauerunt & à ſerpentibus perierunt. 1.Cor.10.9.

## *Tentat ſeu verius probat Deus ſuos variis modis.*

QVæ poſtquā geſta ſunt,tentauit Deus Abrahā & dixit ad eum,Abraham,Abraham,at ille reſpōdit, adſum. Gen.22.7.

At ille (Moyſes) clamauit ad dominū, qui oſtēdit illi lignū,quod cùm miſiſſet in aquas, in dulcedinē verſæ ſunt, ibi conſtituit ei præcepta,atque iudicia,& ibi tentauit eum. Exod. 15.25.

Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce ego pluā vobis panē de cœlo, egrediatur populus & colligat quæ ſufficiūt per ſingulos dies,vt tentem eum,vtrū ambulet in lege mea, an non,2.Paral.32.31. Cap.16.4.

Et ait Moyſes ad populū nolite timere, vt enim probaret vos,venit Deus,& vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis,Deut.8. 2. Cap. 20.20.

Nō audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris,quia tētat vos Dominus Deus veſter vt palā fiat vtrum diligatis eū an nō,in toto corde,& in tota anima veſtra, Iudic.2.22.c.3.1. Deut. 13.3.

Dixit ergo dominus ad Sathan. Vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt,tantum in eum ne extendas manum tuam, egreſſuſque eſt Sathan à facie domini,Iob.2.8. Iob. 1.12.

In paucis vexati, in multis bene diſponentur, quoniam Deus tentat eos & inuenit illos dignos ſe. Sap. 3.5.

Omne quod tibi applicitū fuerit accipe, & in dolore ſuſtine,& in humilitate tua patientiam habe,quoniam in igne probatur aurum & argentum:homines verò receptibiles in camino humiliationis,cap.27.18. Eccleſ. 2.4.

Et ducam tertiam partē per ignem,& vram eos ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum, ipſe Zach. 13. 9.

inuo-

inuocabit nomen meum.&c.

*Rom.* 5. 4. Sed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem.

2. *Petr.* 2. 9. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.

*Iaco.* 1. 2. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis.

### *Ad ſui probationem.*

*Geneſ.* 22. 1. TEntauit Deus Abraham.

*Ibidem.* 12. Nunc cognoui quod timeas Dominum, & nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me.

*Deut.* 13. 3. Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum, an non.

*Sapien.* 3. 5. Quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe.

*Eccleſ.* 34. 9. Qui non eſt tentatus, pauca nouit.

### *Meriti augmentationem.*

*Iob.* 1. 12. SIc Iob permiſit tentari per Satan.

*Tob.* 2. Sic Tobias aduerſitatibus tentatus fuit.

1. *Petr.* 1. 6. In quo exultabitis nunc ad breue tempus afflicti in variis experimentis.

### *Tentat Diabolus decipiendo per mendacium.*

*Gen.* 3. 4. SIc Euam aggreſſus eſt.

*Matth.* 4. 9. Hæc omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me.

*Act.* 5. 3. Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, & mentireris Spiritui ſancto?

### *Affectum incendendo per deſiderium.*

*Iacobi.* 1. 14. VNuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua, abſtractus & illectus.

### *Defectum inducendo per conſenſum.*

*Eccleſ.* 2. 1. FIli accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

1. *Theſſ.* 3. 5. Propterea & ego amplius nō ſuſtinens, niſi ad cognoſcendum fidem veſtram, ne fortè tentauerit vos is qui tentat & inanis fiat labor noſter.

*Iaco.* 4. 7. Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis.

1. *Petr.* 5. 8. Sobrij eſtote, & vigilate.

Tenta-



### *Tentari non patitur Deus ſuos ſupra id quod poſſunt.*

TEntatio vos non apprehendat niſi humana, fidelis aūt Deus, qui nō patietur vos tētari ſupra id qđ poteſtis, ſed faciet etiā cū tētatiōe ꝓuentū vt poſſitis ſuſtinere. 1. *Cor.* 10. 13.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos. 2. *Petr.* 2. 9.

Nihil horum times, quæ paſſurus es, ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. *Apoc.* 2. 10

### *Teſtamentum ordinandum.*

Sic Abraham fecit.

DEdit Abraham cuncta quæ poſſederat Iſaac: filiis autē concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc viueret. *Gen.* 25. 5.

Sic Iacob.

FInitis mādatis, quibus filios inſtruebat collegit pedes ſuos ſuper lectum, & obiit. 49. 32.

Sic Tobias, cum putaret orationem ſuam exaudiri vt moreretur, vocauit ad ſe filium ſuum, dicēs: Audi fili mi, verba oris mei, eaque in corde tuo quaſi fundamentū repone. *Tob.* 4. 1.

Filio & mulieri, fratri & amico, nō des poteſtatem ſuper te in vita tua: Et non dederis alij poſſeſſionem tuam, ne fortè te pœniteat, & depreceris pro illis. *Eccleſ.* 33. 20.

In die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in tēpore exitus tui, diſtribue hæreditatem tuam. *Ibidem.* 24.

### *Ritè obſeruandum.*

FRatres, ſecundum hominē dico, tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. *Gal.* 3. 15.

Vbi teſtamētū eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. *Hebr.* 9. 16. Teſtamentum enim in mortuis cōfirmatum eſt: alioquin nondum valet, dum viuit qui teſtatus eſt.

### *Teſtimonium tum bonum, tum falſum.*

*Vide mendacium.*

NOn loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Idem Deut. 5. 19 cap. 17. 11. *Exod.* 20. 16.

Non ſuſcipies vocem mendacij, nec iunges manum tuā vt pro impio dicas falſum teſtimonium. *Cap.* 23. 1.

Homicida ſub teſtibus punietur, ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. *Num.* 35. 30.

Non

Deut.19. 15. Nō ſtabit teſtis vnus cōtra aliquē,quicquid illud peccati & facinoris fuerit,ſed in ore duorum, aut triū teſtiū ſtabit omne verbum.18.Cùmq; diligētiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrē ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit,& auferes malum de medio tui.3.Reg.21.10.

Pſal.26. 12. Ne tradideris me in animas tribulantiū me,quoniā inſurrexerūt in me teſtes iniqui,& mētita eſt iniquitas ſibi. 34.11.

Prov.6. 19. Proferentem mendacia,teſtem fallacem odit Deus.

Cap. 14. 5. Teſtis fidelis nō mētit̄,ꝓfert aūt mēdaciū doloſus teſtis.

Cap. 19. 5. Teſtis falſus nō erit impunitus, & qui mēdacia loquitur non effugiet.9.Idem habetur.

Cap. 21. 28. Teſtis mēdax peribit,vir obediēs loquet̄ victoriā.c.25.18

Cap. 24. 28. Ne ſis teſtis cōtra ꝓximū tuū,nec lactes queq̄ labiis tuis.

Dan.13.✠ Caſtiſſimā Suſannā impudētiſſimi presbyteri cùm eius cōcubitu frui non poſſent, falſo adulteri accuſant,ſed cum ad mortem ducerēt,orātē exaudiuit Deus,& per puerū Daniēlē ꝓprio ore cōuictos ſaluās,iure talionis popul⁹ interimit.

Matt.18. 16. Si autem te nō audierit,adhibe tecū adhuc vnū vel duos vt in ore duorum,vel trium teſtium ſtet omne verbum.

Cap. 19. 18. Nō falſum dices teſtimoniū.Idē.Mar.10.19.& Rom.13.9.

Cap.26.59. Principes autem ſacerdotū,& omne cōſilium quęrebant falſum teſtimoniū contra Ieſum, vt eum morti traderēt & non inuenerunt cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent.cap.28.13.

Ioan. 8. 17. Et in lege veſtra (dixit Ieſus Iudæis) ſcriptū eſt,q̄a duorū hominū teſtimoniū verū eſt.Idē habetur 2.Cor.13.1.Act.6.11.

1. Cor.5. 19. Aduerſus presbyterū accuſationem noli recipere,niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.Hebr.10.28.

*Thaddæus.* Vide *Lebbæus.*

*Thamar concumbit cum Iuda ſuo ſocero.Gen.38.15. gignit geminos Phares & Zara* 38.27.✠46.12.

*Thamar violatur ab Ammon fratre ſuo.*2.Reg.13.14.

*Thamar filia Abſalonis.*2.Reg 14.27.

*Thare pater Abraham* Gen.11.26.

*Thebes obſidetur,Iudic.*9.50.

*Thebni rex Iſrael.*3.Reg. 16.21.

*Thecuitis mittitur ad regem Dauid,vt impetret reductionem Abſalon,*2.Reg.14.25.

*Theglath Phalaſar deuictam magnam partem Iſraelitarū tranſtulit in Aſſyrios,*4.Reg.15.29.

*Theodas occiſus eſt, Act.*5.37.

The-



## *Theſaurus minus diligendus magis diligitur.*

Oſea.9. 1. Noli lętari Iſrael,noli exaltare ſicut populi,q̄a fornicat⁹ es à Deo tuo,dilexiſti mercedē ſuper oēs areas tritici.

Matt.6. 19. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra vbi ærugo & tinea demolitur,& vbi fures effodiunt & furantur.

Cap. 19. 22. Cùm audiſſet autē adoleſcēs (cui Chriſtus dixerat:Si vis perfectus eſſe,vade & vende omnia quæ habes,& da pauperib⁹)verbū,abiit triſtis,erit enim habēs multas poſſeſſiōes. Item verbatim.Mar.10.22.habetur.Item Lucæ.18.23.

Luc. 12. 22 Ideo dico vobis,nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid māducetis,neq; corpori q̄d induamini,anima plus eſt q̄ eſca,& corpus pluſquam veſtimentum.Ioan.6.26.1. Cor.9.28.

*Tertullus Orator accuſat Paulum. Act.*24.2.

*Thola dux in Iſrael,Iud.*10.1.

*Tholomai rex Ieſſur.*2.Reg.13.37.

*Thomas Didymus paratum ſe offert cū Chriſto ire in mortem.Ioan.*11.16.*erat incredulus.*20.25.27.

## *Timendus eſt Deus & ante oculos habendus.*

Gene. 22.12. Dixitq; Angelus ei (Abrahamo) nō extēdas manū tuā ſup puerū neq; facias illi quicquā, nūc cognoui qđ timeas dn̄m & nō pepercisti vnigenito tuo ꝑꝑ me, ca.31.49.

Timuerūt autem obſtetrices Deum, & nō fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti,ſed conſeruabant mares.

Exod. 1. 17. Nolite timere,vt enim probaret vos,venit Deus,& vt terror illius eſſet in vobis,& non peccaretis.

Cap. 20.20. Cuſtodi igitur temetipſum,& animam tuam ſollicitè,ne obliuiſcaris verborū,quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ.

Deut.4.9. Hæc ſunt præcepta Domini vt timeas dn̄m Deū tuum. & cuſtodias omnia mādata atq; præcepta eius,quæ ego pręcipio tibi,& filiis ac nepotibus tuis,cunctis diebus vitę tuæ vt prolongentur dies tui. 13. Dominum Deum tuum timebis & illi ſoli ſeruies,ac per nomē illius iurabis.24. Idem habetur cap.10.20.verbatim.

Cap. 6. 2. Et nūc Iſrael quid dn̄s Deus tuus petit à te,niſi vt timeas dn̄m Deum tuum,& ambules in viis eius, & diligas eū, ac ſeruias dn̄o Deo tuo in toto corde tuo, & tota anima tua.

Cap. 10. 12. Dominum Deum veſtrum ſequimini,& ipſum timete, &

Cap.13. 4. mandata illius cuſtodite, & audite vocem eius, ipſi ſeruietis,& ipſi adhærebitis.

Nunc

*Ioſue.*24.14. Nunc ergo timete Dominum & ſeruite ei corde perfe-
cto atq; veriſſimo, & auferte Deos quibus ſeruierũt patres
veſtri ĩ Meſopotamia, & ĩ Ægypto ac ſeruite dño. Iud.6.10.

4.*Reg.*17.36 Sed Dominum Deum veſtrum qui eduxit vos de terra
Ægypti in fortitudine magna, & brachio extento ipſum ti-
mere, & illum adorate, & illi immolate. 2. Paral. 20.15.

*Iob.* 1. 8. Nunquid conſideraſti (ait Dñs ad Sathan) ſeruũ meum
Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus
ac timens Deum, & recedens à malo.

*Cap.* 28. 28. Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo
intelligentia.

*Pſalm.* 26.1. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo.

32. 8. Timeat Dominũ omnis terra: ab eo autem commouean-
tur omnes inhabitantes orbem. 110.5.

33.8. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum &
eripiet eos. 10. Timete Dominum omnes ſancti eius, quo-
niam non eſt inopia timentibus eum.

111.1. Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius volet nimis.

127.1. Beati omnes qui timent Dñm qui ambulant in viis eius.

*Prou.*1. 7. Timor Domini principium ſapientiæ, ſapientiam atque
doctrinam ſtulti deſpiciunt.

*Cap.*3.7. Ne ſis ſapiẽs apud temetipſum, time Deũ & recede à malo.

*Cap.* 9. 10. Principiũ ſapiẽtiæ timor Dñi, & ſcientia ſãctorũ prudẽtia.

*Cap.*14.2. Ambulãs recto itinere, & timens Deum deſpicitur ab eo
qui infami graditur via 27. Timor Domini fons vitæ, vt
declinet à ruina mortis.

*Cap.*15.16. Melius eſt parum cum timore Domini, quàm theſauri ma-
gni & inſatiabiles.

*Cap.*16.6. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas, & in timore
Domini declinatur à malo.

*Cap.*22.4. Finis modeſtiæ timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita.
Eccleſ.12.11.

*Cap.*24.21. Time Deum fili mi, & regem, & cum detractoribus ne
commiſcearis.

*Eccleſ.*1. 11. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lętitia, & corona
exultationis.

*Cap.*2.7. Metuentes Dominũ ſuſtinete miſericordiã eius, & non
deflectatis ab illo ne cadatis. 12. Quis enim permãſit in mã-
datis eius & derelictus eſt, aut quis inuocauit eum & deſpe-
xit illum? 18. qui timent Dominum non erunt incredibiles
verbo illius, & qui diligunt illum conſeruabunt vitam illius.

In



In tota anima tua time dñm & ſacerdotes illius ſanctifica *Cap.*7. 31.

Semen hoc hominũ honorabitur quod timet dñm, ſemẽ *Cap.*10.23.
autẽ hoc exhonorabitur quod præterit mandata Domini.

Qui timet Deum faciet bona, & qui cõtinens eſt iuſtitiæ *Cap.*15.1.
apprehendet illam. &c.

Timor domini initium dilectionis eius, fidei autem initiũ *Cap.*25.16.
agglutinandum eſt ei. &c.

Timenti Deũ non occurrent mala, ſed in tentationem *Cap.*33.1.
Deus illum cõſeruabit & liberabit à malis. ca.41.16. Eſa.8.5.

Qui timet Dominũ nihil trepidabit, & non pauebit quo- *Cap.*34.16.
niam ipſe eſt ſpes eius.

Ne timeas quia ego tecũ ſum, ne declines quia ego Deus *Eſai.*41.10.
tuus confortaui te & auxiliatus ſum tui & ſuſcepit te dexte-
ra iuſti mei. (tuo, meus es tu.

Noli timere (Iſrael) quia redemi te & vocaui te nomine *Cap.*43.1.

Ego ipſe conſolabor vos: quis tu vt timeres ab homine *Cap.*51.12.
mortali & à filio hominis qui quaſi fœnum ita areſcet?

Quis non timebit te ô rex gentiũ? tuũ eſt enim decus in- *Hyere.* 10.7.
ter cũctos ſapientes gentium, & in vniuerſis regnis eorum
nullus eſt ſimilis tui.

Et dabo eis cor vnum & viam vnã vt timeant me vniuer- *Cap.* 32. 39.
ſis diebus & bene ſit eis & filiis eorum poſt eos.

Propter hoc dediſti timorẽ tuũ in cordibus noſtris & vt *Baruch.* 3.7.
inuocemus nomen tuũ & laudemus te in captiuitate noſtra;
quia conuertimur ab iniquitate patrum noſtrorum qui pec-
cauerunt ante te.

Ecce iudex Deus timete eũ & deſinite à peccatis veſtris & 4.*Eſd.*16.68
obliuiſcamini iniquitates veſtras iã agere eas in ſempiterno
& Deus educet vos & liberabit de omni tribulatione.

Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autem nõ *Matt.* 10.28.
poſſunt occidere, ſed potius timete eũ qui poteſt & animã &
corpus perdere in gehennam. Idem habetur. Luc.12.5.

Omnes honorate, fraternitatem diligite, deum timete, re- 1.*Pet.*2.17.
gem honorificate. ca.3.15.

Timete dominũ & date illi honorẽ quia venit hora iudi- *Apoc.* 14. 7.
cij eius, & adorate eum qui fecit cælũ & terram, mare & om
nia quæ in eis ſunt & fontes aquarum.

## *Timoris Dei, fructus, vtilitas, & laus.*

Miſericordia autem Domini ab æterno vſque in æter- *Pſal.*102.17.
num ſuper timentes eum. Gen.29.9.

Ddd Qui

124.1. Qui confidunt in domino ſicut mons Syon non commo
uebitur in æternum. 117.*
Prou. 10.27. Timor Dñi apponet dies & anni impiorum breuiabũtur,
Cap. 14.27 Timor domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.
Cap. 19.23. Timor Domini ad vitam, & in plenitudine cõmorabitur
abſque viſitatione peſſimi.
Cap. 22.4. Finis modeſtiæ timor Domini, diuitię, & gloria & vita,

## *Homini prodeſt ipſum bene ordinando.*

Ioſ. 23.14. TImete Deum & ſeruite ei perfecto corde atque veriſ-
Pſal. 2.11. Seruite domino in timore: (ſimo.
118.102. Confige timore tuo carnes meas.
4. Reg. 17.41 Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem dominũ, ſed
nihilominus idolis ſuis ſeruientes.
Prou. 3.7. Time dominum & recede à malo. Sanitas quippe erit vm-
bilico tuo, & irrigatio oſſibus tuis.
8.13. Timor domini odit malum.
14.16. Sapiens timet & declinat à malo.
15.28. Per timorem domini declinat omnis à malo.
Ibid. 33. Timor domini diſciplina ſapientiæ.
16.6. In timore domini, declinatur à malo.
23.17 Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed in timore domi
ni eſto tota die, quia habebis ſpem in nouiſſimo, & præſto-
latio tua non auferetur.
24.21. Time dominum fili mi, & regem.
28.14. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus qui vero mentis eſt
duræ corruet in malum.
Eccl. 7.19. Qui timet Deum, nihil negligit,
12.13. Deum time & mandata eius obſerua.
1.27. Timor domini expellit peccatum. (ces veſtra.
2.8. Qui timetis dominũ, credite illi: & non euacuabitur mer-
Ibid. 18. Qui timent dominũ, non erunt incredibiles verbo illius.
Qui timent dñm inquirent quæ bene placita ſunt illi. Qui
timent dominum præparabunt corda ſua, & in conſpectu il-
lius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent dominum custo-
diunt mandata illius & patientiam habebunt vſque ad circũ-
ſpectionem illius.
731. In anima tua time dominum.
15.1. Qui timet Deum faciet bona.
21.7. Qui timet Deum conuertetur ad cor ſuum.
Ibid. 13. Consummatio timoris Dei ſapientia, & ſenſus.
25.16. Timor Dei initiũ dilectionis eius: fidei autẽ initium ag-
glutinandum eſt ei.



Timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Eſaiæ. 29.13.
Dabo ei cor vnum & viã vnam, vt timeant me vniuerſis Iere. 32.39.
diebus, & bene ſit eis & filiis eorum poſt eos.

## *Plenè remunerando.*

QVis ſimilis tui in fortib⁹ dñe? quis ſimilis tui magnifi Exod. 15.11
cus in ſanctitate terribilis atque laudabilis faciens mi-
rabilia.
Noli timere fili mi pauperem quidem vitam gerimus, ſed Tob. 4.23.
multa bona habebimus, ſi timuerimus Deũ, & receſſerimus
ab omni peccato, & fecerimus bene.
Timor Dñi, ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligẽ Iob 28.28.
Timete dominum omnes ſancti eius. (tia. Pſal. 33.10.
Dediſti hęreditatem timentibus nomen tuum. 60.6.
Beatus qui timet domimum, potens in terra erit. Gloria & 111.1.
diuitiæ in domo eius.
Voluntatem timentium ſe faciet. 144.19.
Timor domini apponet dies. Prou. 10.27.
In timore domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit 14.26.
ſpes. Timor domini fons vitæ vt declinet à ruina mortis.
Timor domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur 19.23.
abſque viſitatione peſſimi.
Finis modeſtię, timor domini diuitiæ & gloria & vita. 22.4.
Timor domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona e- Eccle. 1.1.
xultationis. (benedicetur.
Timenti dñm bene erit in extremis, & in die obitus ſui Ibid. 3.
Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum,
Qui timetis Dominũ, ſperate in illum, & in oblectationẽ 2.9.
veniet vobis miſericordia. Qui timetis Dominum, diligite
illum, & illuminabuntur corda veſtra.
Semen hominum honorabitur hoc quod timet dominũ. 10.23.
Oculi domini ſemper timentes eum. (timor Dei 15.30.
Agnoſcent, qui derelicti ſunt, quoniã nihil melius eſt quã 23.37.
Beatus homo cui donatum eſt habere timorem Dei. 25.15.
Timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. Ibid. 14.
Qui timet dominum excipiet doctrinam eius, & qui vigi- 32.26.
lauerint ad illum inuenient benedictionem.
Timenti dominum non occurrent mala, ſed in tẽtatione 33.1.
Deus illum conſeruabit & liberabit à malis.
Qui timet dñm, nihil trepidabit, & non pauebit quoniam 34.16.
ipſe eſt ſpes eius. Timentis dominum, beata eſt anima eius.

Oculi Domini ſuper timentes tuas.
40.26.) Facultates & virtutes exaltant cor,& ſuper hæc,timor do-
mini.Non eſt in timore Domini minoratio.Timor domini
ſicut paradiſus benedictionis.
Mich.6.9. Salus erit timentibus nomen Domini.
Malach.4.2. Orietur vobis timentib' nomẽ meũ ſol iuſtitię,& ſanitas in
pennis eius,& egrediemini,& ſalietis,ſicut vituli de armẽto.
Lucæ.1.5. Miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eũ

### *Timor humanus,vitioſus.*

Iob.6.16. QVi timent pruinam,irruet ſuper eos nix.
Pſal.13.5. Illic trepidauerunt timore,vbi non erat timor.
Prou.29.25. Qui timet hominem cito corruet.
Eccl.22.21. Sicut ornatus arenoſus in pariete lympido & ſicut palleæ
in excelſis,& cæmenta ſine impenſa poſita contra faciẽ ven-
ti non permanebunt,ſic cor timidũ in cogitatione ſtulti cõ-
tra impetum timoris,non reſiſtet.
Matt.1.20. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.
Luc.12.4. Dico vobis amicis meis,ne terreamini ab his, qui occidũt
corpus,& poſt hęc non habet amplius quid faciant.
1.Pet.3.14. Qui eſt qui vobis noceat,ſi boni æmulatores fueritis? Ti-
morem eorum ne timueritis,& non conturbemini.

### *Contemptus eius,virtuoſus.*

Pſal.24.14. FIrmamentum eſt dominus timentibus eum.
26.1. Dominus illuminatio mea & ſalus mea quem timebo.
55.5. In Deo ſperaui,non timebo quod faciat mihi homo.
Prou.3.25. Ne paueas repentino terrore,& irruentes tibi potẽtias im-
piorum:dominus enim erit in latere tuo.
Eſai.41.10. Seruus meus es tu:Ne timeas,quia ego tecum ſum.
Ibid.13. Ne timeas,ego adiuui te.
43.1. Noli timere, quia redemi te , & vocaui te nomine tuo.
Cũ trãſieris ꝑ aquas tecum ero: et flumina nõ operiẽt te.Cũ
ãbulaueris in igne nõ cõbureris,& flãma nõ ardebit in te.
5.7. Audite me qui ſcitis iuſtũ,populus meus,lex mea in cordi-
bus eorum:nolite timere opprobriũ hominũ,& blaſphemias
eorum ne metuatis.Sicut enim veſtimentum , ſic comedet
eos vermis,& ſicut lanam deuorabit eos tinea.
Ibid.12. Quis tu vt timeas ab homine mortali , & à filio hominis
qui quaſi fœnum,ita areſcet?& oblitus es domini factoris tui
qui tetendit cælos,& fundauit terram.
Ierem.1.8. Ne timeas à facie eorum,quia tecum ego ſum,vt eruã te
dicit



dicit Dominus.
Si Deus pro nobis quis contra nos. Rom.8.31

### *Eius defectus cauſa eſt peccandi.*

REſpondit Abrahã(Abimelech) cogitaui mecum dicens Gen.20.11.
forſitam non eſt timor Dei in loco iſto & interficiant
me propter vxorem meam.

### *Timore punit Deus & terrore.*

CVmque eſſent(Iacob cum omni domo ſua) terror Dei Gen.35.5.
inuaſit omnes per circuitũ ciuitates,& non ſunt auſi per
ſequi recedentes.
Terrorem meum mittam in percurſum tuum,& occidam Exod.23.27.
omnem populũ ad quem ingredieris cunctorumque inimi-
corum tuorum coram te terga vertam.
Et qui de vobis remãſerit dabo pauorẽ in cordibus eorũ Leuit.26.36.
in regionibus hoſtiũ terrebit eos ſonitus folij volãtis & ita
fugient quaſi gladium,cadent nullo perſequente Ioſu.2.9.
Hodie incipiam mittere terrorẽ atque formidinẽ tuã in Deut.2.25
populos qui habitant ſub omni cœlo,vt audito nomine tuo
(Iſrael)paueant & in morem pertimentium contremiſcant
& dolore teneantur.
Nullus ſtabit contra vos(Iſrael)terrorem veſtrum atque Cap.11.25.
formidinem dabit dominus Deus veſter ſuper omnẽ terrã
quam calcaturi eſtis,ſicut locutus eſt vobis Deus veſter.
Videbuntque omnes terrarũ populi quod nomẽ domini Cap.28.10.
inuocatum ſit ſuper te et timebunt te(Iſrael)65.In gentibus
quoque illis nõ quieſces,neq; erit requies veſtigio pedis tui
(Iſrael)dabit enim tibi dñs cor pauidum,& deficientes ocu-
los & animam conſumptam merore,& erit vita tua quaſi pẽ
dẽs ante te timebiſque nocte et die et non credes vitæ tuæ.
Et conturbauit eos Dominus(ſcilicet quinque reges illos Ioſu.10.10.
expugnantes Gabaon)à facie Iſrael: contriuitque plaga ma-
gna in Gabaon,ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Be-
thorum & percuſſit vſque Azeca et Maceda.4.Reg.7.6.
Omnia itaq; caſtra turbata ſunt & vociferãtes(Madianitę) Iudic.7.21.
vlulanteſque fugerunt(ſcilicet à gladio Dei et Gedeonis)et
nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes.
Factũ eſt aũt cũ Samuel offerret holocauſtũ,Philiſtijm ini 1.Reg.7.10.
ere prælium contra Iſrael, intonuit aũt dñs fragore magno
in die illa ſuper philiſtiim et exterruit eos et cęci ſunt à filiis
Iſrael

2.Par.14.14. Et percuſſerunt(Aſa cũ ſuis)ciuitates omnes per circuitũ Geraræ grãdis quippe cunctos terror inuaſerat (Æthiopes) & diripuerunt vrbes & multam prædam aſportauerunt.

Cap.17. 10. Itaque fact⁹ eſt pauor dñi ſuper omnia regna terrarũ quæ erant per gyrum Iuda nec audebant bellare cõtra Ioſaphat

Cap.20. 29. Irruit autem pauor domini ſuper omnia regna terrarum cum audiſſent quod dominus pugnaſſet contra inimicos Iſrael(ſcilicet Ammonitas,Moabitas & Syrios.)

Pſal.9.20. Exurge domine non confortetur homo,iudicentur gẽtes in conſpectu tuo.

Hyere.49.37 Et pauere faciam Æliam coram inimicis ſuis & in cõſpectu quærentium animam eorum & adducam ſuper eos malum iram furoris mei dicit dominus:& mittam poſt eos gladium donec conſumam eos.Iudith.14.14.

Iudith.15.1. Cùmque omnis exercitus decollatum Holophernẽ audiſſet,fugit mens & conſilium ab ẽis,& ſolo tremore & metu agitati,fugæ præſidium ſumunt.

2.Mach.3.4. Heliodorus(a rege Antiocho miſſus vt theſauros templi raperet)autem quod decreuerat perficiebat eodẽ loco ipſe cum ſatellitibus circa ærarium preſens,ſed ſpiritus omnipotentis Dei magnã fecit oſtenſionis euidẽtiam,ita vt omnes q̃ auſi fuerãt ei parere, ruentes Dei virtute in diſſolutionẽ & formidinem conuenerentur. *Timoris Dei exempla.*

Exod.1.17. TImuerunt autem obſtetrices Deum(quibus præceperat Pharao omnes maſculos interficere in Iſrael & fœminas reſeruare)& non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti ſed conſeruabant mares.

Cap.14.31. Et viderũt(filij Iſrael tranſeuntes mare rubrũ) mortuos Ægyptios, ſuper littus maris & manũ magnam quam exercuerat dominus ſuper eos,timuitque populus dominum & crediderunt domino & Moyſi ſeruo eius.

2.Par. 19.7. Sit timor domini vobiſcum & cum diligentia cuncta facite,nõ eſt enim apud dominum Deum noſtrum iniquitas nec perſonarum acceptio nec cupido munerum.

Tob.2.9. Sed Tobias plus timẽs Deum quàm regem rapiebat corpora occiſorum & occultabat in domo ſua & mediis noctibus ſepeliebat ea.13.Nam cum ab infantia ſua ſemp Deum timuerit & mãdata eius cuſtodierit non eſt contriſtatus cõtra dominum quod plaga cæcitatis euenerit ei.

Cap.3.8. Virum autem cum timore tuo(domine Deus)non cum libidine mea conſenſi ſuſpicere.3.Reg.18.3.

Cap.9.12. Cũq; omnes dixiſſent amen,acceſſerunt ad conuiuiũ ſed & cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.



Et erat hæc(Iudith)in omnib.famoſiſſima quoniã timebat dominũ valde,nec erat qui loqueretur de ea malũ verbum. Iudit.8.8.

Semper enim quaſi tumẽtes ſuper me fluctus timui Deũ, & pondus eius ferre non potui. Iob.31.23.

Et timuerunt viri(Niniuitæ)timore magno dominum, & immolauerunt hoſtias domino & vouerunt vota. Ioan.1.16.

Fallax gratia & vana eſt pulchritudo,mulier timens Deũ ipſa laudabitur. Prou.31.30

Sed cũ plagis perimeretur(Eleazarus)ingemuit & dixit domine q̃ habes ſanctã ſciẽtiã manifeſtè tu ſcis qa cũ à morte poſſem liberari,duros corporis ſuſtineo dolores,ſecundũ animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. 2.Mac.6.30

Et ecce homo erat in Hieruſalem cui nomen Symeon & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael & ſpiritusſanctus erat in eo.ca.8.2. Luc.2.25.

Vir autem erat in Cæſarea nomine Cornelius , religioſus ac timens Deum cum omni domo ſua,faciens eleemoſinas multas plebi.35.In veritate comperi quia non perſonarum acceptor Deus ſed in omni gente qui timet deum & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi..ca.8.2.cap.9.3. Act.10.2.

*Timor & ſollicitudo non repugnat fidei & ſpei.*

SEruite domino in timore & exultate ei cum tremore. Pſal.2.11.

Omnia hæc tractaui in corde meo vt curioſe intelligerẽ: Sunt iuſti atque ſapiẽtes & opera eorum in manu Dei ſunt & tamen neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit. Eccle.9.1.

De propitiato peccato noli eſſe ſine metu,neque adiicias peccatum ſuper peccatum. Eccle.5.5.

Bene propter incredulitatem fracti ſunt,tu autẽ fide ſtas noli altum ſapere,ſed time. Rom.11. 20.

Ego igitur ſic curro nõ quaſi in incertũ,ſic pugno nõ quaſi aerẽ verberãs,ſed caſtigo corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo ne forte cũ aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar. 1.Cor.9. 27.

Itaque qui ſe exiſtimat ſtare,videat ne cadat.Heb.3.14. Cap. 10.12.

Itaque chariſſimi mei , ſicut ſemper obediſtis, non vt in præſentia mei tãtũ,ſed multo magis nunc in abſentia mea cũ metu ac tremore ſalutem veſtram operamini.Ca.3.11. 13. Philip.2. 12.

Timeam⁹ ergo ne forte relicta pollicitatione introeũdi in requie eius,exiſtimetur in vobis aliquis deeſſe &c.2.pet.3.17 Heb.4.1.

*Timent & reuerentur bonos etiam mali.*

ET ſubuertit rotas curriũ(dñs Deus)ferrebãturq; in profundum Exod 14.25.

fundũ. Dixerunt ergo Ægyptij: Fugiamus Iſraelem dominus enim pugnat pro eis contra nos. Geneſ. 20. 8. 4. Reg. 1. 14.

*1. Reg.* 18:12. Et timuit Saul Dauid, eo quod dominus eſſet cum eo & à ſe receſſiſſet.

*2. Eſd.* 6. 16. Factum eſt ergo cùm audiſſent omnes inimici noſtri vt timerent, vniuerſæque gentes quæ erant in circuitu noſtro, & conciderent intra ſemetipſos & ſcirent quod à Deo factum eſt opus hoc. 1. Mach. 3. 35.

1. Mac. 12. 28. Et audierunt aduerſarij (principes Demetrij quod paratus eſt Ionathas cum ſuis in bello & timuerunt & formidauerunt in corde ſuo & accenderũt focos in caſtris ſuis.

*Mar.* 6. 20. Herodes enim metuebat Ioannem ſciens eum virum iuſtum & ſanctum & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat & libenter eum audiebat. Act. 5. 13. cap. 16. 29.

*Timotheus circunciditur, & proficiſcitur cum Paulo, Act.* 16. 3. *mittitur cum Paulo in Macedoniam,* 19. 22. *accepit gratiam per impoſitionem manuum.* 1. *Tim.* 4. 14. 2. *Tim.* 1. 6.

*Titum Gentilem noluit Paulus circuncidi, Gal.* 2. 3. *Titus à Paulo conſtitutus epiſcopus Cretenſis, Tit.* 1. 5.

*Tobias vir pius, & in pietate conſtans, Tob.* 1. 1. *✝ fit cæcus,* 2. 11. *viſum recipit.* 11. 14.

### *Traditiones ſine ſcripto ab Apoſtolis acceptæ, ſeruandæ nobis ſunt. (Vide antiquæ viæ.)*

*2. Theſſ.* 2. 15. ITaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram.

### *Tradiderunt apoſtoli quædam viua voce.*

1. *Cor.* 11. 34. SI quis eſurit domi manducet, vt non in iudicium conueniatis, cætera autem cùm venero diſponam.

*2. Ioan.* 1. 12. Plura habẽs ſcribere vobis nolui per chartã aut atramentũ ſpero enim me futurũ apud vos & os ad os loqui, vt gaudium veſtrum plenum ſit. Idem epiſtola 3. 13. habetur.

## *Tribulatio.*

*Geneſ.* 42. 2. MErito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum (Chriſtum) vidẽtes anguſtias animæ illius dum nos precaretur, non audiuimus, idcirco venit hæc afflictio ſuꝑ nos.

*Exod.* 1. 12. Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant.

*Num.* 31. 23. Omne quod poteſt tranſire ꝑ flammas, igne purgabitur.

1. *Reg.* 22. 2. Cõuenerunt ad Dauid (Chriſtum) omnes qui erant in anguſtia



guſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno (à diabolo,) & amaro animo: & factus eſt eorum princeps.

Tempore anguſtiæ ſuę auxit Achaz contemptũ in dñm. 2. *Par.* 28. 22.

Cùm requieuiſſent, reuerſi ſunt, vt facerent malum in cõſpectu Domini. *Nehe.* 9. 28.

In tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad Dominum. *Ibid.* 7. 17.

Benedictum eſt nomen tuum Deus patrum noſtrorũ, qui cùm iratus fueris, miſericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocant te. *Tob.* 3. 13.

Hoc habet pro certo, omnis qui colit te, quòd vita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur. *Ibidem.* 21.

Poſt tempeſtatem, tranquillum facis: & poſt lacrhymationem & fletum, exultationem infundis. *Ibid.* 22.

Tu Dñe flagellas & ſaluas, deducis ad inferos & reducis. 13. 2.

Ipſe caſtigauit nos: propter iniquitates noſtras: & ipſe ſaluabit nos, propter miſericordiam ſuam. *Ibid.* 5.

In tuo flagello vindica iniquitates noſtras. *Iudith.* 7. 20.

Non vlciſcamur nos pro his, quę patimur: ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia, minora eſſe flagella domini, quibus quaſi ſerui corripimur, ad emendationem: & non ad perditionem eueniſſe credamus. 8. 26.

Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? *Iob.* 2. 10.

Nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem (eſſe vehementem. *Ibidem.* 13.

Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. 5. 7.

Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat & medetur, percuti & manus eius ſanabunt. *Ibidem.* 17.

In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum. *Ibidem.* 19.

Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. 6. 4.

Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat 9. 34.

Vtinam intelligeres, quòd multò minora exigaris ab eo quàm meretur iniquitas tua. 11. 6.

Domus illorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper eos. 21. 9.

Ipſe probabit me quaſi aurum quod per ignem tranſit. 23. 10.

Conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs, reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuę. 33. 25.

*Ibid.*27. Peccaui,& verè deliqui,& vt eram dignus, non recepi.
*Pſal.*2.11. Apprehẽdite diſciplinam,ne quando iraſcatur Dominus.
4.2. In tribulatione dilataſti mihi.
15.4. Poſteaquam multiplicatæ ſunt infirmitates eorum,acceleraũerunt.
16.3. Probaſti cor meum,& viſitaſti nocte: igne me examinaſti & non eſt inuenta in me iniquitas.
17.36. Diſciplina tua correxit me in finem.
22.4. Virga tua,& baculus tuus:ipſa me conſolata ſunt.
31.7. Tu es refugium meum à tribulatione,quę circundedit me.
33.19. Iuxta eſt Dominus his,qui tribulato ſunt corde & humiles ſpiritu ſaluabit.
*Ibid.*20. Multæ tribulationes iuſtorum.
49.15. Inuoca me in die tribulationis,& eruam te,& honorifica(bis me.
65.11. Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.
*Ibidem.* 12. Tranſiuimus per ignem & aquam.
82.17. Imple facies eorũ ignominia,& quærent nomen tuũ dñe.
90.15. Cum ipſo ſum in tribulatione.
93.19. Secundum multitudinẽ dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
118.71. Bonum mihi,quia humiliaſti me.
*Prouer.*3.11. Diſciplinam Domini ne abiicias fili mi,nec deficias cùm ab eo corriperis,quem enim diligit Dominus corripit , & quaſi pater in filio complacet ſibi.
17.37. Sicut igne probatur argentum & aurum in camino , ita corda probat Dominus.
*Eccleſ.*4. 14. De carcere catenisque interdum egreditur quis ad regnũ & alius natus in regno,inopia conſumitur.
10.4. Curatio,ceſſare faciet peccata maxima.
*Sapien.*3. 5. In paucis vexati,in multis bene diſponẽtur,quoniã Deus tentauit eos,& inuenit eos dignos ſe: Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos,& in tempore erit reſpectus illorum.
11.11. Hos quidem tanquam pater monens probaſti:illos autẽ tanquam rex durus interrogans condemnaſti.
*Ibidem.* 14. Cùm audirent per ſua tormenta bene ſecum agi,commemorati ſunt Dominum,admirantes in finem exitus.
12.22. Cùm das nobis diſciplinam,inimicos noſtros multipliciter flagellas,vt bonitatem tuam cogitemus.
16.6. Ad correptionem in breui turbati ſunt,ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ.

Omne



Omne quod ibi applicatum fuerit,accipe,& in dolore ſuſtine,& in humilitate tua patientiã habe,qm̃ in igne probatur aurum & argentum,homines verò receptibiles,in camino humiliationis. *Eccleſ.* 2. 4.
Quoniam pius & miſericors eſt Dominus,& remittit in dies tribulationis peccata. *Ibidem.*13.
Vaſa figuli probat fornax,& homines iuſtos tẽtatio tribu(lationis. 27.6.
Infirmitas grauis ſobriam facit animam. 31.2.
Speciosa Dei miſericordia in tẽpore tribulationis , quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis. 35. 26.
Excoquam ad purum ſcoriam tuam , & auferam omne ſtannum tuum. *Eſa.* 1. 25.
Cùm feceris iudicia tua in terra,iuſtitiam diſcent habitatores orbis. 26.9.
Miſereamur impio,& non diſcet iuſtitiam. *Ibidem.* 16.
Domine in anguſtia requiſierunt te. 28. 19.
Vexatio dabit intellectum auditui. 30.31.
A voce dñi pauebit Aſſur virga percuſſus. Et erit trãſitus virgæ fundatus,quã requieſcere faciet Dominus ſuper eam.
Defecit ſufflatorium in igne cõſumptum eſt plũbum fruſtra cõflauit conflator,malitia eorum non ſunt conſumptæ. *Ierem.* 6.29.
Argentum reprobum vocate eos,quia Dñs proiecit illos. 9.7.
Ecce ego conflabo & probabo eos. 25. 29.
Ecce in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meũ , ego incipio affligere,& vos quaſi innocentes & immunes eritis. 30. 11.
Caſtigabo te in iudicio,vt non videaris tibi innoxius. 31. 18.
Caſtigaſti me Domine & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus.
Caſtigabo te in iudicio,nec quaſi innocenti parcam tibi. 46.28.
Ecce quibus non erat iudicium,vt biberent calicem , bibentes bibent:& tu quaſi innocens relinqueris : non eris innocens,ſed bibens bibes. 49. 12.
Anima in anguſtiis & ſpiritus anxius clamat ad te , audi Domine,& miſerere. *Baruch.* 3. 1.
Omnes iſti æs & ſtannum,& ferrum,& plumbum in medio fornacis,ſcoria argenti facti ſunt. *Ezech.*22.18.
Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius,neque per ignem. 24. 12.
Eligentur & dealbabũtur,& quaſi nix probabuntur multi. *Dan.* 12. 10.
Sepiam viam tuam ſpinis (ad malum,)& ſepiam eam maceria,& ſemitas ſuas non inueniet. *Oſee.* 2. 6.
In tribulatione ſua mane cõſurgẽt ad me,Venite & reuertamur 6. 1.

tamur

tamur ad dominum,quia ipſe cepit & ſanabit nos.

11.4. Funiculis hominum trahebam eos, & funibus dilectionis,& fui eis,vt quiſpiam qui leuat iugum ſub maxilla eorum,& inclinaui ad eos cibum.

*Ionæ.* 2.8. Cum anguſtiaretur in me anima mea,dñi recordatus ſũ.

*Naum.* 1. 3. Dominus in tempeſtate,& in turbine viæ eius, & nebulę puluis pedum eius.

*Ibidem.* 7. Bonus dominus & confortãs in die tribulationis,& in diluuio prætereunte,conſummationem faciet loci illius.

*Ibidem.* 9. Non conſurget duplex tribulatio.

*Ibidem.* 12. Afflixi te,& non affligam te vltra.

*Zach.* 13. 9. Vrã eos,ſicut vritur argẽtũ:ꝓbabo eos ſicut probatˀ aurũ.

*Aggæi.* 2.18 Percuſſi vos vento vrẽte,& ærugine,& grandine, omnia opera manuũ veſtrarũ, & non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me,dicit Dominus.

*Mala.* 3. 3. Ipſe enim quaſi ignis cõflans, & quaſi herba fullonũ: & ſedebit cõflans,& emundans argentum,& purgabit filios Leui & collabit eos quaſi argentum.

1.*Mac.* 2. 53. Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mãdatum, & factus eſt Dominus Ægypti.

2.*Mac.* 6. 13. Multo tẽpore non ſinere peccatoribus ex ſentẽtia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt iudicium. Nõ enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat,vt eas cùm dies iudicij venerit, in plenitudine peccatorum puniat:ita & in nobis ſtatuit,vt peccatis noſtris in finẽ deuolutis,ita demum in nos vindicet.

*Ibidem.* 16. Corripiens in aduerſis populum ſuum, non derelinquit.

*Ibidem.* 19. Eleazarus glorioſiſſimã magis eligens mortem quã odibilem vitam complectens,voluntariè præibat ad ſuppliciũ.

*Et infra.* 20. Patienter ſuſtinens,deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem.

*Ibidem.* 26. Si in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiar, manũ omnipotentis neque viuus, neque defunctus effugiam.

*Ibidem.* 30. Tu ſcis Domine,quia cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores,animo verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

7. 9. Tu ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis, ſed ille rector mundi,nos pro ſuis legibus morientes,ad æternam vitam denuo ſuſcitabit.

*Et infra.* 11. E cœlo iſta poſſideo,ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio,quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero.

Nos



Nos propter noſmetipſos hæc patimur: peccãtes in Deũ noſtrũ,& digna admiratone facta ſunt in nobis:tu aũt ne putes tibi impunè futurũ,qm̃ cõtra Deum pugnare tentaueris *Ibidem.* 18.

Dignus fratribus tuis effectus particeps ſuſcipe mortẽ,vt in illa miſeratione cũ fratrib' tuis te recipiã:(Verba matris.) *Ibidem.* 29.

Fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato, vitæ æternæ effecti,ſunt. *Ibidem.* 36.

Cœpit Anthiochus à graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire,diuina admonitus plaga. 9. 11.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. *Matt.* 5. 10.

Si quis te percuſſerit in dextrã maxillã,præbe ei & alterã. *Ibidem.* 30.

Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. 10.39.

Ego hic fame pereo:ſurgã igitur & ibo ad patrẽ meũ, & dicã ei:Pater,peccaui in cœlũ & corã te:iam nõ ſum dign' vocari filius tuus,fac me ſicut vnum de mercenariis tuis. *Lucæ.* 15.18.

Tradent vos in tribulationem,& occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. *Matt.* 24.9.

Nõne oportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriã ſuã? *Lucæ.*24.26.

Neque hic peccauit neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. *Ioan.*9.3.

Omnem palmitem qui fert fructum purgabit eum,vt fructum copioſiorem afferat. 15. 2.

Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. 16. 2.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Ibidem.* 20.

Mulier cum parit,triſtitiam habet, quia venit hora eius cum autem peperit puerum,iam nõ meminit preſſuræ propter gaudium:quia natus eſt homo in mundum. *Ibidem.* 21.

Gloriamur in tribulationibus,ſcientes quia tribulatio patientiam operatur. *Rom.* 5.3.

Hæredes quidem Dei,cohæredes autem Chriſti, ſi tamẽ compatimur,vt & conglorificemur. 8.17.

Exiſtimo,quod non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. *Ibidem.* 18.

Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Ibidem.* 21.

Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. *Ibidem.* 22.

Quis nos ſeparabit à charitate Xpi?tribulatio an ãguſtia? an fames?an nuditas?an perſecutio?an periculũ? an gladius? *Ibidem.* 35.

Certus ſum,quia neq; mors,neque vita,neq; angeli, neq; prin- *Ibidem.* 38.

principatus, neque vlla creatura alia poterit nos ſeparare à
dilectione Dei.
*Rom.* 12. 12. In tribulatione patientes.
1.*Cor.* 4. 11. Vſque in hãc horã & eſurimus & ſitimus,& nudi ſumus,
& colaphis cædimur,& laboramus operantes manibus nr̃is,
*Ibidem.* 12. Maledicimur,& benedicimus:& perſecutionem patimur,
& ſuſtinemus.
2. *Cor.* 1. 4. Benedictus Deus qui cõſolat̃ nos in õni tribulatiõe nr̃a.
*Ibidem.* 5. Sicut abũdãt paſſiones Chriſti in nobis:ita & per Chriſtũ
abundat conſolatio noſtra.
*Ibidem.* 7. Sicut ſocij paſſionum eſtis,ſic eritis & conſolationis.
4. 8. In omnibus tribulationẽ patimur,ſed nõ anguſtiamur:ap
portamur,ſed nõ deſtituimur:perſecutionẽ patimur,ſed non
derelinquimur:deiicimur,ſed nõ perimus:ſemper mortifica
tionem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferẽtes, vt & vi
ta Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.
*Ibidem.* 17. Id quod in præſenti eſt momentaneũ,& leue tribulatio
nis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternum gloria
pondus operatur in nobis.
7. 4. Repletus ſum conſolatione,ſuperabundo gaudio in om
ni tribulatione veſtra. (ipſorum fuit
8. 2. In multo experimento tribulationis, abundantia gaudi
11. 20. Suſtinetis ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit,ſi quis deuorat
ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit
*Ibidem.* 23. In laboribus plurimis,in carceribus abundantius, in pla
gis ſuprà modum,in mortibus frequenter.
*Ibidem.* 27. In labore,in ærũna,in vigiliis multis,in frigore & nuditate
12. 9. Virtus in infirmitate perficitur.Libenter igitur gloriabor
in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.
*Ibidem.* 10. Placeo mihi in infirmitatibus meis,in contumeliis,in ne
ceſſitatibus,in perſecutionibus,in anguſtiis, pro Chriſto.
*Galat.* 4. 29. Quomodo tunc is,qui ſecundũ carnẽ natus fuerat, perſe
quebatur eũ,qui ſecũdum ſpiritũ, ita & nunc (malus bonos
*Philip.* 1. 29. Donatum eſt vobis pro Chriſto, non ſolum vt in eũ cre
datis,ſed vt & pro illo patiamini.
*Coloſſ.* 1. 4. Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis,& adimpleo, quæ
deſunt paſsionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius
quod eſt Eccleſia.
2. *Theſ.* 1. 4. Gloriamur pro vobis in Eccleſiis Dei,pro patiẽtia veſtra
in omnibus perſecutionibus, & tribulationibus quas ſuſti-
netis,, vt digni habeamini in regno Dei,pro quo & patimini
Si



Si commortui ſumus & cõuiuemus:ſi ſuſtinemus & con- 2. *Tim.* 2. 11.
regnabimus. (nem patientur.
Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu,perſecutio- 3. 12.
Videmus Ieſum per paſſionem mortis gloria & honore *Heb.* 2. 9.
coronatum,(& martyres.)
Et quidem cùm eſſet filius Dei,didicit ex his,quæ paſſus 5. 8.
eſt,obedientiam.
Alij ludibria & verba experti,inſuper & vincula & carce 11. 36.
res:lapidati ſunt,ſecti ſunt, tentati ſunt.
Egẽtes,anguſtiati,afflicti,quibus dignus nõ erat mũdus. *Ibidem.* 37.
Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe 12. 11.
gaudij, ſed mœroris: Poſtea autem fructum pacatiſſimum
exercitatis per eam reddet iuſtitiæ.
Quod ſi extra diſciplinã eſtis,cuius participes facti ſunt *Ibidem.* 8.
omnes:ergo adulteri,& non filij eſtis.
Per multas tribulatioes oportet nos intrare in regnũ Dei. *Actu.* 14. 21.
Vincula & tribulationes me manẽt Ieroſolymis.Sed nihil 20. 23.
horum vereor,nec facio animam meam pretioſiorem quã
me:dummodo conſumem curſum meum,& miniſteriũ ver
bi,quod accepi à Domino Ieſu.
Ego non ſolum alligari.ſed & mori in Ieruſalem paratus 21. 13.
ſum pro nomine Domini Ieſu Chriſti.
Omne gaudium exiſtimate fratres mei,cùm in varias tẽ- *Iacobi.* 1. 2.
tationes incideritis ſcientes quod probatio fidei veſtræ pa-
tientiam operatur.Patientia autem opus perfectum habeat.
Beatus vir qui ſuffert tentationem:quoniam cùm proba *Ibidem.* 12.
tus fuerit,accipiet coronã,quã repromiſit Deus diligẽtib[9] ſe. 1. *Pet.* 1. 6.
In quo exultabitis,modicum nunc ſi oportet cõtriſtari in
variis tẽtationibus,vt probatio fidei veſtrę multo pretioſior 2. 21.
auro,quod per ignẽ probatur:inueniatur, in laudem & ho-
norem in reuelationem Ieſu Chriſti.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinquens exemplũ,
vt ſequamini veſtigia eius
Si quid patimini propter iuſtitiam, beati.
Melius eſt benefacientes (ſi velit voluntas Dei) pati,quã 3. 14.
malefacientes. *Ibidem.* 13.
Chriſto in carne paſſo,& vos eadẽ cogitatione armamini.
Cõmunicãtes Chriſti paſſionibus, gaudete vt in reuela- 4. 1.
tione gloriæ eius gaudeatis exultantes. *Ibidem.* 13.
Tẽpus eſt vt incipiat iudiciũ à domo Dei.Si autẽ primũ
à nobis,quis finis eorum,qui non credunt Dei Euangelio. *Ibidæm.* 17.
In

5.10. In Chriſto Ieſu modicum paſſos,ipſe perficiet,confirma-
bit,ſolidabitque.
2.Petr.2.9. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in
diem iudicij reſeruare cruciandos.
Apoc.1.9. Ego Ioannes frater veſter,& particeps in tribulatione &
regno & patienti ,in Chriſto Ieſu.
7.14. Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna.
12.11. Non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem.(Vide etiã
in Tit.) Patientia,perſecutio,Timor,Crux.

## *Tributum. Vide Exactio.*

## *Trinitas figurata & declarata.*

Geneſ.1.26. FAciamus hominem,ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã,
vt præſit piſcibus maris & volatilibus cœli & beſtiis vni-
uerſæ terræ,omniq; reptili quod mouetur in terra.
Cap.18.2. Cum (Abrahã) eleuaſſet occulos, apparuerũt ei tres viri
ſtantes prope eũ:quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum
eorum de oſtio tabernaculi ſui & adorauit in terram.
Exod.3.6. Et ait Deus:Ego ſum Deus patris tui,Deus Abrahã & Deus
Iſaac,& Deus Iacob,(abſcõdit Moyſes faciẽ ſuã,& nõ aude-
bat aſpicere contra Deum ) 15.16. Cap.4.5.Idem, repetitur.
Pſalm.32.6. Verbo Domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius om-
nis virtus eorum.
Eſa.6.3. Et clamabant alter ad alterum (duo Cherubin)& dicebãt
Sanctus,ſanctus,ſanctus,Dominus Deus exercituum,plena
eſt omnis terra gloria eius.
Cap.34.16. Requirite diligẽter in libro Domini,& legite vnũ ex eis
nõ defuit,alter alterum nõ quæſiuit:quia quod ex ore meo
procedit ille mandauit,& ſpiritus meus ipſe cõgregrauit ea.
Cap.48.16. Accedite ad me,& audite hoc,nõ à principio in abſcõdi-
to locutus ſum,ex tempore antequam fieret, ibi eram, &
nunc dominus Deus miſit me,& ſpiritus eius.
Cap.61.1. Spiritus Domini ſuper me eo quod vnxerit Dominus me,
ad annunciandum manſuetis miſit me,vt mederer contritis
corde & prædicarem captiuis indulgentiam,& clauſis aper-
tionem.Idem repetitur,verbatim.Luc.4.18.
Matth.3.16. Baptiſatus autem Ieſus,confeſtim aſcendit de aquis,& ec-
ce aperti ſunt ei cœli,& vidit ſpiritum Dei deſcendentem
ſicut columbam,& venientem ſuper ſe.Cap.17.5

Non



Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ve- Cap.10.20.
ſtri qui loquitur in vobis.
Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in no- Cap.18.19.
mine Patris & Filij & Spiritus ſancti &c.
Et ego rogabo patrẽ & alium paracletum dabit vobis vt Ioan.14.16.
maneat vobiſcũ in æternũ.26.Paracletus autem ſpirituſſan-
ctus quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit om-
nia & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.
Cum autem venerit paracletus quem ego mittam vobis Cap.15.26.
à parte ſpiritum veritatis qui à patre procedit, ille teſtimo-
nium perhibebit de me.
Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo pa- 1.Ioan.5.7.
ter,verbum,& ſpirituſſanctus,& hij tres vnum ſunt.

## *Tripudiare. Vide choreas ducere.*

## *Triſtari immoderatè propter temporalia minimè laudandum.*

MOeror in corde viri humiliabit illum & ſermone bono Prou.12.25
lætificabitur.
Cor gaudens exhilarat faciem in mœrore animi deiicitur Cap.15.13.
ſpiritus.1.Mach.6.8.
Animus gaudẽs ætatẽ floridã facit, ſpiritus triſtis exiccat Cap.17.21
Omnis plaga triſtitia cordis eſt. (oſſa. Eccl.25.17.
Triſtitiã non des animæ tuæ,&non affligas temetipſum Eccleſ.30.22
in conſilio tuo.24.Triſtitiam longè expelle à te.
A triſtitia enim feſtinat mors & cooperit virtutem & tri- Cap.38.19
ſtitia cordis flectit ceruicem.
Quæ enim ſecundũ Deum triſtitia eſt pœnitentiã in ſalu- 2.Cor.7.10
tẽ ſtabilem operatur, ſęculi autẽ triſtitia mortem operatur.
*Triphon partiũ Alexandri tranſit ad Emachuel Araben. 1.
Mach.11.39.cupiens regnũ Antiochi occupare,& fingens ſe ami
cũ apud Ptolomaida,dolo capit Ionathan. 12.39. 49. à Simone
accepta pecunia Ionathan occidit cum filiis.12.19.23.interimit
Antiochum filium Alexandri.13.31.*

## *Tuba clangent angeli in conſummatione ſæculi.*

ET mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna & con- Matth.24.31
gregabunt electos eius à quatuor ventis à ſummis cœ-
lorum vſque ad terminos eorum.
In momento in ictu oculi in nouiſſima tuba ( canet enim 1.Cor.15.52
tuba)& mortui reſurgent incorrupti & nos immutabimur.

1.Theſſ.4.16. Quuoniã ipſe dñs in iuſſu & in voce Archãheli & in tuba Dei deſcendet de cœlo & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.&c.

V

*Vaſti ſpernit regis imperiũ & ab eo repudiatur.Heſter.1.9.19.*

## *Væ,væ,quibus & quam ob cauſam interminetur ſcripturæ.*

Num.21.29. VAc tibi Moab periſti popule Chamos,dedit filios eius in fugã & filias in captiuitatẽ regi Amorrhæorum Seon.

Ecclеſ.4.10. Melius eſt duos eſſe ſimul q̃ vnũ,habent enim emolumẽtũ ſocietatis ſuæ,ſi vnus ceciderit ab altero ſulcietur,væ ſoli quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe.

Cap.10.16. Væ tibi terra cuius rex puer eſt,& cuius principes manè comedunt.

Eſa.1.4. Vę gẽti peccatrici populo graui iniquitate,ſemini nequã, filij ſceleratis,dereliquerunt legẽ, blaſphemauerũt ſanctum Iſrael,abalienati ſunt retrorſum.24.Propter hoc ait dñs exercituũ Deus Iſrael,heu cõſolabor ſuper hoſtibus meis & vindicabor de inimicis meis.

Cap.3.9. Agnitio vultus eorum reſpõdebit eis,& peccatũ ſuũ quaſi Sodoma prædicauerunt nec abſconderunt,væ animæ eorũ quoniã reddita ſunt eis mala.11. Vę impio in malum retributio enim manuum eius fiet illi.

Cap.5.8. Væ qui coniungitis domũ ad domũ & agrũ agro copulatis vſque ad terminũ loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terrę?18.Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis & quaſi vinculum plauſtri peccatum.

Cap.6.5. Væ mihi (Eſaię) quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem regum exercituum vidi oculis meis.

Cap.10.1. Væ qui condunt leges iniquas & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt vt opprimerent in iudicio pauperes & vim facerent cauſę humilium populi mei vt eſſent viduæ præda eorum & pupillos diriperent.

Cap 17.12 Væ multitudini populorũ multorũ vt multitudo maris ſonantis & tumultus turbarũ ſicut ſonitus aquarũ multarum.

Cap.18.1. Væ terræ cymbalo alarũ quæ eſt trans flumina Aethiopię (aduerſus Aegyptios qui pellexerant Iudæos ad confidẽdum in ipſis) ca.24.16.

Cap.28.1. Væ coromæ ſuperbiæ ebrijs Ephraim & flori decidenti gloriæ exultationis eius qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ errantes à vino.



Vę Ariel, Ariel (ô Hieruſalẽ) ciuitas quã expugnauit Dauid,additus eſt annus ad annũ ſolemnitates euolutæ ſunt. Cap.29.1.

Væ filij deſertores dicit dñs vt faceretis conſiliũ & non ex me et ordiremini telam & non per ſpiritũ meũ, vt adderetis peccatum ſuper peecatum.cap.31.1. Cap.30.1.

Vę qui prædaris nonne & ipſe prædaberis? Et qui ſpernis nõne & ipſe ſperneris? cũ conſummaueris depredationẽ deprædaberis cũ fatigatus deſieris contẽnere contemneris. Cap.33.1.

Væ qui contradicit factori ſuo teſta de ſamiis terrę,nũq d dicit lutũ figulo ſuo quid facis?& opus tuũ abſque manibus eſt.Vę q dicit patri qd generas?& mulieri quid parturis?&c. Cap.45.9.

Vocẽ.n.quaſi parturientis audiui, anguſtias vt puerperę, vox filiæ Sion intermorientes expandentesq́ue manus ſuas Væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos. Hiere.4.31.

Adulteria tua & hinnitus tuus,ſcelus fornicationis tuæ ſup colles in agro vidi abominationes tuas,væ tibi Hyerũſalem non mundaberis poſt me vſquequo adhuc? Cap.13.27.

Vę qui ædificat domũ ſuã in iniuſtitia & cœnacula ſua nũ in iudicio,amicum ſuum opprimet fruſtra & mercedem eius non reddet ei. Ca.22.13.

(meæ dicit dñs.

Væ paſtoribus qui diſperdũt & dilacerant gregẽ paſcuæ Cap.23.1

Væ miſero mihi quoniã addidit dolorẽ dominus dolori meo laboraui in gemitu meo & requiem nõ inueni.c.48.1. Cap.45 3.

Hæc dicit dñs Deus:Percute manũ tuã & allide pedẽ tuũ & dic heu ad omnes abominationes domus Iſrael quia gladio & fame & peſte ruituri ſunt. Ezech.6.11.

Væ prophetis inſipiẽtibus qui ſequuntur ſpiritũ ſuũ & nihil vidẽt.18.Vę q cõſumũt puluillos ſub oĩ cubito manus & faciũt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiẽdas aĩas & cũ caperẽt animas populi mei viuificabant animas eorũ. Cap.13.3.

Et accidit poſt oẽm malitiã tuã (vę vę tibi ait dñs Deꝰ) & ędificaſti tibi lupanar & feciſti tibi proſtibulũ in cunctis plateis. Cap.16.23.

Fili hominis propheta & dic,hæc dicit dñs Deus, vlulate væ vę diei,quia iuxta eſt dies & appropinquat dies Domini dies nubis,dies gentium erit. Cap.30.2.

Vę paſtoribꝰ Iſrael qui paſcebãt ſemetipſos nõne greges à paſtoribꝰ paſcunt?lac comedebatis & lanis operiebamini & qđ craſſũ erat occidebatis, gregẽ aũt meũ nõ paſcebatis. Cap.34.2.

Væ eis (Iſraelitis) qm̃ receſſerũt à me, vaſtabũtur quia pręuaricati ſunt in me et ego redemi eos & ipſi locuti ſunt cõtra Oſeæ.7.13.

me mendacia. Amos.5.18 (niet

*Ioel.*1.15. A.A.A. diei, quia prope eſt dies dñi & vaſtitas à potẽte ve

*Amos.* 6.1. Væ qui opulẽti eſtis in Syõ & cõfiditis in mõte Samariæ optimates capitis populorũ ĩgrediẽtes põpatici domũ Iſrael

*Mich.*2.1. Væ qui cogitatis inutile & operamini malũ in cubilibus veſtris, in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deũ eſt manus eorum.

*Nahum.*3. 1. Væ ciuitas ſanguinũ vniuerſa mendacij delectationi plena non recedet à te rapina.

*Abacuc.* 2.4. Vę ei qui multiplicat nõ ſua. Vſquequo & aggrauat cõtra ſe denſum lutũ? nunquid non repente conſurgent qui mordeant te & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinã eis. 9. Væ qui congregat auaritiã malam domui ſuę vt ſit in excelſo nidus eius & liberari ſe putat de manu mali. 12. Vę qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus & præparat vrbem in iniquitate &c. 15. 19.

*Soph.*2.5. Vę qui habitatis funiculũ maris, gens perditorum verbũ Dñi ſuper vos Chanaã terra paleſtinorum & diſperdam te.

*Cap.*3.1. Vę prouocatrix & redẽpta ciuitas colũba nõ audiuit vocẽ & non ſuſcepit diſciplinã ad Deũ ſuũ non appropinquauit.

*Iudit.* 16.20 Væ genti inſurgenti ſuper genus meum, dominus enim omnipotens vindicabit in eis in die iudici vindicabit illos.

*Eccleſ.*2.14. Vę duplici corde & labiis ſceleſtis & manibus malefaciẽtibus & peccatori terram ingredienti duabus viis.

*Cap.*41.11. Væ vobis viri impij qui dereliquiſtis legẽ Dei altiſſimi.

*Matth.*11.21. Væ tibi Corazain væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egiſſent. Idem verbatim habetur. Lucæ. 10.13.

*Cap.*18.7. Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt vt veniant ſcandala, veruntamen væ homini illi per quem ſcandalum venit.

*Cap.*23.✠ Multiplex væ ſcribis & phariſæis ſuper cathedrã Moyſi ſedẽtibus ob hypocriſim & reliquias ſuas iniquitates interminatur prædicens eos patrũ ſuorũ menſuras iniuſtorum perſecutionibus impleturos ac Hyeruſalem deſerendam.

*Luc.*6 24. Væ vobis diuitibus qui habetis conſolationẽ veſtrã, vę vobis qui ſaturati eſtis quia eſurietis &c. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis &c.

*Cap.*11.42. Væ vobis Phariſæis qui decimatis mentam & rutã & omne olus & præteritis iudicium & charitatem Dei, hæc autem oportuit facere & illa non omittere.

Im-



Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala væ autem illi per quem veniunt. *Cap.*17.1.

Vę enim mihi eſt ſi non euangelizauero. 1.*Cor.*9. 16.

Væ illis qui in via Cain abierunt et in errore Baalã mercede effuſi ſunt, & in contradictione Chore perierunt. *Iudæ.*11.

Væ terræ & mari quia deſcẽdit diabolus ad vos habẽs irã magnã, ſciens quod modicum tẽpus habet. Ca.8 13. Ca.9.12. Cap.11.14. *Apoc.*12.12.

Vę vę ciuitas illa magna Babylõ ciuitas illa fortis, quoniã vna hora venit iudiciũ tuũ, 16. Væ vę ciuitas illa magna quę amicta erat byſſo, & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapide precioſo ac margaritis. *Ca.*18.10.

## *Vendi non debent dona* Dei.

AD quę reſpondens Daniel (.ſ. quod rex obtulerat ei pręmia pro interpretatione literarũ in muro ſcriptarũ indicaret illi, ait corã rege: munera tua ſunt tibi & dona domus tuæ alteri da, ſcripturã autem legam tibi rex & interpretationem eius oſtendam tibi. *Dan.*5.17.

Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite, gratis accepiſtis gratis date. *Matt.*10.8.

Petrus autẽ dixit ad eũ (Symonem magũ qui voluit dona ſpiritus ſancti emere ab alio) pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ quoniam donũ Dei exiſtimaſti pecunia poſſidere. *Act.*8.20.

Omnia oſtendi vobis quoniã ſic laborantes oportet ſuſpicere infirmos, ac meminiſſe verbi domini Ieſu (quoniã ipſe dixit) beatius eſt magis dare quam accipere. *Cap.*20.35.

Ego autẽ nullo horum (de euangelio non vixi, neque de altari ne vobis offendiculum darem) vſus ſum: non autem ſcripſi hæc vt ita fiat in me. Bonũ eſt enim mihi magis mori quam vt gloriam meam quis euacuet. 1.*Cor.*9.5.

Et cũ apud vos eſſem & egerẽ nulli oneroſus fui: nã quod mihi deerat ſuppleuerunt fratres qui venerũt à macedonia & in omnibus ſine onere me vobis ſeruaui & ſeruabo. ca.12.13. *Quære emere.* 2.*Cor.*11.9.

## *Venter pro Deo eligitur.*

HViuſmodi (qui diſſentiones & offendicula faciunt) enim non Chriſto Domino noſtro ſeruiunt, ſed ſuo vẽtri & per dulces ſermones & benedictiones ſeducũt corda innocẽtũ. *Rom.*16.18

Multi enim ambulant quos ſæpe dicebã vobis nũc aũt & flẽs dico, inimicos crucis Chriſti quorũ finis interitus, quo- *Phil.*3.18



rum

rum Deus venter eſt,& gloria in confuſione ipſorum qui
terrena ſapiunt.

*Verbum Dei ſemper ob oculos ponendum.*

*Deut* 4.1. ET nunc Iſrael audi præcepta atque iudicia quę ego ho-
die doceo te,vt faciẽs ea viuas & ingrediẽs poſſideas ter
ram quam dominus patrũ veſtrorũ daturus eſt vobis.

*Cap.6.6.* Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in cor
de tuo.17.Cuſtodi præcepta Domini Dei tui ac teſtimonia
& cerimonias quas præcepit tibi.Num.15.39.

*Cap.11.18.* Ponite hęc verba in cordib.& in animis veſtris & ſuſpẽdi
te ea pro ſigno in manib.& inter oculos veſtros collocate.

*Pſal.1.2.* Sed in lege Domini voluntas eius et in lege eius medita-
bitur die ac nocte.

*Prou.3.1.* Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ & præcepta mea cor
tuum cuſtodiat.

*Cap.4.1.* Audite filij diſciplinam patris & attendite vt ſciatis pru-
dentiam. 20. Fili mi auſcula ſermones meos & ad eloquia
mea inclina aurem tuam.

*Cap. 6. 20.* Conſerua fili mi præcepta patris tui & ne dimittas legem
matris tuæ.

*Cap.7.1.* Fili mi cuſtodi ſermones meos & præcepta mea reconde
tibi.

A *verbo Dei non recedendum.*

*Deut.4.2.* NOn addetis ad verbum quod vobis loquor,nec aufere-
tis ex eo,cuſtodite mandata Domini Dei veſtri & quæ
ego præcipio vobis.ca.28.14.

*Cap.5.32.* Cuſtodite igitur & facite quæ præcepit dominus Deus
vobis non declinabitis neque ad dexteram neque ad ſini-
ſtrã,ſed per viam quam præcepit vobis dominus Deus ve-
ſter ambulabitis vt viuatis & bene ſit vobis.

*Ioſu.1.17.* Confortare (Iſrael). & eſto robuſtus valde vt cuſtodias &
facias omnẽ legem quam præcepit tibi Moyſes ſeruus me'
non declines ab ea vel ad dexteram vel ad ſiniſtram, vt in-
telliges cuncta quæ agis.Idem habetur ca.23.6.

*Prou.4.27.* Non declines ad dexteram neque ad ſiniſtram auerte pe-
dem tuum à malo,vias enim quæ à dextris ſunt nouit do-
minus peruerſæ verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt.

*Eſa.30.21.* Et aures tuæ audiant poſt tergum monentis , hæc eſt vi-
am ulate in ea & non declinetis neque ad dexteram neque
ad ſiniſtram.

*Verbum Dei vniuerſum non eſt ſcriptis traditum.*

Paracl-



PAracletus autem ſpiritus ſanctus quẽ mittet pater in no- *Ioan.14.26.*
mine meo ille vos docebit omnia,& ſuggeret vobis om
nia quæcunque dixerõ vobis.

Dixit ergo eis iterum:Pax vobis.Sicut miſit me pater ita *Cap.20. 21.*
ego mitto vos.

Sunt aũt & alia multa quæ fecit Ieſus,quæ ſi ſcribantur *Cap.21.25.*
nec ipſum arbitror mũdũ capere eos q ſcribẽdi ſunt libros

Si quis eſurit domi manducet & non in iudicium con- *1.Cor.11. 14.*
ueniatis,cætera autem cùm venero diſponam.

Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis, *2.Theſſ.2.15.*
ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam.

Plura habens vobis ſcribere nolui per chartã & atramen *2.Ioan.12.*
tum,ſpero enim me futurum apud vos & os ad os loqui vt
gaudium veſtrum plenum ſit.

Multa habui tibi ſcribere , ſed nolui per calamum & a- *3.Ioan.13.*
tramentum tibi ſcribere.

*Verbum Dei non audiendum ſolum & loquendum ſed &*
*corde credendum & factis præſtandum.*

VOcauitque Moyſes omnem Iſraelem & dixit ad eum au- *Deut.5.3.*
di Iſrael cerimonias atque iudicia quæ ego loquor in aũ
ribus veſtris hodie,diſcite ea & opere complete.27.Tu ma
gis accede & audi cũcta quę dixerit dominus Deus noſter
tibi,loqueriſque ad nos,& nos audientes faciemus ea.

Hæc ſunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia quæ mã *Cap.6.1.*
dauit dominus Deus veſter vt docerem vos & facietis ea
in terra ad quam tranſgredimini poſſidendam.

Cõueniẽtibus cũctis ex Iſrael vt appareant in conſpectu *Cap.31 .11.*
Domini Dei tui in loco quẽ elegerit dominus: leges verba
legis huius coram omni populo Iſrael congregato,tam vi-
ris quã mulieribus paruulis,& aduenis qui ſunt intra portas
tuas vt audientes diſcant & timeant dominũ Deum veſtrum
& cuſtodiant impleantque omnes ſermones legis huius.

Et dixit dominus eo quod appropinquat populus iſte ore *Eſa.29.13.*
ſuo & labiis ſuis glorificat me, cor autem eius longè eſt à
me,& timuerunt me mandato hominus & doctrinis.

Et veniũt ad te quaſi ſi ingrediat' popul' & ſedẽt corã te po *Ezech .33.31.*
pul' meus & audiũt ſermones meos & nõ faciũt eos quia in
cãticũ oris ſui vertunt eos& auaritiã ſuã ſequitur cor eorũ.

Audiſtis quia dictum eſt antiquis non occides, qui autẽ *Matth.5.22.*
occiderit reus erit iudicio.

 Omnis

Cap.7.24. Omniſergo q. audit verba mea hæc & facit ea, aſſimilabitur viro ſapiẽti qui ædificauit domũ ſuam ſupra petrã. &c.

Cap.15.8. Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longè eſt à me.Heb.4.2.

Cap.28.20. Euntes ergo docete omnes gentes,docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis & ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummatione ſæculi.

Luc.6.47. Omnis qui venit ad me & audit ſermones meos & facit eos oſtendam vobis cui ſimilis ſit.

Cap.11.28. At illi dixit. Quinimo Beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud.Ca.12.47.

Ioan.13.17. Si hæc ſcitis beati eritis ſi feceritis ea.

Iac.1.22. Eſtote autem factores verbi & non auditores tantum,fallentes voſmetipſos.

*Verbi Dei contemptus & punitio eius.*

3.Reg.13.4. CVmque audiſſet rex (Hyeroboã,)ſermonem hominis Dei quem inclamauerat cõtra altare in Bethel,extẽdit manũ ſuã de altari dicens apprehẽdite eũ( ſcilicet prophetã de Iuda miſſum ad illũ)& exaruit manus eius quã extẽderat contra eum,nec valuit retrahete eam ad ſe 4.Reg.171.4.

Prou.1.24. Quia vocaui & renuiſtis,extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret.28. Tunc inuocabunt me & non exaudiã mane conſurgent & non inuenient me,eo quod exoſam habuerint diſciplinam,& timorem Domini non ſuſceperint 2.Par.30.6.10.Cap.36.15.

Cap.28.9. Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis.Eſa.28.14.

Eſa.30.9. Populus enim ad iracundiam prouocatus eſt & filij mendaces filij nolentes legem Dei.

Eſa.65.11. Et vos qui derelinquiſtis dominum qui obliti eſtis montem ſanctum meum,qui ponitis fortunæ menſam & libatis ſuper eam munerabo vos in gladio & omnes in cæde corruetis pro eo quod vocaui & non reſpõdiſti,locutus ſum & non audiſtis & faciebatis malum in oculis meis & quæ nolui elegiſtis.Idem cap.66.4.

Hiere.5.12 Negauerunt dominum & dixerunt,non eſt ipſe neque veniet ſuper nos malum & gladium & famem nõ videbimus &c 20.Annunciate hoc domui Iacob & auditam facite in Iuda dicentes.Audi popule ſtulte qui non habes cor , qui habentes oculos non videtis & aures non auditis ca.7.13.

Cap.16 9 Hęc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael :ecce ego auferã de loco



loco iſto in oculis veſtris,& in dieb.veſtris,vocẽ gaudij,& vocẽ lætitiæ,vocem ſponſi,& vocem ſponſæ.Ezech.31.30.

Hieremias per lagunculam terream quam fregit,oſtendit populum Iſraeliticum,perdendum gladio,& fame , & obſidione,in qua patres filios comedant , propter multiplicem ipſorum idololatriam,& contemptum verbi Dei. Cap.19.

Et miſit dominus ad vos, omnes ſeruos ſuos prophetas conſurgens diluculo,mittenſque,et non audiſtis,neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis.etc. Cap.25.4.

Et quicũque non receperit vos,neque audierit ſermones veſtros,exeuntes foras de domo,vel ciuitate,excutite puluerem de pedibus veſtris.Idem Luc.10.10. Matt.10.14.

Tunc cœpit Ieſus exprobrare ciuitatibus,in quibus factę ſunt plurimæ virtutes eius,quia non egiſſent pœnitentiam Cap.11.20.

Videntes autem turbas Iudæi,repleti ſunt Zelo,et contradicebant his quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes. Act.13.45.

Cõtradicẽtib.aũt(Iudæis)ex hiis,et blaſphemãtibus excutiens veſtimenta ſua(Paulus)dixit ad eos.Sanguis veſter,ſuper caput veſtrum, mundus ergo ex hoc ad gentes vadam. Cap.18.6.

Quia cùm cognouiſſent Deũ,nõ ſicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt,ſed euanuerũt in cogitationib.ſuis, et obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ.2.Theſ.2.10 Heb.2.3. Rom.1.21.

(Vide)*Inobedientia.* *Verbum Dei manet in æternum.*

NOn eſt Deus,quaſi homo,vt mẽtiat̃,nec vt filius hõis vt mutet̃,dixit ergo,et nõ faicet?locut' eſt, et nõ implebit? Num.23.19.

Prope erit interitus Niniue,nõ enim excidit verbum domini,et fratres q diſperſi ſunt in terra Iſrael reuertẽt̃ ad eã. Tob.14.6.

Conſilium autem Domini,manet in æternum,cogitationes cordis eius in generatione et generationem. Pſal.32.11.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius,et veritas Domini manet in æternum. 116.2.

In æternum Domine permanet verbum tuum in cœlo. 118.89.

Vere fœnum eſt populus,exſiccatum eſt fœnum,et cecidit flos,verbum autem Domini noſtri manet in æternum. Eſa.40.8.

Leuate in cœlum oculos veſtros,et videte ſub terra deorſuum,quia cœli ſicut fumus liqueſcent, et terra ſicut veſtimentum attereretur,et habitatores eius ſicut hæc interibunt ſalus aũt mea in ſempiternũ erit,et iuſtitia mea non deficiet. Cap.51.6.

Montes enim commouebuntur,et colles contremiſcẽt miſericordia autem mea non recedet à te,et fœdus pacis meæ non mouebitur dixit miſerator tuus Dominus. Cap.54.10

Matth.5.18. Nolite putare,quoniam veni ſoluere legem,aut prophe-
tas non veni ſoluere,ſed adimplere.
Cap.24.35. Cœlum & terra tranſibunt , verba autem mea non tran-
ſient.Idem verbatim habetur.Mar.13.31.
Luc.16.17. Facilius eſt autem cœlum & terram præterire , quàm de
lege vnum apicem cadere.Cap.21.31.
1.Pet.1.25. Verbum autem Domini,manet in æternum:hoc eſt autẽ
verbum quod euangelizatum eſt in vobis.

*Verbum Dei quantæ ſit virtutis & efficaciæ.*

Gen.1.3. DIxit Deus fiat lux & facta eſt lux.&c.6.Dixit quoque
Deus,fiat firmamentum in medio aquarum, & diui-
dat aquas ab aquis &c.per totum.
Iob.38.11. Et dixi vſque huc venies,& non procedes amplius,& hic
conſtringes tumentes fluctus tuos. (ſunt.
Pſal.32.9. Quoniam ipſe dixit,& facta ſunt:ipſe mãdauit & creata
Eſaiæ.46.10. Annuntians ab exordio nouiſſimum,& ab initio quæ nec
dum facta ſunt dicens.Conſilium meum ſtabit,& omnis vo-
Cap.55.11. luntas mea fiet.
Sic erit verbum meum,quod egredietur de ore meo,non
reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui,&
Matth.8.13 proſperabitur in hiis ad quæ miſi illud.
Et dixit Ieſus Centurioni.Vade & ſicut credidiſti,fiet tibi
& ſanatus eſt puer,ex illa hora 26.
Mar.1.27. Et mirati ſunt omnes,ita vt omnes cõquirerent inter ſe,di
cẽtes.Quidnã eſt hoc?quæ nam doctrina hæc noua? quia
in poteſtate etiã ſpiritibus immundis imperat & obediũt ei.
Luc.5.13. Et extendens Ieſus manum tetigit eum dicens.Volo mũ
dare,& confeſtim lepra diſceſſit ab illo.24.Vt autem ſciatis
quia filius habet poteſtatem in terta dimittendi peccata,ait
paralitico,tibi dico ſurge,tolle lectum tuum,& vade in do
mum tuam.Cap.18.42.
Cap.8.24. Accedentes autem ſuſcitauerunt (diſcipuli aſcendentes
nauiculam)eum dicẽtes,præceptor perimus,at ille ſurgens
increpauit ventum & tempeſtatem aquæ, & ceſſauit,& fa-
cta eſt tranquillitas.

*Verbum Dei eſt cibus animæ.*

Deut.8.3. AFflixit te(Iſrael)penuria & dedit tibi cibum manna,quod
ignorabas tu , & patres tui,vt oſtenderet tibi,quòd non
in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod procedit
de ore Dei.Idem Matth.4.4.Item & Lu.4.4.Idem habetur.
Sap.16.26 Vt ſcirent filij tui quos dilexiſti Domine,quoniã nõ nati-
uitatis.



uitatis fructus paſcunt homines, ſed ſermo tuus hos qui in
te crediderunt,conſeruat.
Inuenti ſunt ſermones tui,& comedi eos,& factũ eſt mihi Hyer.15.16.
verbũ tuũ in gaudiũ,& in lætitiam cordis mei,quoniã inuo
catum eſt ſuper me nomen tuũ Domine Deus exercituum.
Fili hominis vẽter tuus comedet,& viſcera tua implebun Ezech.3.3.
tur volumine iſto,quod ego do tibi.

*Verba ſunt ponderanda,& non leuiter effundenda.*

IVcũdus homo,qui miſeretur & cõmodat,diſponet ſermo Pſalm.111.5.
nes ſuos in iudicio quia in æternum non commouebitur.
Lingua ſapiẽtiũ ornat ſciẽtiã os fatuorũ ebulit ſtultitiã.23 Prouer.15.2.
Lętať homo ĩ ſtultitia oris ſui,& ſermo oportun⁹ eſt optim⁹.
Qui cuſtodit os ſuum,cuſtodit animã ſuam, qui autem Cap.13.3.
inconſideratus eſt ad loquendum ſentiet mala.
Vas precioſum labia ſcientiæ. Cap.20.15.
Qui moderatur ſermones ſuos doctus & prudens eſt , & Cap.17.27.
precioſi ſpiritus vir eruditus.
Qui cuſtodit os ſuum & linguã ſuam, cuſtodit ab angu- Cap.21.23.
ſtia animam ſuam.Cap.25.11.
Multas curas ſequuntur ſomnia & in ſermonibus inue- Eccleſ.5.2.
nietur ſtultitia.Cap.12.10.Eccleſ.5.12.
Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem, Eccleſ.20.7
& imprudens non ſeruabunt tempus.
Doctriuam oris audite filij,& qui cuſtodierit illã,nõ pe- Cap.23.7.
ribit labiis,nec ſcandalizabitur in operibus iniquiſſimis.
Aurum tuum & argentũ confla,& verbis tuis facito ſtate Cap.28.9.
rã,& frenos ori tuo rectos & attende ne forte labaris in lin-
gua,& cades in conſpectu inimicorũ inſidiãtium tibi & ſit
caſus tuus inſanabilis in mortem.Cap.32.18.
Dico aũt vobis quoniam omne verbum ocioſum quod Matt.12.36.
loquuti fuerint homines reddẽt rationẽ de eo in die iudicij.
Sermo veſter ſemper in gratia,ſale cõditus ſit , vt ſciatis Coloſ.4.6.
quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere.
Sit autẽ omnis homo velox ad audiendum,tardus autem Iacob.1.19.
ad loquendum,& tardus ad iram.

*Veritas.*

ET facta eſt veritas in obliuionem,& qui receſſit à malo Eſa.59.15.
prædæ patuit,& vidit Dominus & malũm apparuit in
oculis eius,quia non eſt iudicium.
Tertius dixit (ſcilicet de tribus cuſtodibus corporis regis 3.Eſd.3.12
Darij monentibus problema) fortiores ſunt mulieres , ſu-
per omnia autem vincit veritas.
omnis

*Cap.* 4. 36. Omnis terra veritatem inuocat cœlum & ipſam benedi-
cit & omnia opera mouentur,& tremunt eam:& non eſt cũ
ea quicquam iniquum.&c.4.Eſdr.14.17.
*Zach.* 8. 16. Hæc ſunt verba quæ facietis,loquimini veritatem vnuſ-
quiſque cum proximo ſuo,veritatem & iudicium pacis iudi
cate in portis veſtris.
*Epheſ.* 4. 25. Propter quod deponentes mẽdacium loquimini veritatẽ
vnuſquiſq; cum proximo ſuo,quoniã ſumus inuicẽ mẽbra.

## *Firmiter conſerua nda.*

*Pſal.*30.24. Veritatem requirit Dominus.
50.8. Ecce veritatem dilexiſti.
118.43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque.
*Eſa.*26.2. Aperite portas & ingrediatᷣ gens iuſta,cuſtodiẽs veritatẽ.
*Dan.*8.12. Robur datum eſt ei cotra iuge ſacrificium propter pecca
ta & proſternetur veritas in terra.
*Zach.* 8. 19. Veritatem tantum & pacem diligite.
*Ioan.* 8. 44. Ille homicida erat ab initio,& in veritate non ſtetit,quia
non eſt veritas in eo.
*Epheſ.*4. 15. Veritatẽ faciẽtes in charitate,creſcamus in illo ꝑ omnia.
5.9. Fructus lucis eſt in omni bonitate,& iuſtitia , & veritate.
1.*Tim.* 6. 5. Quibus adẽpta eſt veritas , qui exiſtimant quæſtum eſſe
pietatem.

## *Reuerenter honoranda.*

Svper omnia vincit veritas.
3.*Eſdr.*3.13. Omnes pop li clamauerunt & dixerunt,magna eſt veri-
4.41. tas & præualet.
*Iob.*6.25. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis
*Pſalm.*90.4. Scuto circundabit te veritas eius.
116.2. Veritas Domini manet in æternum.
*Prou.*12.19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum.
*Eccleſ.*4.30. Non contradicas verbo veritatis vllo modo,& de menda
cio ineruditionis tuæ confundere.
*Matt.*22.16. Magiſter,ſcimus qᷓ verax es,& viã Dei in veritate doces.
*Ioan.*1.17. Grat a & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.
4.23. Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.
14.6. Si vos manſeritis in ſermone meo,verè diſcipuli mei eri-
tis,& cognoſcetis veritatem,& veritas liberabit vos.
14.6. Ego ſum via veritas & vita.
17.17. Et ſermo tuus veritas eſt.

Ego



Ego in hoc natus ſum & ad hoc veni in mundum,vt teſti 18. 37.
monium perhibeam veritati.
Charitas non gaudet ſuper iniquitate , congaudet autem 2.*Cor.* 13. 6.
veritati.
Nõ poſſumus aliquid aduerſus veritatẽ, ſed pro veritate. 2.*Cor.* 13. 8.
O inſenſati Galatæ,qᷓs vos faſcinauit nõ obedire veritati. *Gal.* 3. 1.

## *Veſtiendi ſunt nudi.Vide eleemoſyna.*

FRange eſurienti panem tuum & egenos vagoſque duc *Eſa.*58. 7.
in domum tuam,cùm videris nudum operi eum,& car-
nem tuam ne deſpexeris.
Et hominẽ non cõtriſtauerit,pignus debitori reddiderit, *Ezech.* 18. 7.
per vim nihil rapuerit,panem ſuum eſurienti dederit,& nu-
dum operuerit veſtimento.&c.
Nudus fui & operuiſtis me,infirmus & viſitaſtis me in car *Matt.*25. 36.
cere eram,& non veniſtis ad me.

## *Veſtium abuſus.Vide Abuſus:*

## *Veſtes ſcindere.*

IOſue verò ſcidit veſtimenta ſua & pronus cecidit in ter *Ioſue.*7.6.
rã arca dñi vſq; ad veſperam,tam ipſe quam omnes ſenes
Iſrael,miſeruntq́; puluerẽ ſuper capita ſua, & dixit Ioſue
Heus dñe Deus,quid voluiſti traducere populum iſtũ Ior-
danẽ fluuiũ vt traderes nos in manus Amorrhęi & perderes.
Reuertẽte autem Iepthe ( à cæde Ammonitarũ ) in Maſ- *Iudic.* 11. 35.
pha domũ ſuam occurrit ei,vnigenita filia ſua cum tympa-
nis & choris,nõ enim habebat alios liberos. Qua viſa ſcidit
(Iepthe) veſtimenta ſua,& ait:Heu me filia mi,decepiſti me
& ipſa decepta es,aperui enim os meũ ad Dominũ, & aliud
facere non potero ſcilicet vt te ſacrificem Domino, pro vi-
ctoria obtenta contra hoſtes.
Currens autem vir ad Beniamin ex acie , venit in Silo, in 1.Reg. 4. 12.
die illa (ſcilicet qua capta eſt arca Dei) ſciſſa veſte & cõſper
ſus puluere caput.
Surrexit itaq; (Dauid) & ſcidit veſtimenta ſua ( cũ audiſ- 2.Reg.13.31.
ſet Abſalõ omnes regis filios percuſſiſſe) & cecidit ſuꝑ ter-
rã & oẽs ſerui illius qui aſſiſtebãt ei ſciderũt veſtimenta ſua.
Itaq; cũ audiſſet Achab ſermones iſtos (ſcilicet Dei cõ-
minantis mala) ſcidit veſtimẽta ſua,& operuit cilicio carnẽ 3.Reg.21.27.
ſuam,ieiunauitque & dormiuit in ſacco,& ambulauit demiſ-
ſo capite.
Scidit rex Iſrael veſtimẽta ſua quod iuſſiſſet rex Syrię vt 4.Reg. 5. ✠
Naaman

Naaman leproſum curaret quem Elizeus ſeptima in Iordane lotione mundat à lepra.

Cap.6.30. Quòd cũ audiſſet(rex Syriæ, ſcilicet quod mulier comederat filium ſuũ in obſidione ciuitatis,ſcidit veſtimẽta ſua, & tranſibat per murũ viditque omnis populus cilicium quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus.Cap.11.14.Cap.18.37.

Cap.19.1. Quæ cũ audiſſet Ezechias rex,ſcidit veſtimẽta ſua & opertus eſt ſacco ingreſſuſque eſt domũ Dñi (ſcilicet cũ Eſaia) vt deprecaretur ꝓ liberatione ab rege aſſyriorum.Ca.22.11.

Cap.22. 19. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, pro eo ꝙ audiſti verba voluminis(loquitur Ioſiæ regi)& perterritum eſt cor tuũ,& humiliatus es corã Domino,auditis ſermonibus contra locũ iſtũ,& habitatores eius,ꝙ videlicet fierent in ſtuporẽ, & in maledictũ,& ſcidiſti veſtimẽta tua, & fleuiſti coram me, & ego exaudiui, ait Dominus,idcirco colligam te ait dñs & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace Hyre.36.24.

Eſter.4.1. Quæ cũ audiſſet Mardochæus(ſcilicet quod Aman impetraſſet interitũ Iudæorũ omniũ ab Aſſuero)ſcidit veſtimẽta ſua, & indutus eſt ſacco,ſpargẽs cinerẽ capiti ſuo:& in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat,oſtẽdẽs amaritudinẽ animi ſui,&hoc eiulatu vſque ad fores palatij gradiẽs.

Ioel.2.13. Scindite corda veſtra,& nõ veſtimẽta veſtra,& cõuertimini ad Dominũ Deũ veſtrũ quoniã benignus & miſericors eſt,patiẽs & multæ miſericordiæ,& præſtabilis ſup malitia.

1.Mach.2.14 Et ſcidit veſtimenta ſua Mathatias,& filij eius(eo quod affligebatur ciuitas & prophanabantur ſancti)et operuerunt ſe ciliciis,et planxerunt valde.

2.Mac.3.47. Et ieiunauerunt illa die,et induerunt ſe ciliciis et cinerẽ impoſuerunt capiti ſuo,et diſciderunt veſtimẽta ſua,etc.(eo quod Antiochus tanto belli apparatu miſerat Gorgiã contra Iuda.etc.)

Cap. 11. 71. Et ſcidit Ionathas veſtimenta ſua,& poſuit terrã in capite ſuo,& orauit(et conuertit alienigenas in fugam.

Matt.26.65. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens, blaſphemauit,quid adhuc egemus teſtibus?Ecce nunc audiſtis blaſphemiam.

Act. 14.13. Quod(ſcilicet quod apoſtoli Iouis voluerunt Tauros ſacrificare)vbi audierunt apoſtoli Barnabas & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas clamantes.&c.

Cap.16. 22. Et cucurrit plebs(Romana)aduerſus eos(Paulum et Sylã) et magiſtratus ſciſſis tunicis eorũ iuſſerũtq; eos virgis cędi

*Via*



## *Via per quam iuſti ambulant quæ,& qualis ſit.*

Vtinam dirigantur viæ meæ,ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. *Pſal.* 118. 5.

In omnib⁹ viis tuis cogita illũ,& ipſe diriget greſſus tuos. 17.Viæ eis,viæ pulchræ,& omnes ſemitæ eius pacificæ. *Prouer.* 3.16.

Abominatio Domini omnis arrogans,etiam ſi ad manus ad manum fuerit,non eſt innocens,17.Semita iuſtorũ declinat mala,cuſtos animæ ſuæ ſeruat viam ſuam. *Cap.* 16. 5.

Eſto firmus in viam Domini, & in veritate ſenſus tui & ſcientia & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. *Eccleſ.* 5.12.

Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. Cap.30.31.Cap.35. 8. *Eſa.*26.7.

Vox clamantis in deſerto,parate viam Domini,facite rectas in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. *Cap.* 40. 3.

Statue tibi ſpeculam,pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viã rectã in qua ambulaſti,reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. *Hiere.*31. 21.

Quis ſapiens & intelliget iſta?intelligens & ſciet hæc?quia rectæ viæ Domini & iuſti ambulabunt in eis, præuaricatores verò corruent in eis. *Oſeæ.*14. 10.

De cætero ergo fratres rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu vt quẽadmodum accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo ſicut & ambulatis vt abundetis magis.Heb.12.13. 1.*Theſ.*4. 1.

## *Via iuſtorum à Domino dirigitur.*

Omni tempore benedic Deum,& pete ab eo vt vias tuas dirigat & omnia conſilia tua in ipſo permaneant. *Tob.* 4. 20.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis,vt nõ moueantur veſtigia mea. *Pſalm.* 16. 5.

Vias tuas demonſtra mihi,& ſemitas tuas edoce me. 24. 4.

Deduc me in ſemita mandatorum tuorũ,quia ipſam volui.Prouer 4.12. 118.35.

Iuſtorũ ſemita quaſi lux ſplẽdẽs ꝓcedit & creſcit vſq; ad perfectũ diẽ,via impiorũ tenebroſa neſciunt vbi corruant. *Prou.* 4. 18.

Iuſtitia cuſtodit innocentis viam,impietas autem peccatorum ſupplantat.

Cor hominis diſponit viam ſuam,ſed Domini eſt dirigere greſſus eius.

A Domino diriguntur greſſus viri,quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam.

Eſa.48.17. Ego dominus Deus tuus docens te(Iſrael) vtilia, gubernans te in via qua ambulas.

Hiere.10. 23 Scio Domine quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt, vt ambulet & dirigat greſſus ſuos.

Mich.4.2. Venite aſcendamus ad montē Domini & ad domū Dei Iacob,& docebit nos,de viis ſuis, & ibimus in ſemitis eius quia de Syon exibit lex,& verbū domini de Hyeruſalem.

## *Via iuſtorum remunerationem à Deo expectat.*

Pſal.24.2i QVis eſt homo qui timet dominum,legem ſtatuit ei in via quam elegit.

83.8. Ibūt de virtute in virtutē:videbitur Deus Deorū in Syō

Prou.12.28. In ſemita inſtitię,vita, inter autē deuiū diuit ad mortē,

Hyer. 6.16. Hæc dicit Dn̄s,ſtate ſuper vias,& videte , & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris.

Cap.7.3. Hęc dicit Dn̄s exercituū Deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras,& ſtudia veſtra & habitabo vobiſcum in loco iſto.

## *Via impiorum qualis.*

Pſal.118.3. NOn enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt.

Prou. 4.19. Via impiorū tenebroſa,neſciunt vbi corruunt.26.Dilige ſemitam,pedibus tuis,& oēs vitæ tuæ ſtabilientur, ne declines ad dexterā neque ad ſiniſtrā.Auerte pedem tuum à malo,vias enim quę à dextris ſunt nouit dn̄s : ꝑuerſę ſunt quæ à ſiniſtris ſunt,ipſe autem rectos faciat curſus tuos.&c.

Cap.12.15 Via ſtulti recta in oculis eius,qui autem ſapiens eſt audit conſilia.Cap.21.2.

Cap.22.5. Arma & gladij in via peruerſi,cuſtos autem animæ ſuæ longè recedit ab eis.

Eſa.17.10. In multitudine viæ tuæ laboraſti.Non dixiſti:Quieſcam vitam manus tuæ inueniſti,proptera non rogaſti.

## *Viæ impiorum exitus & finis.*

Iob.6.18. INuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum,ambulabunt in vacuum & peribunt.

Prou.14.12. Eſt via quæ videtur homini iuſta,nouiſſima autem deducunt ad mortem.

Cap.28.18. Qui ambulat ſimpliciter,ſaluus erit,qui peruerſis graditur viis concidet ſemel.

Eccl.2.16. Væ hiis qui perdiderunt ſuſtinētiā,& qui dereliquerunt, vias rectas & diuerterunt in vias prauas.Hyere.2.36.



Via peccantium complātata lapidibus,& in finem illorū Cap.21.11. Inferi & tenebrę,& pœnæ.

Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi , iſta mali- Hiere.4.18. tia tua,quia amara,quia tetigit cor tuum.

## *Victoria à Deo expectanda eſt.*

DIxitque Moyſes ad Ioſue,elige viros & egreſſus pugna cō Exod. 17.9. tra Amalech,cras ego ſtabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea.

Si dixeris in corde tuo plures ſunt gentes iſtæ q̄ ego,quo Deut.7. 17. modo delere potero eas? Noli metuere:ſed recordare quæ fecerit Dn̄s Deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptiis.

Dixitque Dn̄s ad Ioſue,ne timeas eos,cras enim hac ea- Ioſu.11.6. dē hora,ego tradā omnes iſtos vulnerandos in cōſpectu Iſrael,equos eorū ſubneruabis,& currus igne combures.

Et ait Dominus ad Gedeō,in trecētis viris qui lābuerunt Iudic.7.7. aquas liberabo vos,& tradā in manu tua Madian,omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum

Dixit autē Ionathas ad adoleſcentē armigerum ſuum.Ve 1.eg.14.6. ni tranſeamus ad ſtationem incirconciſorum horum,ſi fortè faciat dominus pro nobis:quia non eſt domino difficile ſaluare,vel in multis vel in paucis.

Dixit aūt Dauid ad Phyliſtæū,tu venis ad me cum gladio Cap.17. 45. & haſta & clipeo,ego autē venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminū Iſrael,quibus exprobraſti hodie & dabit te dominus in manu mea & percutiam te , & auferam caput tuum à te.

Et inuocauit(Abia) dn̄m Deū & ait. Dn̄e non eſt apud te 2.Para.14.11 vlla diſtantia,vtrū in paucis auxilieris an in pluribus:adiuua nos dn̄e Deus noſter,in te dn̄m, & in tuo nomine habentes fiduciā venimus contra hanc multitudinē (Zarāque regem Æthiopum) cum exercitu mille millium deuicit.

Nonne Aethiopes & Libyes multo plures erāt quadrigis,Cap.16.8. & equitibus,& multitudine nimia, quos cum in domino credidiſſes tradidit in manu tua(ait Hanani propheta ad Aſam regem Iuda.)

Et certè cū permodicus eſſet numerus Syrorū tradidit do Cap.24. 24. minus in manibus eorum infinitā multitudinē, eo quod dereliquiſſet dominū Deū patrū ſuorū, in Ioas quoque ignominioſa exercuere iudicia.

Cap.15.8. Quod ſi putas in robore exercitus bella conſiſtere,ſupe
rari te faciet Deus ab hoſtibus Dei,quippe eſt &adiuuare&
in fugam conuertere.

Pſal.117.16. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exalta-
uit me,dextera Domini fecit virtutem.

Prou.21.31. Equus paratur ad diẽ belli.Dominus autẽ ſalutem tribuit.

Iudit.9.15. Erit enim hoc memorabile nominis tui (dicit Iudith)cum
manus fœminę deiecerit eum(Holofernem.)

*Victoria potiuntur pauci contra multos.*

Gen. 14.14. QVod cũ audiſſet Abrahã(captiuũ,videlicet Loth,fratrẽ
ſuũ)numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos
decẽ & octo,&perſecutus eſt eos vſque Dã,& diuiſit ſociis,
irruit ſuper eos nocte percuſſitque eos,& perſecutus eſt eos,
vſque Hoba,& Phœnicen quę eſt ad leuã Damaſci (erãt .n.
quinque reges quos percuſſerat.

Iudic.7.2. Dixitque dñs ad Gedeon,multus tecũ eſt Apoſtolus nec
tradet Madiã in manus eius ne glorietur cõtra me Iſrael&
dicat meis viribus liberatus ſum. 3. Reuerſi ſunt ex populo
viginti duo milia virorum, & tantũ decẽ milia remanſerunt.
4.Dixitque dñs ad Gedeon,adhuc populus multus eſt , duc
eos ad aquas & ibi ꝓbabo illos, & de quo dixero tibi vt te-
cũ vadat ipſe pergat quẽ ire prohibuero ipſe reuertetur.7.Et
ait Dñs ad Gedeon,in trecentis viris qui lãbuerũt aquas li-
berabo vos,& tradã in manu tua Madian,omnis autem reli-
qua multitudo reuertatur ad locum ſuum.

1.Reg.14. 6. Dixit autẽ Ionathas ad adoleſcentem armigerũ ſuũ veni
tranſeamus ad ſtationẽ incirconciſorum horũ,ſi forte faciat
dñs ꝓ nobis,qa nõ eſt difficile dño ſaluare vel in multis vel
in paucis,14.Et facta eſt plaga prima qua percuſſit Ionathas
& armiger eius quaſi viginti virorum in media parte iuge-
ris quam par boum in die arare conſueuit.

2.Par.13.14. Reſpicienſque Iudas(qđ Hieroboã abierat cum ignorã-
tẽ ſuo exercitu) vidit inſtare bellũ ex aduerſo &poſt tergũ&
clamauit ad dñm,ac ſacerdotes tubis canere cęperũt,omnes
que viri Iuda vociferati ſunt, & ecce illis clamantibus per-
terruit Deus Ieroboam,&omnem Iſrael qui ſtabat ex aduer
ſo Abia & Iuda.

Cap.14.11. Et inuocaui(Abia) dñm Deũ & ait,Dñe nõ eſt apud te vl-
la diſtantia vtrũ in paucis auxilieris an in multis,adiuua nos
Domine Deus,in te enim & in tuo nomine habentes fidu-
ciam venimus contra hanc multitudinẽ (Zaram regem Ae-
thiopum



thiopũ cum exercitu mille milliũ deuicit.)12. exterruit ita-
que Dominus Aethiopes coram Aſa & Iuda fugeruntque
Aethiopes.1.Mach.16. 22.

Et certe cum permodicus veniſſet numerus Syrorũ tradi Cap.24.24.
dit dominus in manibus eorũ infinitã multitudinẽ,eo quod
dereliquiſſet Dominum Deum patrũ ſuorum, in Ioas quo-
que ignominioſa exercuere iudicia.

*Poſt partam victoriam inſtituitur triumphus.*

CAeſis Madianitis ſole virgines reſeruãtur,ſubſtantia ex Num.30.
æquo diuiditur,pugnãtibus & plebi primitiæ ſacerdoti
ac liuitis traduntur gratiæ Deo cũ denariis offeruntur.

Reuertẽte aũt Iephte(à cæde Ammonitarũ)in Maſpha do Iudic.11. 34.
mum ſuã occurrit ei vnigenita filia ſua,cũ tympanis & cho-
ris,non enim habebat alios liberos.

Porro cũ reuerteretur percuſſo Philiſtæo Dauid, & ferret 1.Reg. 18. 6.
caput in Hyeruſalẽ,egreſſę ſunt mulieres de vniuerſis vrbi-
bus Iſrael,cantantes,choroſque ducentes:in occurſum Saul
regis in tympanis,lætitiæ,& in ciſtris.2.Mach.3.7.

*Viduis benefaciendum eſt.*

VIduæ & pupillo non nocebitis,ſi læſeritis eos vociferabũ Exod.22.21.
tur ad me,& ego audiam clamorem eorum.

Nõ peruertes iudiciũ aduenæ & pupilli,nec auferes pigno Deut.24. 17.
ris loco viduæ veſtimentũ.19.Quãdo meſſueris ſegetẽ in a-
gro tuo,&oblitus manipulũ relinqueris nõ reuerteris vt tol
las eũ,ſed aduenã,& pupillũ & viduã auferre patiaris,, vt be
nedicat tibi Dñs Deus tuus,in omni opere manuũ tuarum.

Quãdo cõpleueris decimã cunctarum frugũ tuarũ, anno Cap.26.12
decimarũ tertio,dabis leuitę& aduenæ, & pupillo,& viduæ,
et comedent intra portas tuas & ſaturentur. Iudith.16.28.

Maledictus qui peruertit iudiciũ aduenę,pupilli & viduæ, Cap. 27.19.
& dicet omnis populus Amen.

Aſinũ pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore Iob.24.3.
bouem viduæ

Si negaui quod volebant pauperibus & oculos viduæ ex- Cap.31.16.
Viduã eius benedicam. (ſpectare feci. Pſal 131. 15

In iudicãdo eſto puſillis miſericors & pater , & pro viro Eccleſ.4.8
matri illorum,& eris tu filius altiſſimi obediens, & miſerebi
tur tui magis quam mater.

Principes tui infideles ſocij furum omnes diligunt mune Eſa.1.23.
ra, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant , & cauſa

*Cap.*24.29. Ne dicas quomodo fecit mihi ſic faciam ei reddam vni- cuique ſecundum opus ſuum,cap.28.22.

*Ecclеſ.* 28. 1. Qui vindicari vult à domino inueniet vindictã,& pecca- ta illius ſeruans ſeruabit,relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur.

*Ezech*.25.12. Hæc dicit Dominus Deus,pro eo quod fecit Idumæa, vltionem vt ſe vindicaret de filiis Iuda peccauitque delin- quens,& vindictam expetiuit de eis, 14.& dabo vltionem meam ſuper Idumæam per manum populi mei Iſrael,& fa- cient in Edom iuxta iram meam & furorem meum,& ſciẽt vindictam meam dicit dominus.

*Nahum*.1.2. Deus æmulator,& vlciſcens dominus,vlciſcens Domin' & habẽs furorem,vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & ira- ſcens ipſe inimic s ſuis.

*Matth*.5.39. Ego aũt dico vobis nõ reſiſtere malo, ſed ſi qs te pcuſſerit in dexterã maxillã,præbe ei & alterã, &c.Lu.9.54.Gal.5. 10,

*Cap*.18.6. Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit, Deus autem nõ faciet vindictam electorum ſuorum,clamã- tium ad ſe die ac nocte,& patiẽtiam habebit in illis?dico vo bis quia cito faciet vindictam illorum.

*Rom*.12.19. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi,ſed date locum iræ,ſcriptum eſt enim mihi vindictam & egò retribuam di cit dominus, Idem, Heb.10.30. Verbatim habetur.

1.*Theſ*.5.15. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat,ſed ſemp quod bonum eſt ſectamini inuicem & in omnes.

2.*Tim*. 4.14. Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit,reddet illi Dominus ſecundum opera eius,quem & tu deuita,valde e- nim reſiſtit verbis noſtris.Iacob.5.4.

1.*Pet*.3.9. Non reddentes malum pro malo , nec maledictum pro maledicto,ſed econtrario benedicentes:quia in hoc voca- ti eſtis vt benedictionem hæreditate poſſideatis.

*Apoc*.6. 10. Et clamabãt(animæ interfectorum ſubtus altare)voce ma gna dicẽtes.Vſquequo Domine ſanctus & verus,nõ iudicas & non vindicas ſanguinẽ noſtrũ de his qui habitãt in terra.

### *Vinea appellatur Chriſti eccleſia.*

*Geneſ*.9.20. COepitque Noe vir agricola exercere terram,& planta- re vineam.

*Deut*.23.24 Ingreſſus vineam proximi tui comede vuas quãtum tibi placuerit,foras autem ne efferas tecum.

*Eſa* 3.1. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ ſuæ vinea facta eſt,dilecto meo in cornu olei ſui,&c.

Vinea



Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos,tradidit eã custodibus,vir affert pro fructu eius mille argenteos vinea mea coram me eſt. *Cant*.8.11.

Simile eſt regnũ cœlorum homini patrifamilias qui exiit primo manè conducere operarios in vineam ſuam. *Matt*.20.1.

Aliam parabolam audite,homo erat paterfamilias q plã- tauit vineam,& ſepẽ circundebit ei & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim,& locauit eã agricolis & peregrè profe ctus eſt.Idem,Mar.12.1.Habetur verbatim.Item,Luc. 20.9. *Cap*.21.33.

### *Virginitas commendatur.*

SVnt enim Eunuchi qui de matris ſuæ vtero ſic nati ſunt, & ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt Eu- nuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorũ. Qui poteſt capere capiat. *Matt*.19.12.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do,tanquam miſericordiam conſecutus à Domino vt ſim fidelis. 1.*Cor*.7.25.

Hij ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati vir- gines enim ſunt.Hij ſequũtur agnum quocumque ierit,Hij empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & agno. *Num*. 14.4.

### *Virginitas præfertur coniugio.*

IGitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam bene fa- cit,& qui non iungit melius facit.40.Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium.Puto autẽ & ego ſpiritum Dei habeam. 1.*Cor*.7.38.

### *Virgines ſeruantur.*

CVnctos interficite (ait Moyſes principibus exercitus I- ſrael contra Madianitas)quidquid eſt generis maſculini etiam in paruulis:et mulieres quæ nouerunt viros in coitu iugulate,puellas autem et fœminas virgines reſeruate vo- bis,et manete extra caſtra ſeptem diebus. *Num*.31. ✠

### *Virgines olim vt nunc concluſæ.*

ACcinctæ mulieres ciliciis pectus per plateas conflue- bant,ſed & virgines quæ concluſæ erant percurrebant ad Oniam,aliæ autem ad muros,quædam per feneſtras aſpiciebant vniuerſæ autem procedentes manus in cœlum deprecabantur. 2.*Mach*.3.19

 *Viſi-*

## *Viſitare & conſolari infirmos ſeu ægrotos opus miſericordiæ.*

Gen.48.1. HIs itaque tranſactis,nunciatum eſt Ioſeph,quod ægrotaret pater ſuus Iacob,qui aſſumptis duobus filiis, manaſſe,& Ephraim ire perrexit.4. Reg.8.29.

4.Reg.13.14. Eliſeus autem ægrotabat infirmitate qua & mortuus eſt. Deſcenditque ad eum Ioas rex Iſrael,& flebat corā eo dicebatque,Pater mi currus Iſrael & auriga eius.Iob.2.11.

Pſalm.40.4. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius,vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.

Eccleſ.7.38. Ne deſis plorantibus in conſolatione & cum lugentibus ambula, non te pigeat viſitare infirmum ex his enim in dilectione firmaberis.Cap.38.13.

Eccleſ.7.3. Melius eſt ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij, in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum ſit.

Matt.25.37. Tunc(in die iudicij)reſpondebunt ei iuſti dicētes:Domine quando te vidimus eſurientem & pauimus,ſitientem & dedimus tibi potum,&c.40.Et reſpondens rex dicet illis,Amen dico vobis quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis,mihi feciſtis.Ioan.11.3.Ioan.12.9.2.Cor.1.4.

## *Viſere ſanctos deſiderat Paulus.*

Rom.1.11. DEſidero enim videre vos,vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos.

Cap.15.23. Nunc verò locum non habens in his regionibus,cupiditatem autem habens veniendi ad vos,ex multis iam præcedentibus annis.

Galat.4.20. Vellem autem eſſe apud vos modò,& mutare vocē meā quomodo confundar in vobis.

1.Theſſ.2.17. Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ aſpectu non corde abundantius feſtinauimus faciem veſtrā videre cum multo deſiderio.

## *Vita fidelium ad quam regulam ſit inſtituenda.*

Geneſ.3.19. IN ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua ſumptus es,quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Exod.20.11. Sex.n.dieb. fecit Deus celū & terrā,& mare & omnia quæ in eis ſunt,& requieuit die ſeptimo,idcirco benedixit Dominus diei ſabbathi,& ſanctificauit eum.

Ego



Ego enim ſum dominus Deus veſter,ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Leuit.11.44.

Locutus eſt dominus ad Moyſem dicens:Loquere a domnem cœtum filiorum Iſrael,& dices ad eos ſancti eſtote,qa ego ſanctus ſum dn̄s Deus veſter.Idē c.20.7.verbatī habet. Cap.19.2.

Eritis mihi ſancti,quia ſanctus ſum ego dominus,& ſeparaui vos,à ceteris populis vt eſſetis mei. Cap.20.26.

Sit ergo ſāctus qa & ego ſāctus ſum dn̄s q ſanctifico vos. Cap.21.8.

Eſtote ergo pfecti ſicut & pater veſter cęleſtis pfectus eſt. Matth.5.48.

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me qa mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiē animabus veſtris. Cap.11.29.

Eſtote ergo miſericordes ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Luc.6.36.

Si qs mihi miniſtrauerit honorificabit eū pr̄ me⁹.Si qs mihi miniſtrat me ſequat̄,& vbi ego ſū illic& miniſter me⁹ erit Ioan.12.26.

Si ergo ego laui veſtros dominus & magiſter , & vos debetis alter alterius lauare pedes. Cap.13.14.

Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.cap.21.15. Cap.15.12.

Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem,vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.ca.8.29. Rom.6.4.

Induimini dominum Ieſum Chriſtum,& carnis curā ne feceritis in deſideriis.Epheſ.2.9. Cap.13.14.

Vnuſquiſq; veſtrū proximo ſuo placeat in bonū ad ædificationem. Cap.15.2.

Obſecro itaque ego vinctus in dn̄o, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis.23 Renouamini aūt ſpiritu mentis veſtræ,& induamini nouū hominem,qui ſecundum Deū creatus eſt,in iuſtitia,& ſanctitate veritatis.Phil.1.27.c.2.5.14 Epheſ.4.1.

Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi,& ambulate in dilectione ſicut Chriſtus dilexit nos &c. Cap.5.1.

Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtū dn̄m,in ipſo ambulate. Collo.2.6.

Nolite mentiri inuicē expoliātes vos veterē hominem cū actibus ſuis,& induentes,&c.12.Induite vos ergo ſicut electi Dei ſancti,& dilecti viſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem,modeſtiam,patientiam,ſupportantes inuicem. Cap.3.9.

Hæc eſt enim volūtas Dei ſanctificatio veſtra,vt abſtineatis vos à fornicatione,vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. 1.Theſ.4.3.

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris noſtri omnib.hominib.erudiens nos,vt abnegātes impietatem, & ſecularia de- Tit.2.11.

 ſideria

ſideria ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo, cap.3. 8.Heb.12.2.1.Pet.1.15.ca.4.1.

1.Pet.2.✠ Hortatur Apoſtolus Petrus vt tanquam peregrini ab omnibus mundanis abſtineant ſuperioribus ob temperẽt, afflictiones ad Chriſti imitationem ferant, cap.3.17.

1.Ioan.1.7. Si autem in luce ambulamus ſicut ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicem, & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.

Cp.2.6. Qui dicit ſe in Chiſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ille ambulare.

*Vitæ humanæ breuitas & vanitas.*

Gen.3.19. IN ſudore vultus ſui veſceris pane tuo, donec reuertaris ĩ terrã de qua sũpt⁹ es, qa puluis es & ĩ puluerẽ reuerteris

2.Reg.14.14 Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur in terrã, quę nõ reuertuntur nec vult Dominus perire animam, ſed retractat cogitans, ne penitus pereat qui abiectus eſt.

Iob.3.20. Quare miſero data eſt lux, & his q amaritudine animę sũt?

Cap.7.6. Dies mei velocius tranſierũt, quã à texẽte tela ſucciditur & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe.

Cap.8.9. Heſterni quippe ſumus & ignoramus, quoniã ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram.

Cap.9.21. Etiã ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea & tædebit me vitæ meæ. 25. Et ſi impius fuero, væ mihi eſt, & ſi iuſtus eſt nõ leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria

Cap.13.28. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea.

Cap.14.1. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis.

Pſal.38.6. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.

89.9. Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua de-(fecimus.

101.4. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. 12. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui.

102.15. Homo ſicut fœnũ dies eius tãquã flos agri ſic efflorebit.

108.23. Sicut vmbra cùm declinat ablatus ſum, & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

143.4. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt.

Prou.27.1. Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies.

Cuncti



Cuncti dies eius doloribus, & ęrumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit, & hoc nonne vanitas eſt. Eccleſ.2.23.

Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum vt diſtendantur in ea. Cap.3.10.

Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cũ ignoret quid cõducat ſibi in vita ſua numero dierũ peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut vmbra præterit? aut quid ei poterit indicare quid poſt eum futurum ſit ſub ſole? Cap.7.1.

Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrũ, & nõ eſt reuerſio finis noſtri, quoniam conſignata eſt & nemo reuertitur. Sap.2.5.

Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens. Cap.5.9.

Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fidu-(ciam. Eccleſ.1.9.

Omnis caro ſicut fœnũ veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi. cap.17.31. Eccleſ.14.18.

Numerus dierum hominũ vt multum cẽtum anni quaſi guttæ aquę maris deputati ſunt, & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die æui. cap.40.6. Cap.18.8.

O mors quàm amara eſt memoria tua, homini pacẽ habenti in ſubſtantiis ſuis, &c. Cap.41.1.

Noli timere fili mi, pauperẽ quidem vitam degimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Tob.4.23.

Vox dicentis, Clama. Et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Eſa.40.6.

Homo diues dixit, hoc faciam, deſtruã horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi & omnia bona mea, & dicã animæ meæ, anima habes multa bona poſita in annos plurimos, bibe, epulare. Dixit autẽ illi Deus: Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te, quę autem paraſti cuius erunt? Luc.12.18.

Id enim quod in præſenti eſt, momentaneum eſt. 2.Cor.4.17

Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futurã inquirimus. Epheſ.5.16.1.Pet.1.11. Heb.13.14.

Glorietur aũt frater humilis in exaltatione ſua, diues aũt in humilitate ſua, quoniã ſicut flos fœni tranſibit. cap.4.14. Iaco.1.10.

Quæ eſt vita noſtra? Vapor eſt ad modicum parens. Iacob.4.14.

*Vitam pro fratribus ponere.*

LVctus Mardochęi ac reliquorũ Iudęorũ ob paratũ ipſis interitũ (ab Amã illis minitãtẽ, & ab Aſſuero illud ĩpetrantem) Heſter.4.✠

Heſter

Heſter autem vt iuſſu Mardochæi neci Iudæorum occurrat & non vocata ad regem ingreditur, iubet cum ieiunio pro ſe triduo orari, idem ipſa faciente.

*Iudith.* 13. ✠ Facta ad Deum oratione præcidit caput ebrij Holophernis, quod ad conciues Bethuliæ efferens eos ad gratiarũ actionem hortatur, ipſa verò ab omnibus benedicitur.

*Ioan.* 15. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

1.*Ioan.* 3. 16. In hoc cognouimus charitatẽ Dei, quoniã ille animã ſuã pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus aĩas ponere.

## *Vitis.*

*Gen.* 49. 11. Ligans (Chriſtus) ad vineam pullum ſuum, & ad vitem ô fili mi aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.

*Iudic.* 9. 12. Locutaq; ſunt ligna ad vitem. Veni & impera nobis.

*Zach.* 3. 10. In die illa dicit Dominus exercituũ, vocabit vir amicum ſuum ſubter vineam, & ſubter ficum.

1.*Mac.* 14. 12. Et ſedit vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficulnea ſua, & non erat qui eos terreret.

*Ioan.* 15. 1. Ego ſum vitis vera & pater meus agricola eſt. &c.

## *Vitis palmes, appellatur populus Iſraeliticus.*

*Oſee.* 10. 1. Vitis frõdoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei ſecundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberabit ſimulachris.

*Ioan.* 15. 5. Ego vitis vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.

## *Vitulus erigitur in idolum.*

*Exod.* 32. 4. Quas (inaures) cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio & fecit ex eis vitulum conflatilem, dixeruntq; Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te duxerunt de terra Ægypti. Idẽ repetitur. 3. Reg 12. 28.

*Deut.* 9. 16. Cùmq; de monte ardẽte deſcenderem (ait illis Moyſes) & duas tabulas fœderis vtraq; tenerẽ manu, vidiſſemq; vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam eius, quã vobis oſtẽderat (Deus) proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in conſpectu veſtro.

4.*Reg.* 10. 29 Verũtamẽ à peccatis Hyeroboã filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael, nõ receſſit, nec dereliquit vitulos aureos qui erãt in



in Bethel & in Dan, cap. 17. 16.

Et fecerunt vitulum in Oreb, & adorauerunt ſculptile. *Pſal.* 105. 19.

Proiectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eos vſquequo non poterunt mundari? *Oſee.* 8. 5.

Dicentes ad Aaron (populo Iſrael) fac nobis Deos qui præcedãt nos, Moyſes enim hic qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid factum ſit ei. *Act.* 7. 40.

## *Viuendum Deo non ſibi.*

Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur, ſiue enim viuimus dño viuim⁹, ſiue morimur. 1. Pet. 4. 2. *Roma.* 14. 7.

Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt, iam non ſibi viuãt, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. 2. *Cor.* 5. 15.

Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus, ꝙ autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei qui dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me. 1. Theſſ. 5. 10. *Gal.* 2. 20.

## *Vnctionis extremum Sacramentum.*

Infirmatur quis ex vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum vngentes cũ oleo in nomine domini. *Iaco.* 5. 14.

Exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent, & dœmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabantur. *Marc.* 6.

## *Voluntas noſtra accommodanda voluntati Diuinæ.*

Indicauit itaq; ei Samuel (Heli) vniuerſos ſermones, & non abſcodit ab eo, & ille reſpondit. Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. 1. *Reg.* 3. 18.

Eſto vir fortis, & pugnemus pro populo noſtro, & ciuitate Dei noſtri, dominus autem faciet quod bonum eſt in cõſpectu ſuo, cap. 15. 20. 2. *Reg.* 10. 12.

Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat. 1. *Mach.* 3. 60

Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. *Matth.* 6. 10

Et progreſſus puſillum (Ieſus) procidit in faciẽ ſuã orãs & dicens pater mi, ſi poſſibile eſt trãſeat à me calix iſte, veruntamen nõ ſicut ego, ſed ſicut tu vis. Idem Marci 14. 36. habetur, Idem, Luc. 22. 42. 1. Cor. 4. 19. *Cap.* 26. 39.

Et cùm ei (Agabo prophetę Iudę) ſuadere nõ poſſemus, quieuimus dicentes: Domini fiat voluntas. *Act.* 21. 14.

Et hoc faciemus ſiquidẽ permiſerit Deus. Idẽ Iacobi 4. 15. Si Deus voluerit, & ſi vexerimus, faciemus hoc vel illud. *Heb.* 6. 3.

*Vide abnegatio.*

*Volun-*

### *Voluntas Dei.*

Matth.7.21. NOn omnis qui dicit mihi DomineDomine intrabit in regnũ cœlorũ,ſed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt,ipſe intrabit in regnum cœlorum.

Cap. 12. 50. Quicunq; enim fecerit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt,ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.Idem habetur verbatim,Marci.3.35.

Ioan. 6. 39. Hæc enim voluntas eius qui miſit me patris vt omne qđ dedit mihi non perdam ex eo,ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.Epheſ.5.17.

Rom. 12. 2. Nolite conformari huic ſæculo,ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri,vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona ac beneplacens & perfecta.Coll.1.8.

1.Theſſ.4. 3. Hæc eſt enim volũtas Dei ſanctificatio veſtra vt abſtineatis vos à fornicatione,vt ſciat vnuſquiſque veſtrũ vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore.1.Timoth.2.4.

2.Pet. 3.9. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam ſicut quidam exiſtimant,ſed patienter agit propter vos,nolens aliquos perire,ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.

1.Ioan.2.17. Mundus tranſit & concupiſcentia eius, qui autem facit voluntatem Dei,manet in æternum.

### *Voluntas Dei non eſt vt aliquis pereat.*

Ezech.18.23. NVnquid vololuntatis meæ eſt mors impij dicit dñs Deus & non vt conuertatur à viis ſuis & viuat?

Ioan.6.39. Hæc eſt enim volũtas eius qui miſit me patris & omne quod dedit mihi pater non perdam ex eo,ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.

1. Tim.2. 4. Hoc.n.bonũ eſt,& acceptũ corã Saluatore noſtro Deo q̃ oẽs hoĩes vult ſaluos fieri,&ad agnitionẽ veritatis venire.

2.Pet.3.9. Non tardat Dñs promiſſionẽ ſuam ſicut quidam exiſtimant:ſed patienter agit propter vos, nolens aliquẽ perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.

### *Voluntatem pro opere acceptat Deus.*

Geneſ.20.6. DIxitque (ad Abraham) Deus & ego ſcio qđ ſimplici corde feceris,&ideo cuſtodiui te ne peccares in me & non dimiſi vt tangeres eam (*Saram.*)

Cap. 22. 12. Dixitque ei (.ſ. Angelus domini ad Abraham) nõ extendas manum tuam ſuper puerum,neque facias illi quicquã, nunc cognoui quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito tuo propter me.

Quare



Quare ergo contempſiſti verbum Domini vt faceres ma 2.Reg. 12.9.
lum in conſpectu meo?Virum Hethæum percuſſiſti gladio,
& vxorem illius accepiſti tibi in vxorẽ, & interfeciſti illum
gladio filiorum Ammon.3.Reg.21.16.

### *Voluptas carnis,Vide Concupiſcentia.*

### *Votum.*

VOuit etiam Iacob votũ dicens:Si fuerit Dominus me- Gen. 28. 20.
cum,&cuſtodierit me in via per quã ambulo & dederit
mihi panẽ ad veſcẽdũ,& veſtimentũ ad induendũ,reuerſuſq́;
fuero proſperè ad domũ patris mei:erit mihi Dñs in Deũ

Locutuſq́; eſt Dominus ad Moyſen dicens:Loquere filiis Leuit.27. 2.
Iſrael,& dices ad eos,homo qui votũ fecerit & ſpoponderit
Deo animam ſuam,ſub æſtimatione dabit precium.&c.

Loquere ad filios Iſrael (ait Dñs ad Moyſen) & dices ad Num.6.2.
eos:Vir ſiue mulier cum fecerint votum vt ſanctificẽtur, &
ſe vouerint Domino cõſecrare à vino & omni qđ inebriare
poteſt abſtinebunt &c.per totum caput.Iudic.11.36.

At Iſrael voto ſe obligans ait:Si tradideris populũ iſtum Cap. 21. 2.
in manu mea delebo vrbes eius.Exaudiuitq́; Dñs preces Iſ
rael & tradidit Chananęum,quẽ ille interfecit, ſubmercis vr
bibus eius,& vocauit nomẽ loci illius Horma & Anathema.

Agitur de voto ac iuramento virorum,& quoniã puella- Cap. 30.
rum & vxorum vota ſeu iuramenta rata ſunt vel irrita.

Cum votum voueris Domino Deo tuo non tardabis red- Deut. 23 21.
dere quia requiret illud Dominus Deus tuus, etſi moratus
fueris reputabitur tibi in peccatum.

Elcana habuit vxores Annã & Phenẽnã,quarũ Anna diu 1.Reg. 1.
ſterilis, & ęmulę ĩproperio triſtis,fuſa in Silo corã Heli ora
tiõe ad dñm,genuit Samuelẽ quem dño obtulit vt vouerat.

Vouens enim vouit ſeruus tuus (Abſalon) cùm eſſet in 2. Reg. 15. 8.
Geſſur Syriæ dicens:Si reduxerit me Dominus in Hyeruſa-
lem,ſacrificabo Domino.Dixit ei rex Dauid,vade in pace,&
ſurrexit,& abiit in Hebron.

Vouete & reddite Domino Deo veſtro omnes qui in cir- Pſal. 75. 12.
cuitu eius offertis munera.

Si quid vouiſti Deo,ne moreris reddere, diſplicet enim Eccleſ. 5. 3.
ei infidelis & ſtulta ꝓmiſſio,ſed quęcũq; voueris redde,mul
toq́; melius eſt nõ vouere,q̃ poſt votũ promiſſa nõ reddere.

Si quis illis (Diis argẽteis) votũ vouerit,& nõ reddiderit, Baruc.6.34.
neque hoc requirent.Matth.14.7.Apoſtolorum.18.18.

Sunt

*Act.*21.23. Sunt nobis viri quatuor votum habentes ſuper ſe.
*Cap.* 23. 12. Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & de-
uouerunt ſe dicentes, neque mãducaturos, neque bibituros
donec occiderent Paulum.

### *Votum caſtitatis ſeruandæ, ſeu non cognoſcendi virum.*

*Luc.*1.34. DIxit autem Maria ad Angelum quomodo fiet iſtud?
quoniam virum non cognoſco.

### *Non ſine damnatione violatur.*

1.*Tim.* 5. 12. CVM enim luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt,
habentes damnationẽ, quia primã fidem irritã fecerũt,
*Vrias defert litteras Dauidis ad* Ioab 2.*Reg.*11.14.
*Vrias prophetat contra Ieruſalem, ideoque eductus de Ae*
*gypto, occiditur à Ioachim, Iere.*26.20.23.
*Vrias ſacerdos iuxta præceptum regis Achaz extruxit alta*
*re,*4.Reg.16.11.
*Vriel* Angel*us Dei,*4.*Eſd.*4.1.✠5.20.
*Vſia rex Iuda pugnat aduerſus* Phyliſteos.*ſumit ſibi officium*
*Sacerdotum, adolere volens incenſum, lepra punitur, moritur,*
2.Pet.26.17.20.23.*appellatur* Azarias,4.*Reg.*15.1.Appellatur
*Ozias Matth.*1.9.

*Vſura.*

*Exod.*22. 25. SI pecuniã mutuam dederis populo meo pauperi q habi-
tat tecũ, nõ vrgebis eũ quaſi exactor, nec vſuris opprimes
*Leuit.*25.35. Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu et ſuſ-
ceperis eũ quaſi aduenã, & peregrinũ, & vixerit tecum ne
accipias vſuras ab eo, nec amplius quam dediſti.
*Deut.*23.19. Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fru-
ges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno..
2.*Eſd.*5.7. Vſurá ſne ſinguli à fratribus veſtris exigitis? & congrega
mini aduerſus eos concionem magnam (ait Nehemias.)
*Pſal.*14.5. Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſu-
per innocenrem non accepit (glorificat Deus.)
*Prou.*22.16. Qui calumniatur pauperem vt egeat diuitias ſuas, dabit
ipſe ditiori & egebit.
*Cap.*28.8. Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali in paupe
res congregat eas.
*Hiere.*15.10. Væ mihi mater mea quare genuiſti me virum rixæ, virũ
diſcor-



diſcordiæ in vniuerſa terra? nõ fœnerau i nec fœnerauit mi-
hi quiſquam, omnes maledicunt mihi.
Ad vſurã non accommodauerit & amplius non acceperit *Ezch.* 18. 8.
ab iniquitate auerterit manũ ſuã & iudicium verum fece-
rit inter virũ & virũ, in pręceptis meis ambulauerit & iudi-
cia mea cuſtodierit vt faciat veritatẽ, hic iuſtus eſt, vita viuet
ait dominus.13. Ad vſurã dantem & amplius accipientem,
nunquid viuet? non viuet, cum vniuerſa hæc deteſtanda fe-
cerit morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit.
Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem, Cap.22. 12.
vſuram & ſuperabundantiam accepiſti & auarè proximos
tuos calumniabaris meique oblita es (Hyeruſalem) ait domi
nus Deus.
Et ſi mutuum dederis his à quibus ſperatis accipere, quę Luc. 6. 34.
gratia eſt vobis? Nã & peccatores peccatoribus fœnerantur
vt recipiant æqualia.35.
Stans autem Zacheus ait ad dominũ ecce dimidium bo- Cap.19.8.
norum meorum do pauperibus & ſi quid aliquem defrau-
daui reddo quadruplum.

*Vxoris officium.*

MVlieri quoque dixit Deus. Multiplicabo ærumnas *Gen.*3.16.
tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios & ſub
viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui.
Si maritũ habuerit & vouerit aliquid & ſemel de ore eius *Num.*30.7.
verbũ egrediens animã eius obligauerit iuramento, quo die
audierit vir & non cõtradixerit, voti rea erit, reddetq; quod-
cunque promiſerat.13. ſin autem ex templo cõtradixerit (Ma
ritus) non tenebitur promiſſionis rea, quia maritus contra-
dixit & dominus ei propitius erit.
Non induetur mulier veſte virili nec vir vtetur veſte fœ- *Deut*, 22.5
minea: abominabilis eſt enim apud Deũ qui facit hæc, He
ſter.1.10. per totum capit.
Et apprehendentes parentes filiam ſuã oſculati ſunt eã & *Tob.*10.12.
dimiſerunt ire, monentes eã honorare ſorores, diligere mari
tum, regere familiam, gubernare domũ, & ſeipſam irrepre-
henſibilem exhibere. Eſa 3.17. [tias.
Mulier gratioſa inueniet gloriã & robuſti habebũt diui- P*rou.* 11. 16
Mulier diligens corona eſt viro ſuo, & putredo in oſſibus *Cap* 12. 4.
eius quę confuſione res dignas gerit.
Amplius Corinthios inſtruit de matrimonio eiuſq; vſu
& indiſſolubili vinculo, innuptis cõmẽdãs cœlibatũ & quo- 1.Cor 7.✠
Ggg modo

modo fidelis cum infideli coniuge ſe habere debeat &c.

*Cap.* 1.1.5. Omnis aũt mulier orãs aut prophetans non velato capite deturpat caput ſuũ, vnũ enim eſt, aut ſi decaluetur. 9. etenim non eſt vir creatus propter mulierẽ, ſed mulier propter virũ

*Cap.* 14. 34. Mulieres in eccleſiis taceãt, non permittitur eis loqui ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit, ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.

*Ephe.* 5.22. Mulieres viris ſuis ſubditę ſint ſicut dño, qm̃ vir eſt caput mulieris ſicut & Chriſtus caput eccleſiæ. Idẽ Collo. 3.18. ver-

*I.Tim.* 2.11. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. (batim.

*Cap.* 3.11. Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus ca. 5. 2.10.

*Titum.* 2.4. Vt prudentiã doceant (Anus) adoleſcentulas vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, prudentes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum Dei. 1. Pet. 3.1. Mariti officium.

Z

*Zachæus excipit Chriſtum ſuis ædibus.* Luc. 19.6.

*Zacharias filius Ioiadæ ſiue Barachiæ ſacerdotis, lapidatur* 2. *Paral.* 24.20. Matth. 23.35.

*Zach arias propheta tempore Darij.* Zachar. 1.1.

*Zacharias pater* Ioannis Baptiſ*tæ.* Luc. 1.5.

*Zadoch filius* Abiathar *fit ſummus* Sacerdos. 3. *Reg* 2.15.

*Zalphaad filiæ, poſtulãt hæreditatem. Num.* 27.1.7 ✠. 36. 2. *Ioſue.* 17.3.

*Zeruia filia Iſai ſoror Dauidis genuit Abiſae,* Ioab, *&* A*ſael,* 2. Reg. 2.18. 1. *Par.* 2.16.

*Zobedæus pater Iacobi & Ioannis.* Matth. 4.21. *vxor eius Salome intercedit pro filiis apud Chriſtum.* Matth. 20 20.

*Zebee & Salmana reges Madianitarũ capiuntur, Iudic.* 8*

*Zedecias, qui & Methanias, patruus* Ioachin *ſubſtituitur pro eo in reguo Iuda.* 4. Reg. 24.18. Iere. 37.1. *obſeſſa à* Nabucho*donozor Ieruſalem, Zedecias effoſſis oculis ac vinctus, necatiſq; coram ſe filiis, in* Babylonem *ducitur.* 4. Reg. 25.1.6.7. *Ierem.* 39. 4.7. ✠. 52.3. *quemadmodum ei prædictum erat.* Iere. 27.12. 37.16 *Ezech.* 12.3 ✠. 17.16. ✠. 21.*.

## *Zelus & zelotypia.*

*Gen* 34.2. QVam (.ſ. Dinam filiã Lyæ) cum vidiſſet Sichem filius Hemor Heuęi princeps terræ illius adamauit eã & rapuit & dormiunt cũ illa vi opprimens virginẽ. 25. & ecce die tertio



tertio qm̃ grauiſſimus dolor vulnerũ eſt acceptus duo filij Iacob, Symõ & Leuy fratres Dinæ, gladiis ingreſſi ſunt vrbẽ cõfidẽter, interfectiſque omnibus maſculis Hemor & Sichẽ pariter nec auerunt, tollenteſq; Dniã de domo Sichẽ ſororẽ ſuã, quibus egreſſis, irruerũt ſuper occiſos cæteri filij Iacob & depopulati ſunt vrbem in vltionem ſtupri.

Quod (ſcilicet ꝙ vnus de filiis Iſrael intrauerat corã fra- *Num.* 25.7.
tribus & Moyſe ad ſcortum Madianitidẽ) cum vidiſſet filius Eleazari filij Aram ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis & arrepto pugione, ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitem in lupanar & profodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem in locis genitalibus.

Ob ſcelus (ſcilicet quod Gabaonites qui erãt ex tribu Bẽ- *Iudic.* 2. ✠
iamin prodigioſa libidine extinxerant vxorẽ Leuitæ reducẽtis, eã à domo parentũ) pugnantes reliquæ tribus aduerſus Beniamin ſemel atque iterũ bello inferiores, tertióque committentes iuſſu Domini prælium, tribũ illã præter 600. qui in ſolitudine fugerant, penitus deleuerunt.

Dixitq; Helias ad eos (populũ Iſrael) apprehedite ꝓphetas 3. Reg. 18.40.
Baal & ne vnus quidẽ effugiat ex eis. quos cum apprehẽdiſſent, duxit eos Elias ad torrẽtem Ciſon & interfecit eos ibi.

Quid hic agis Elia? at ille reſpondit (domine) zelo zelatus *Cap.* 19. 10
ſum pro domino Deo exercituũ quia dereliquerunt pactũ *Idem repeti-*
domini filij Iſrael, altaria tua deſtruxerũt, & prophetas tuos *tur.* Num. 14
occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt a- *verbatim.*
nimã meam vt auferant eam. Exo. 32.19.27. 1. Reg. 11.6. ca. 15. 11.32. 4. Reg. 10.*.

Et vt ceſſauit loqui verba hæc (Mathathias) acceſſit quidã 1. *Mach.* 2.23
Iudæus in oĩm oculis ſacrificare idolis ſuper arã in ciuitate Modim ſecũdũ iuſſum regis, & vidit Mathathias & doluit; & contremuerunt renes eius & accenſus eſt furor eius ſecundũ iudiciũ legis & inſiliens trucidauit eum ſuper arã, ſed et virum quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in ipſo tempore, & aram deſtruxit & zelatus eſt legem ſicut fecit Phinees Zamri filio Salomi. Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens. Omnis qui zelũ habet legis, ſtatuens teſtamentum exiuit poſt me, & fugit ipſe & filij eius in montes & relinquerunt quæcunque habebant in ciuitate.

Et intrauit Ieſus in templũ Dei & eiiciebat omnes vendẽ *Matt.* 21. 21.
tes & ementes in tẽplo, menſas nummulariorũ & cathedras

vendentium columbas euertit.Act.9.1.

*Ioan.2.17.* Recordati vero ſunt diſcipuli eius quia ſcriptum eſt zelus domus tuæ comedit me.

*Philip.3.2.* Videte canes,videte malos operarios,videte cõciſionem.

ZIBA *ſeruus Saulis conſtituitur procurator Miphiboſeth.* 2.*Reg.*9.9. *donantur ipſi omnia bona Miphiboſeth*,16.2. *procedit obuiam regi Dauid*.19.17.

*Zicelech donatur regi Dauid*.1 *Reg*.27.5.*exuritur ab* Ama*lechitis*.30.1.

*Ziphora vxor* Moyſi.*Exod*.2.21.*circuncidit filium ſuum* 25.

*Zorobabel,vide Sorobabel.*

*Laus Deo & B.Virgini.*

## INDEX RERVM MEMORABILIVM QVAE IN EVANGELIIS PER ANNI CURRICULUM SECUNDUM VSUM ROMANŨ TRACTARI poſſunt,locisque ſuis propriis,prout concionatori vſum fuerit, commodè applicari.

EPISTOLA.I. DOMINICAE ADVENTVS. Rom. 13. (SCIENTES tempus quia hora eſt.) Pœnitentia & Satisfactio pro peccatis.folio.325.Pœnitentia agenda eſt dum ſani ſumus☩.Pœnitentiæ quæ ex corde procedit promiſſa eſt venia☩.Pœnitẽtiæ veræ exempla. ☩ Pœnitentiæ falſæ exempla.☩ Cõfeſſio peccatorum 74. Confeſſio peccatorum in oratione ☩.(Nox præceſſit)Gratia à ſolo Deo datur folio.178. Gratiæ donum quàm ſit ocultum ☩. infidelitas ſeu incredulitas. 165.Peccati origo.315. Peccatum originale ☩. Effectus peccati originalis ☩. Peccatum actuale.☩. Ignorantia. 199.Legis natura. 245.Legis cæremoniæ abrogantur perChtiſtũ☩. Lex noua chriſtianorũ conſiſtit in charitate☩.Iudæorũ cæremoniæ erant vmbra futurorum.219.Iudæorum quædam certæ conſuetudines☩. (ABIICIAMVS ergo opera tenebrarum.) Opera mala Deo diſplicent. fol.295 .Impij incidunt in mala quæ piis pararunt fol.202. Impiorum ſubita punitio☩.Impios deridebit Deus ☩ Adulteriũ.fol.8.Fornicatio.fo.170. Homicidiũ.fol.187.Furtũ. fol.173. Ebrietas.fo.153. Idolatrię prohibitio.fo.193.Blaſphemia in Deũ.fo. 44. (INDVAMVR arma lucis)Arma ſpiritualia.fo.28. Fides.fo.162. Spes iuſtorũ.fo.177. Charitas fo. 54.Dilectio proximi fo 119.5.

EVANGELIVM (ERVNT ſigna in ſole & luna)Cõtra Ieruſalẽ,& eius incolas fo.197. Dies nouiſſimi fol.118. Dies *D*omini☩. Iudiciũ Dei extremũ fo.220. Aduẽtus dñi expectandus fol.7.(VIDEBVNT filiũ hominis venientẽ in nubibus.) Chriſtus venturus eſt iudicare viuos & mortuos fo.57.Iudicium diuinum.220.

EPIST. DOMINICAE (QVAECVNQVE ſcripra ſunt &c.)ſcriptura ſacra 364. Ad bonũ hortatur☩. Scriptura difficilis intellectu ☩.ſcriptura nec lex eſt iudex ſed ſacerdos ☩.Nec ola ſcriptis Apoſtoli mandarunt ☩.[IDIPSVM ſapere in alterutrum.)Cõcordia fratrum 72. Idem ſapere: idemq; ſentire iubemur fol.73.Diſcordia vitanda.folio.121. Charitas fraterna.fol.172. Diligendi etiam, inimici.folio.55.Dilectio proximi. folio.119.Dilectio exigitur ad remiſſionem peccatorum ☩. Lex noua Chriſtianorum conſiſtit in

charitate fo.245.(CRISTVM.miniſtrum fuiſſe circuncisionis.)Circũ ciſio carnalis & ſpiritualis fol.68. Iudæorum cæremoniæ erant vmbra futurorum fo.219.Chriſtus venit vt legẽ adimpleat fol.7. Legis cæremoniæ abrogantur per Chriſtum fo.24.(GENTES autẽ honorare Deũ)Fidem gentilium reſpiet Deus fo.162.Gentium vocatio fo.175.Gentilium mores non ſunt imitãdi.✠(LAVDATE omnes gẽtes Dominum.)Deus honorãdus ex corde fo.108. Deus adorandus ✠.Dominus eſt imitandus fo.129 Dominus quærẽdus.✠.(ERIT radix Ieſſe.) Chriſtus Ieſus verus Deus & homo promittitur fol.57. Chriſtus verus Dei filius &c.✠

EVANGELIVM Matthæi.II.(CVM audiſſet Ioãnes in vinculis opera Chriſti.)Tribulatio fo.306. Crux & tribulatio accidit omnib.piè viuentib.fol.98. Crux à Deo imponitur ad noſtram vtilitatem ✠per crucẽ & aduerſitates pertingimus ad cognitionẽ Dei ✠.Crux ferẽda cũ gaudio ✠.Gaudiũ in peſecutione fo.174.Per crucẽ ꝓbat nos Deus fol.98.(OPERA Chriſti.) Signa & miracula fiũt,vt per ea,omnipotẽtia Dei mundo innoteſcat 371.(COECI vidẽt)cœci illuminãť f.49.(LEPROSI mũdãť.)lepra mũdať.f.241. Peccatũ remittiť p Chriſtũ f.315.peccatũ remitti ſacerdos. ✠.Peccatũ ſol⁹ De⁹ ꝓpria authoritate remittere poteſt ✠(PAVPERES euãgelizãť(Euãgeliũ Chriſti. eius quę prædicatio fol.143.Euangelium incutit fiduciam ſimul & timorem &c.✠(HOMINEM.mollibus veſtitũ)Cõſtãtia fideliũ fol. 81.Abuſus veſtium fo.4.Indumenta fo.206.Superbia fo. 84.Superborum memeriam perdidit Deus ✠.(Ego mittam Angelum meũ.) Angelorum nomine appellantur prędicatores fo.17.Concionatorũ officium fo.72.Epiſcopi,eorũ electio & officium foli.142.Paſtores & pręceptores,qua debent eſſe cura erga ſibi commiſſos fo.306.Sacerdos bonus fol.348. Sacerdotes mali & eorum punitio.✠.

EPISTOLA Dominicæ III. Philippenſ.4. (FRATRES gaudete in domino.)Gaudere & lætari honeſtè licet.174.Sollicitudo nimia.fo. 375.Gaudendum non eſt more gẽtiliũ fo.174.Gaudiũ ſpirit⁹✠.Gaudiũ ſalutis æternę ✠.Choræas ducere fo.56.(MODESTIA veſtra nota ſit)Teſtimoniũ bonũ fol. 391. Tẽperãtia in cibo & potu 386.Silere eſt vtile 372. PETITIONES veſtræ innoteſcant apud Deum) Orare quẽadmodum oportet frequẽter ignoramus 296.Orare noctes & dies ✠.Orare ſine intermiſſione ✠.Orare vt fidei prędicatio ſucceſſum habeat ✠. Oratio quomodo,quando,cui, & vbi fieri debeat ✠.Oratio Deum inclinat.✠ Peccatum purgat ✠.Hoſtẽ ſpiritualem ſeparat ✠ Orationes quæ debitè fiunt exaudit Deus ✠. Orationes quorundam quare nõ exaudit Deus ✠ Orationis efficacia ✠.Orationum ſanctorum exempla.✠

EVANGELIVM domi.III. Ioannis.I.(MISERVNT Iudæi Hieroſolimis& qui es?)cõfiteri Chriſtũ et eius verbũ fo.74.Erubeſcere nullus debet euãgeliũ fo.142.Erubeſcẽdũ propter peccata ✠. (DIRIGITE viã Dñi.) Pœnitentia et ſatisfactio ꝓ peccatis f.325.Pænitẽtiæ quę ex corde ꝓcedit ꝓmiſſa eſt venia ✠.pęnitẽtia agẽda dũ ſani ſum⁹ ✠.Pęnitẽtiæ verę exẽpla. ✠.Pœnitẽtię falſæ exẽpla ✠.(EGO baptiſo ĩ aqua)baptiſm⁹ Ioãnis f. 36.Baptiſm⁹ pœnitẽtiæ prædicať ✠.Baptiſmus à Chriſto precept⁹. ✠baptiſmũ docuerũt Apoſtoli et adminiſtrarũt.✠.Baptiſmus tollit omnia peccata ✠.Baptizãdi ſunt paruuli ✠. (IPSE eſt qui poſt me venturus eſt.)Chriſtus eſt lux gẽtium et totius mũdi fol.255.Chriſtus eſt verus paſtor.✠.

EPISTOLA Dominicę.IIII.I.Corint.4.(SIC nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti.)Epiſcopi.eorũ munus et electio fo.142.Paſtores.fo.306.Sacerdos bonus fo.348 Sacerdotes mali et eorũ punitio ✠.Sacerdotum cupiditas,✠ Miniſtrorũ malorũ opera vtitur Dei bonitas f.272.(DISPENSATORES miſteriorũ Dei.)Baptiſmũ docuerũt Apoſtoli et adminiſtrarũt fol. 36.Cõfirmationis ſacramẽtũ fol. 76.Euchariſtia ab Apoſtolis data fo.149.Matrimonij Sacramẽtũ fo. 266.Ordinis Sacramẽtum fo.303. Cõfeſſio peccatorũ ẽt in nouo teſtamẽto f.74.Vnctiõis extremæ ſacramẽtũ fo.415.(NIHIL mihi cõſcius ſum.) Cõſciẽtiæ bonæ tranquillitas.fo 77.Cõſciẽtiæ malę ꝑturbatio ✠.(NOLITE ante tẽpus iudicare.)Iudiciũ humanum 220 Iudicium debet præcedere deliberatio et cognitio ✠.Opiniones et cogitationes hominum frequenter ſunt erroneæ.fol.29.Iudicium officium fol.220.

EVANGELIVM Dominicæ.IIII.Lucæ III.(ANNO quintodecimo imperij etc.Parate viã Domini.) Pœnitentia et ſatisfactio pro peccatis folio.125. Pœnitentiæ quæ ex corde procedit ꝓmiſſa eſt venia ✠.Pœnitentia agẽda dum ſani ſumus ✠.Pœnitẽtiæ veræ exempla ✠.Pœnitẽtiæ falſæ exempla ✠. Confeſſio peccatorũ 74. (RECTAS facite ſemitas eius) Quieſcendũ à peccatis 339.Viuẽdum Deo non ſibi 415. Opera bona Deo ſunt grata 295.Operari bene propter mercedem licitum eſt ✠.Irã Dei placat ✠.Non in quolibet opere homo peccat ✠.Operum merita et retributio,ſeu merces ✠.Opera mala Deo diſplicent et pœnam merentur ✠. (OMNIS vallis implebiť) Humilitas Deo grata fol.190.(OMNIS mons humiliabitur.)Superbia fol 384. Superborum memoriam perdidit Deus ✠.Ambitio fol.14.

EPISTOLA In natiuitate dñi. Ad Titũ II.(APPARVIT gratia Dei.) Chriſtus natus ex Maria virgine fo.57.Natus in Bethlehem ✠.(VT abnegantes impietatem ) Malum declinandũ et bonum faciendum fol.257.Malum pro malo non eſt reddendum ✠. Impij incidunt in mala quæ piis pararunt 202. frequẽter incidũt in malũ ꝙ timẽt ✠

Impiorum ſubita punitio ☩. Impios deridebit Deus ☩. Seipſos perdunt ☩. (IVSTE & piè viuamus.) Iuſti veri in hac vita fo. 236. Iuſtitiæ ſumma perfectio non habetur in hac vita ☩. Iuſtitia noſtra eſt per Chriſtum ☩. Viuendum Deo non ſibi folio 425. Quieſcendum a peccatis fol. 339. Via per quam Iuſti ambulant, quæ & qualis Folio 408. Via iuſtorũ à Dño dirigitur ☩. Remunerationẽ expectat. ☩. via impiorũ qualis † via impiorũ exit⁹ & finis ☩. (SECTATOREM bonorũ operũ.) Opera bona Deo grata ſunt folio 295. Operari benè propter mercedem licitum eſt ☩. Operum merita ſeu merces ☩. Opera mala Deo diſplicent & pœnam merentur ☩.

